XXX.IX.
E
39
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
E
39
NAPOLI
150-89-90

CALLIMACHI
HYMNI,
EPIGRAMMATA,
ET
FRAGMENTA

EX RECENSIONE
THEODORI J. G. F. GRAEVII
Cum ejuſdem animadverſionibus.

Accedunt
N. FRISCHLINI, H. STEPHANI, B. VULCANII, P. VOETII, A. T. F. DACERIAE, R. BENTLEII,
COMMENTARIUS, ET ANNOTATIONES
VIRI ILLUSTRISSIMI,
EZECHIELIS SPANHEMII.

NEC NON

Praeter Fragmenta, quae ante VULCANIUS & DACERIA publicarant, nova, quae SPANHEMIUS & BENTLEIUS collegerunt, & digeſſerunt. Hujus cura & ſtudio quaedam quoque inedita Epigrammata CALLIMACHI nunc primum in lucem prodeunt.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI



VLTRAJECTI
Apud { FRANCISCUM HALMAM, GUILIELMUM VANDE WATER, } Bibliop.
MDCXCVII.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

85=16

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO

VIRO

PAVLLO VOET A WINSSEN,

CONSVLARI VRBIS TRAJECTINAE, ET CELSISSIMORVM AC POTENTISSIMORVM FOEDERATI BELGII ORDINVM CONSILIO ILLIUS NOMINE OLIM ADSCRIPTO, HOC TEMPORE ILLVSTRIBVS ET PRAEPOTENTIBVS TRAJECTINAE DIOECESEOS ORDINIBVS A SECRETIS

S. P. D.

JOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

Magna eſt non modo regnorum & rerum publicarum, ſed & rerum ceterarum omnium, in hoc, quem

colimus, Orbe viciſſitudo, & varia mirificaque mutatio. Quae aliquando ſic florent, ut ad ſummam dignationem ac perfectionem producta videantur, non diu poſt neglecta jacent, & vix unius aſſis aeſtimantur: poſt certa vero & a ſuperis quaſi conſtituta temporum intervalla, revireſcunt & quaſi recentantur, ut nihil ſit verius dicto priſcorum ſapientiae magiſtrorum, mundum nihil eſſe, niſi, ut ipſi loquuntur, ἀλλαίωσιν. Non aliud fatum eſt artium & doctrinae, quae rerum divinarum & humanarum prudentia cenſetur. Eſt tempeſtas, in qua viget fervetque illius cultura, eſt cum obſoleto quaſi ſplendore friget & conſeneſcit. Apud omnes cultiores gen-

gentes antiquiſſimi ſapientiae magiſtri fuerunt poetae, qui oratione pedibus vincta aut praecepta tradebant de cultu Divino, aut quibus homines ad humanitatem informabantur, aut virorum illuſtrium ac bene de genere humano meritorum laudes praedicabant. Linus, Muſaeus, Orpheus, ſi unquam extiterunt, de quo multi ambigunt, non ita longe ante Homerum, Homerus vero & Heſiodus eadem fere tempeſtate floruerunt. His extinctis quatuor quinqueve quaſi ſecula nullum celebrem tulerunt poetam. Sed tum revixit poeſeos ſtudium, in quo Archilochus, Alcman, Alcaeus, Sappho, Steſichorus, Anacreon, Hipponax aliique plures excellue-

runt, quos non diu poſt excepe- runt Aeſchylus, Pindarus, Sophocles, Euripides, Ariſtophanes, Menander aliique magno numero. Dehinc ſub Ptolemaeo Philadelpho non exiguus fuit poetarum proventus, in primiſque Pleias illa celebratur, in qua Theocritus, Apollonius, Aratus, Callimachus eminebant. Hujus hymni & epigrammata cum deſiderarentur a ſtudioſis harum deliciarum; nam editio Friſchlini, Vulcanii, & Annae Daceriae in paucorum manibus erant, filius meus, Tuam praecipuè, Vir Ampliſſime, ſecutus auctoritatem, conſilium cepit novam editionem adornandi, cum omnium, qui in hoc vate illuſtrando elaborarant, obſervationibus,

prae-

praeſertim non pauca promta eſſent parataque, cum quibus illa poterat perpoliri. Eam, ſi ſupereſſet, nam acerba fata nobis illum eripuerunt, antequam voti compos poterat fieri, Tibi erat monumentum gratae memoriſque voluntatis conſecraturus. Hoc illaetabili officio nunc mihi fungendum eſt. Id enim non poteſt non graviſſimum reſcindere vulnus, quo poene fui exanimatus, cum amiſi

- - *omnis curae caſuſque levamen.*

Sed avocandus animus a luctuoſiſſimi temporis memoria, ne funeſti caſus dolore fractus aliud agat, quam hic agendum eſt. Nam hic nullus eſt conqueſtionibus & lamentis locus, ne tanquam obſcae-

no quodam omine haec epiſtola contaminetur, aut quaſi male ominatis vocibus expectata felicitas hujus editionis interpelletur. Non ſpero autem, Vir Graviſſime, Te hoc munuſculum filii, quod nunc infelix pater Tibi ejus offero nomine, contemturum. Tibi hoc debebatur, non ſolum propter ſingularem, qua illum, cum in vivis eſſet, complectebaris benevolentiam, qui Tua gratia illum collocaſti in gratiam ampliſſimorum hujus Urbis magiſtratuum, ut ei cathedram Academicam decernerent, nec tantum propter innumera beneficia, quibus me meamque familiam pluribus ab annis obſtrictam tenes, ut nexu mancupioque toti tui ſimus: Sed pro-

pter

pter Te ipſum, licet nihil horum in conſilium poſſemus adhibere. Nam tanta eſt Tuorum amabiliſſimorum morum elegantia & ſuavitas, tantum bonos omnes Tibi quibusvis officiis devinciendi ſtudium, ut qui Te non amat & ſuſpicit, Tuamque benevolentiam ſibi omni ſtudio & obſequio demerendam cenſet, is ſane indignus eſt, qui ab ullo ametur. Sed tanta Tua eſt liberalitas & comitas in alliciendis omnium Voluntatibus, de quibus eſt opinio virtutis & probitatis, ut non expectes, ut officiis ambitioſis Tuum erga ſe ſtudium excitent, ſed illorum deſideriis occurris ipſe, ſponteque Tua complecteris, ornas, auges, quos amicitiam Tuam expetere

ſentis,

ſentis, qui illa non ſunt indigni. Nec tantum in omnium animis Tibi jungendis, ſed & in aliorum hominum amicitiis, quas aut refrigerarat ſiniſtra ſuſpicio, aut diſſociarat calumnia & maledicentia, reconciliandis & conglutinandis nemo Te eſt promtior, paratior, & efficacior, ut non tantum ſuada in Tuis labris ſeſſitare, quod de Pericle dicebant Graeci, ſed, ut poetarum utar ſermone, Gratiae in Tuo pectore ſedem fixiſſe videantur. Quid dicam de conſilii praeſentia tam in amicorum, quam in ceterorum quorumque, qui egent opis Tuae, impeditiſſimis negotiis explicandis? Quid de cupiditate commodis omnium ſerviendi, ſi illorum

ratio-

rationes a cauſſa reipublicae non ſunt alienae? Quae vero Tua prudentia, quae vigilantia, quae fides in reipublicae negotiis procurandis, ſive cum Conſulatum gereres in hac Urbe, ſive cum Hagenſi Potentiſſimorum Ordinum foederatae Belgicae Conſeſſui eſſes adſcriptus, ſive in iis, quae cum maxime Tuae curae ſunt commiſſa. Quid ſalute, dignitate, utilitatibuſque patriae Tibi eſt antiquius? Non fugit Maximi & Sapientiſſimi Magnae Britanniae Regis perſpicacitatem haec animi, conſilii & conſtantiae Tuae praeſtantia, qui quantum Tibi tribuat Tuo merito nemo ignorat, niſi qui hoſpes eſt in noſtra republica. Tantis vero negotiis

gotiis publicis, quibus diſtineris ſemper, quicquid vacui & ſubſecivi temporis potes ſubducere, Te praeſtantiſſimarum doctrinarum ſtudiis impendere, nemo in Te miratur, qui hanc avitam, Veſtraeque genti, tam paternae quam maternae propriam laudem hereditate creviſti, & harum artium amorem quaſi cum ipſo ſpiritu vitali hauſiſti. Vix enim ulla familia tot hac laurea nobilitatas imagines poteſt oſtentare, quam Veſtra in omni eruditionis genere. Eas Tu nova quadam ratione auges, & illarum ſplendorem illuſtras. Nam cum ceteri totos ſe diſciplinae optimarum artium mancipaſſent, Tu, qui ad rempublicam acceſſiſti, non minore

tamen cum voluptate in liberalis omnis eruditionis ſtudiis verſaris, ac ſi in iis omnem aetatem conſumeres. Quam gaudes ſi quid luce dignum lucem vidit! quam avide id arripis! Quibus facibus inflammas, qui aliquid ex ſe promere poſſunt profuturum poſteris, & litterarum dignitatem amplificaturum, inſtaſque, ut quae moliuntur praeclare, urgeant ſtrenue, nec e manibus deponant, quibus & litterariam rem, & noſtrum ſeculum, & ſe ipſum ſint illuſtraturi! Quin nec ſumtibus parcis, ut ſubſidiis inſtruantur ad ea perficienda. Denique cum ipſe ſis elegantiſſimus, & omni doctrina perpolitus, in nulla re, ſi a reipublicae cura diſceſſeris, ſic conquieſcis,

quieſcis, nullaque ſic delectaris quam elegantium ingeniorum doctis lucubrationibus, ut omnis vita Tua teſtetur, Te in ipſis civilium negotiorum fluctibus in ſapientiae & cultioris eruditionis Argo vehi. Hanc igitur Muſae, quibus in Te tantum eſt praeſidii, Tibi referunt gratiam, ut omnes earum cultores Te obſervent, & in coelum ferant, ut Proceres reipublicae propter tam pulchram & aſſiduam, quam ei navas operam, Te ferunt in oculis. Vale Vir Nobiliſſime diu cum honoratiſſima Tua domo. Trajecti Batavorum A. D. XII. KAL. Jun. MDCXCVII.

LECTORI
BENEVOLO
S. P. D.
JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

Filius meus Callimachi poemata, quorum lectione valde capiebatur cum eſſet in vivis, edenda ſuſceperat cum omnium eruditorum, quae habebantur, annotationibus, quibus non nulla de ſuo, non nulla ex ἀνεκδότοις Joannis Meurſii diſputationibus Academicis excerpta, in qui-

bus Lugduni Batavorum pro concione hunc poetam expoſuerat, non nulla ex virorum doctorum, qui paſſim in ſuis ſcriptis quaſi in tranſcurſu hujus poetae aut difficiliora loca dilucidarant, aut mendoſa correxerant, adſpergeret. Accedebant Ampliſſimi Viri, Paulli Voetii van Winſen frequentia monita de hoc inſtituto perſequendo, & perbenigna promiſſa de Nobiliſſimi Patris ſui ſelectis obſervationibus, quas cum eo ſe communicaturum recipiebat, quas etiam hic vides. Alia ſubſidia huic editioni perpoliendae filius meus debet partim Nobiliſſimo Viro Joanni de Witt, qui ex ſua locupletiſſima bibliotheca uſum editionis primae, majuſculis litteris editae ſtudio Laſcaris, ei præſtitit, partim Viro Clariſſimo Petro Francio, qui Vaſcoſani Pariſienſem anni CIↃ IↃ XLIX, nec non Vulcanii Leidenſem editionem ejus fidei credidit: Illius marginibus multa vir doctus ſed nobis ignotus, hujus autem Vir eruditiſſimus Martinus Sladus adleverat non pauca. Celeberrimus vero Jacobus Gronovius ſuggeſſit aliquot locorum explicationes, quas aliorum ad-

adtextas obſervationibus deprehendes. Etſi immaturus filii obitus ſpes & vota noſtra interceperit, ante tamen fatalem diem, quaecunque in hunc poetam congeſſerat fuerunt perfecta. Poſt ejus obitum diutius aequo ceſſarunt proela in ceteris, quae reſtabant, mandandis typis, cum neſcio quas alias ob cauſſas, tum propter turbidiſſima haec tempora, quibus belli furore litterarum ſtudia jacuerunt oppreſſa. Habes igitur praeter ea, quae commemoravi, Nicodemi Friſchlini, Henrici Stephani, Bonaventurae Vulcanii, Franciſci Robortelli, & Annae Daceriae notas & obſervationes in cultiſſimum hunc vatem. Verſionem Latinam non infrequenter emendavit & meliorem reddidit ὁ μακαρείτης. De hoc ejus conſilio cum aliquid audiviſſet, Vir Perilluſtris Ezechiel Spanhemius, tam ſumma dignitate &, qua maximos apud Reges & Principes floret, gratia, quam ſumma doctrina eminens inter noſtri ſeculi ornamenta, fidem dedit, ſe nobis miſſurum, quae huic poetae, quem a teneris annis ſemper in deliciis habuerit, olim adſcripſiſſet. Quo

gratior & acceptior nuncius nullus nobis potuit adferri. Nihil enim niſi exquiſitum, & recondita doctrina refertum a tanto viro expectandum eſſe promittebant nobis tot alia illius aeterna & cedro digna ſcripta. Fidem datam liberavit, ſed ſic liberavit, ut ſpem & expectationem noſtram, quamvis ea ſumma eſſet, longe vicerit. Nam cum breves & paucas notas nos accepturos eſſe putaremus, accepimus theſaurum ingentis eruditionis, & abſtruſarum earumque pulcherrimarum rerum, quibus ex omni ſcriptorum genere tam elegantia Grajorum illuſtratur, quam antiqui ritus ſacri pariter & τῶν ἔξω explicantur, & ex quibus fontibus horum caſtus & ceremoniae manarint oſtenditur, in primis autem tenebræ fabularis hiſtoriae & Theologiae Graecanicae diſcutiuntur. Vel hoc nomine laetor Theodorum meum ad Callimachi novam editionem adornandam animum applicuiſſe, quod Virum Magnum permoverit ad hoc illuſtre ingenii ſui monumentum in tanta negotiorum arduorum varietate & multitudine condendum, quo litterariae

rei

rei dignitas amplificatur tam magnifice. Deum precor ut diu ſit ſuperſtes & incolumis, ut Æſchylum, quem in manibus olim habuit, & tot alias eximias commentationes magno praeſtantiſſimarum artium fructu in lucem edat. Videbis hic, Lector, ſtudioſe Muſicarum cupediarum & aliud, quod tuo palato, ſimul ac guſtaris, ſat ſcio, arridebit mirifice. Richardus Bentleius, Potentiſſimo Regi Guilielmo a bibliotheca, novum, ſed ſplendidiſſimum Britanniae lumen, certior a me factus de hac Callimachi editione perferri ad nos juſſit eruditiſſimas animadverſiones in quaedam hymnorum loca, & in epigrammata, quibus adjecit nova non pauca, quae lucem antea nunquam adſpexerant ex antiquo codice, qui fuerat Nicolai Heinſii, & non nulla ex iis, quae ante prodierant, aliquot verſibus auxit, alia, quae quidem ante legebantur, ſed a nemine fuerant intellecta, clara luce perfudit, ſimulque longe aliter & quidem elegantiſſime fragmenta Callimachi, quae & ipſe plurima conquiſivit, & alii olim collegerant, compoſuit, digeſſit & explica-

 vit,

vit, ac pleraque operibus aſſignavit unde fuerant depromta, cum plurimorum novorum acceſſione, quae in nullis prioribus editionibus reperiebantur. Cujus generis etiam non pauca in hac editione debes Illuſtriſſimo Spanhemio. Quamvis vero non nulla fragmenta bis terve leguntur, ſtudioſe tamen id factum eſſe credas, ne quis ſuae induſtriae fructu defraudetur. Vulcanius in vita hujus poetae, miratur nullam fieri mentionem apud Suidam hymnorum Callimachi. Sed fefellit virum doctum memoria. Nam in voce ἀγρονομίας, ait: Λεπρεῶν δὲ, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ λέπειν, ὅ ἐστι τύπτειν. οἱ δὲ ἀπὸ λεπρείου πολίσματος τῆς Πελοποννήσου, οὗ μέμνηται καὶ Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις. Λεπρεῶν *alii exiſtimant dictum* ἀπὸ τοῦ λέπειν, *quod eſt percutere, alii ab oppidulo Peloponneſi Leprio, cujus etiam meminit Callimachus in Hymnis.* In epigrammate XLIX, Bentlejanae συναγωγῆς verſum ſecundum ſic legendum eſſe poſtea nobis ſcripſit celeberrimus Bentlejus,

Τῶῤῥα μένων αἰγᾶν οὐ καθιμᾶσ᾽ ὁ Κύκλωψ,

& ſic vertendum:

Illic manens capras non dimiſit Cyclops.

Hoc

Hoc eſt gregem non dimiſit ex paſcuis ſuo tempore, Τῷῤῥα. Heſych. Τῷ ῥά, διὸ δή. Idem: Τὸ ῥά, ὅπερ δή. Ad epigrammata Callimachi accedat quod legitur in Anthologiae libro VI, in capite de venatoribus. Id quidem in omnibus editionibus praefert nomen Ἀδήλου, hoc eſt ignoti: ſed in codice Palatino, quem cum editione Aldina compoſuit doctus ille Sylburgius, quae in mea ſervatur bibliotheca, Callimacho tribuitur. Et ſane dignum Callimacho eſt epigramma, planeque illius genium reſpirat, ut pro genuino Callimachi foetu habendum cenſeam.

Κυνθίδες θαρσεῖτε. τοὶ γὰρ τοῦ Κρητὸς Ἐχέμμα
Κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τόξα παρ' Ἀρτέμιδι,
Οἷς ὑμέων ἐκένωσεν ὄρος μέγα. νῦν δὲ πέπαυται
Αἶγες, ἐπεὶ σπονδὰς ἡ Θεὸς εἰργάσατο.

Cynthiae (ferae) eſtote bono animo, nam Cretenſis Echemmae
Arcus jacent in Ortygia apud Minervam,
Quibus ſolebat deſolare magnum montem.
Nunc vero quieſcit,
Caprae, poſt quam Dea fecit inducias.

Pro ἐχέμμα eſt in Palatino ἐχέμμυ. Videtur hanc ſcripturam aſſerere Etymologici magni auctor: βέλεμνα, βέλη. ἔστι δὲ καὶ ῥῆμα παρὰ τὸ βέλος, βέλεμος, ὡς ἔχω Ἔχεμος, Τῆλεμος, πλεονασμῷ τοῦ ν βέλεμνος. Vulgata tamen damnari non poteſt, ſi caſus primus eſt ἐχέμης, aut ἐχέμμης, cujus ſecundus eſt ἐχέμμα, & ἐχέμμου, ut Παυσανίας, Παυσανίου, & Παυσανία. Ἀρχύτας, Ἀρχύτου, & Ἀρχύτα, quae trita ſunt. Laudat Hugo Grotius ad cap. XI. c. 17. epiſtolae ad Romanos epigramma Callimachi de piraſtro inſita arbori frugiferae, ſed id legitur in primae Anthologiae capite de arboribus, ubi non Callimacho, ſed Callinio adſcribitur. Et ſic emendandum apud Grotium. Ad fragmenta hoc quoque adjiciatur ex Suida in voce ἴπνια, qua & ſtercus animalium notari a Callimacho docet:

Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε, καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.

Et ſimul colluviem & animalium ſtercus abſtulit.

In fragmento CCLXXXIII Bentlejano legitur Τυρσηνῶν τείχισμα Πελασγικόν. hoc Pelaſgicum munimentum, quod erat in arce Athenienſi, Herodotus lib. V. Πελασγικὸν τεῖχος appellat, quem

quem ibi vide, ut & Thucydidem lib. II, nec non Meurſii Cecropiam cap. 5. Notaverat in ſchedula filius, quam inſpexi, cum hoc prooemium ſcriberem: Magnus Huetius in demonſtratione Evangelica cap. CV, ubi agit de loco Iſaiae XXII, 22, *Et dabo clavem domus David ſuper humerum ejus*, multis erudite diſputat de veterum clavibus, oſtenditque fuiſſe genus quoddam clavium, quae curvae fuerint ad inſtar curvarum falcium; eas januis clauſis per foramen fuiſſe inſertas ad excutiendos peſſulos & repagula, & eburneos vel ligneos capulos, illis fuiſſe praefixos, unde intelligatur, claves eas fuiſſe praelongas, quod probat ex Homero, & ejus interprete Euſtathio. Vix aliter geſtari potuiſſe has falcatas claves addit propter pondus & curvaturam, quam humero impoſitas. Inde & καπωμαδίας vocari a Callimacho, hoc eſt, *humero geſtari ſolitas*, hymno in Cererem, ubi ſcribit coronas & papaver manu quidem tuliſſe Cererem Nicippae ſacerdoti ſuae aſſimilatam, at geſtaſſe καπωμαδίαν κλῇδα, cum iſta humero ferri ſolita clavis, videri poſſit inſigne fuiſſe ſa-

cerdotii hujus. Cererem quippe condendis & cuſtodiendis frugibus praefuiſſe. Sed aliarum tamen Dearum ſacerdotibus tributum id quoque fuiſſe. Sic Junonis Argivae clavigeram dici Callirhoen ab auctore Phoronidis apud Clementem Alexandrinum Strom. 1. Hanc elegantem viri ſummi obſervationem merito non praetereundam cenſuit filius, quamvis illam nondum ſuis annotatis inſeruiſſet. Vale Lector optime, & tot virorum doctorum curis eximiis fruere.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΒΙΟΣ

καὶ περὶ τῶν αὐτοῦ

ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.

Καλλίμαχος υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας, Κυρηναῖος, Γραμματικὸς, μαθητὴς Ἑρμοκράτους τοῦ Ἰασέως Γραμματικοῦ, γαμετὴν ἐσχηκὼς τὴν Εὐφράτου τοῦ Συρακουσίου θυγατέρα. ἀδελφῆς δὲ αὐτοῦ παῖς ἦν, ὁ νέος Καλλίμαχος, ὁ γράψας περὶ νήσων δι' ἐπῶν. οὕτω δὲ γέγονεν ἐπιμελέστατος, ὡς γράψαι μὲν ποιήματα εἰς πᾶν μέτρον, συντάξαι δὲ καὶ καταλογάδην πλεῖστα. καὶ ἔστιν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ω΄. Ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων ἦν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. πρὶν δὲ συσταθῇ τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι κωμυδείῳ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος Πτολεμαίου. Ὀλυμπιὰς δὲ ἦν ρκζ΄, ἧς κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἤρξατο τῆς βασιλείας. τῶν δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ ταῦτα.

Ἰοῦς ἄφιξις, Ἐλπίδες, Σεμέλη, Σατυρικὰ δράματα, Ἄργους οἰκισμοὶ, Τραγῳδίαι, Ἀρκαδία, Κωμῳδίαι

δίαι, Γλαῦκος, Μέλη, Ἶβις, ἐστὶ δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν, εἴς τινα Ἶβιν γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Μουσεῖον, Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλίοις κ΄ καὶ ρ΄, Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων, Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις, Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, καὶ μετονομασίαι, Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων, καὶ παραδόξων, Περὶ μετονομασίας ἰχθύων, Περὶ ἀνέμων, Περὶ ὀρνέων, Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν, Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν καὶ τόπους ὄντων συναγωγή.

Ex

Ex Lilio Giraldo Dial. 3. de Poet. Hiſt.

Fuit *Callimachus* ex urbe Libyæ notiſſima Cyrene, quam ex Thera, quæ prius Calliſte dicebatur, Inſula profecti coloni condidere, ut pluribus oſtendit Pindarus & ejus interpretes: qua de re & ſic ipſe Callimachus cecinit,

> Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
> Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

Legitur & ejuſdem Poetæ Græcum carmen, quod ille ante funus ſibi compoſuit, in quo hæc eadem. Sunt qui Batti filium Callimachum exiſtiment, a quo & Battiades ipſe a Poetis vocatur. Tametſi plerique a Rege potius Cyrenes conditore vocitatum velint. Habitus eſt Callimachus Grammaticus & Poeta egregius, Hermocratis diſcipulus Jaſii: uxorem vero duxit Euphratis Syracuſani filiam. Sororem ipſe habuit Megatimam, quæ Staſenoro nupſit, ex quibus natus eſt Callimachus junior, qui non incelebris Scriptor fuit, & de Inſulis accuratiſſime opus edidit. Claruit inprimis Callimachus Philadelphi Ptolemæi temporibus, uſque ad Evergetis tempora, Olympiade circiter 125. Literas publice docuit in Eleuſine Alexandriæ vico, dein eſt in Aulam Regis receptus, in qua aliquandiu verſatus eſt. Scribit Strabo Callimachum amicitia & familiaritate uſum fuiſſe Heracleti Halicarnaſſei: compoſuiſſe vero volumina pluſquam 80. numero traditur, inter quæ reponuntur hæc. *Hecale*, de nomine anus hoſpitæ Theſei: quod Poema cum Græcis plerumque tum Latinis citatur Autoribus, Plinio, Petronio Arbitro. Scripſit & Jovis adventum in Ægyptum, Semelen, Argolicos colonos, Glaucum, Spes, hoc eſt Ἐλπίδας, Satyricas Fabulas, Tragœdias, Comœdias, Epodos, Mela, Tabulas diverſas, inter quas Legum Tabulæ cenſentur, & in iis illa fuit quæ a Gnathena Macronis Poetæ amica condita fuerat, quam ipſe Callimachus in tertio Tabularum complexus fuerat, & Lex Sodalitia, hoc eſt νόμος συσσιτικὸς inſcribebatur. Scripſit item de Inſularum ſitu: tametſi quidam referunt in ſororis filium, cujus modo meminimus. Scripſit ad hæc de Fluminibus, de Ventis, de Piſcibus, de Avibus, quorum mentio habetur in Comment. Apollonii. Scripſit item Cauſas, hoc eſt, τὰ Αἴτια; quod Opus cum Latinis cognitum fuit, tum Græcis maxime: quare mirum eſt, quoſdam, alioqui doctos, impudenter hoc ignoraſſe apud Martialem. Hoc Opus imitatus eſt M. Varro, ut Servius Grammaticus annotavit. Hymnos præterea ſcripſit Callimachus, quorum nonnulli adhuc leguntur. Illum celebrat Terentianus, qui in Jovem & Apollinem carmine Phalecio fuit conditus, in quo fatidicum puerum Branchum ab Apolline dilectum deſcripſerat. Hephæſtion tamen integrum illud Poema fuiſſe exiſtimat, Branchumque de pueri nomine vocitari. Scripſit & in Ibin, aliaque non parum multa, quæ a Græcis Grammaticis referuntur.

Fallitur Lil. Gyrald. quum ſcribit Callimachum plus quam volumina LXXX. edidiſſe. Debuit dicere DCCC. id enim diſerte firmat quiſquis ejus vitam Græce ſcripſit, his verbis: καὶ ἔστιν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ω'. Sed forſan erratum fuit operarum, qui *octoginta* ſcripſere, quum *octingenta* eis datum fuerit.

QUÆ-

INDEX
HYMNORUM.

Hymnus in Jovem.		*pag.* 2
- - -	*Apollinem.*	28
- - -	*Dianam.*	48
- - - -	*Delum.*	94
- - -	*Lavacrum Palladis.*	136
- - - -	*Cererem.*	156
Epigrammata.		180
Fragmenta.		234
- - - -	*Vulcanii.*	243
- - -	*Annæ Daceriæ.*	253
- - - -	*Spanhemii.*	276
- - -	*Bentleji.*	305

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΥΜΝΟΙ.

CALLIMACHI
CYRENAEI
HYMNI.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΥΜΝΟΙ.
ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΑ.

ΖΗΝΟΣ ἔοι τί κεν ἄλλο παρὰ σπονδῆσιν ἀείδειν
Λώϊον, ἢ θεὸν αὐτὸν, ἀεὶ μέγαν, αἰὲν ἄνακτα;
Πηλογόνων ἐλατῆρα, δικασπόλον οὐρανίδησι;

Πῶς

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ
εἰς τοὺς Καλλιμάχου ὕμνους.
ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΟΣ ΥΜΝΟΝ.

ΖΗΝΟΣ ἔοι] Πότερον, Ζηνὸς σπονδῆσιν; ἢ, Ζηνός τί λώϊον ἀείδειν; Πηλογόνων] Τῶν γιγάντων, παρὰ τὸ ἐκ πηλῦ γενέσθαι, τουτέστι τῆς γῆς.

V. I. ΖΗΝΟΣ ἔοι] Mirari ſatis non poſſum quid cogitaverit Scholiaſtes, quum dubium eſſe dixit utrum genitivum Ζηνὸς cum dativo, σπονδῆσιν jungere oporteret, an dicendum eſſet, Ζηνος τί λώϊον ἀείδειν; Quomodo enim non animadvertit, hæc quæ proxime ſequuntur verba, ἢ θεὸν αὐτὸν, huic poſteriori expoſitioni repugnare? Quum enim perinde ſit ac ſi ipſum dei nomen repetendo, dixiſſet, non ἢ θεὸν αὐτὸν, ſed Ζῆν' αὐτὸν, duo eſſent quæ idem ſignificantia ad eandem vocem λώϊον referrentur: hoc modo, τί λώϊον Ζηνὸς, ἢ Ζηνα αὐτόν. neque enim cuiquam dubium eſſe poteſt, quin his verbis ἢ θεὸν αὐτὸν intelligat ἢ αὐτὸν τὸν Ζῆνα: & quin idem valeat, τί λώϊον ἀείδειν Ζηνὸς, & τί λώϊον ἀείδειν ἢ Ζῆνα. Malui autem & in illa mea interpretatione quæ eſt adſtricta, nomen Jovis repetere, quam generali dei appellatione uti: quod hæc repetitio à verbis poëtæ non diſcederet, & elegantior videretur, apertior quidem certe eſſet. Ita igitur ſum interpretatus,

Quid Jovis in ſacris potius quam Iuppiter ipſe Cantetur?

Poteram vero & ita interpretari,

Quid nobis potius quam Iuppiter ipſe canatur
Hac ad ſacra Jovis?

Quin etiam hoc modo reddere potuiſſem,

Quid Jovis in ſacris nobis ſit rectius ipſum
Quam cantare Jovem?

Sed & retinendo illam ipſam generalem vocem *deus*, pro qua proprium ipſius dei nomen poſui, ita vertere mihi licebat,

Quid Jovis in ſacris potius mihi quam deus ipſe Cantetur?

Ad Scholiaſtem autem ut revertar, pro illa vana (ut ita loquar) dubitatione, aliam proponere poterat quæ nnn omnino ratione caruiſſet, ſi dixiſſet dubium eſſe, an intelligendum ſit, παρὰ σπονδῆσι Ζηνὸς τί λώϊον ἐστὶ ἀείδειν ἢ θεὸν αὐτόν: an, παρὰ σπονδῆσι Ζηνὸς τί ἔοι ἀείδειν λώϊον ἢ θεὸν αὐτόν. id eſt, τί λώϊον θεῦ αὐτῦ. Si, inquam, annotaſſet, dubium eſſe, an dicendum eſſet τί ἐστι λώϊον ἀείδειν, accipiendo, λώϊον pro melius, ſive ſatius,

in Callimacco
al inno di Giove p 2: 39
a Gaiso. E



G. Hoet del.   Iv. Vianen f

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

CALLIMACHI CYRENAEI HYMNI.

IN JOVEM.

Ovis apud. ſacrificia quid aliud ſit celebrare
Melius, quàm Deum ipſum, ſemper magnum, ſemper regem,
Terrigenûm expulſorem, jura dantem coelicolis?

Et

...tius, eodem ſenſu (ut dicitur, melius eſt hoc dicere, vel facere: ſive ſatius eſt. Quamvis ego mutata orationis forma uſus ... voce potius) an ἰοι quidem jungere... cum infinitivo, λώϊον autem cum ἢ ... αὐτόν: hoc ſenſu, Quid apud ſacra Jovis cantare quis poſſit ipſomet deo præſtantius? Hunc autem ſenſum ſi amplexus fuiſſem, ita interpretari potuiſſem,

Quid Jovis in ſacris Jove quid præſtantius ipſo Cantetur?

Vel hoc modo,

Inter ſacra Jovis Jove quid præſtantius ipſo
Quis cantare queat?

Verum hic ſenſus minus mihi placet quam alter: præſertim quum pro Præſtantius alia potius voce quam λώϊον uſurus fuiſſe videatur. Cæterum ubique meæ interpretationi pronomen *ipſo* adhibeo, quoniam & a poeta Græco ponitur itidem αὐτὸν, quod non vacat, ſed valde eſt emphaticum hoc in loco. Ac poſſet ἢ θεὸν αὐτὸν reddi etiam quam ipſummet deum, vel quam illum ipſum deum. *Stephanus.*

Ibid. ΖΗΝΟΣ] Refer ad σπονδῇσι. *Anna Fabri.*

Ibid. Κεν] Particula notans poſſibilitatem. *Anna Fabri.*

Ibid. Σπονδῇσι] Alii σπονδεῖσι, alii σπυδῇσι legunt. Si magis prior placeat lectio, referes ad Sacrificia, quia hymni inter ſacrificandum cantari conſueverant. Si poſterior magis probetur, deſideria & cogitata mentis ipſius Callimachi intelligas neceſſe eſt. *Robortel.* Inepta eſt poſterior lectio, vera prior.

V. 3. Πηλογόνων] Epitheton Gigantum, quos Hymno εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος verſ. 8. Γηγενέας vocat,

Οὐδ᾽ ὅκα δὴ λύθρῳ πεπαλαγμένα πάντα φέροισα

Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ᾽ ἀπὸ γηγενέων.

Heſychius Γηγενεῖς explicat, ἄνδρες, γυναῖκες. & paulo poſt, Γηγενῶν, τῶν τὰ γήϊνα ἐργαζομένων καὶ ἁμαρτανόντων· κατὰ κοινὸν δὲ καὶ πάντες ἄνθρωποι λέγονται γηγενεῖς, καθὸ τὴν ὑπόστασιν ἐπὶ γῆς ἔχουσι. quæ Heſychii interpretatio, Suidæ de eo ſuſpicionem confirmare poſſit, fuiſſe videlicet eum μὴ χριστιανὸν, ἀλλὰ τῆς ἑλληνικῆς ματαιοπονίας ἀνάπλεων. Neque enim ea tantum de cauſa homines dicuntur γηγενεῖς, ſed quod e terra creati formatique ſint. qua ratione rectius πηλόγονοι vocentur. Πηλὸς enim non ſimpliciter terram, ἀλλὰ τὴν βεβρεγμένην γῆν, hoc eſt, limum ſignificat. *Vulcanius.*

Ibid. Δικασπόλον] De regibus locus elegans apud Dionyſium Halicarnaſſ. lib v. Καὶ ἀρχὰς μὲν γὰρ ἅπασα πόλις Ἑλλὰς ἐβασιλεύετο, πλὴν οὐχ ὥσπερ τὰ βάρβαρα ἔθνη δεσποτικῶς, ἀλλὰ κατὰ νόμους τε καὶ ἐθισμοὺς πατρίους. Καὶ κράτιστος ἦν βασιλεὺς ὁ δικαιότατός τε καὶ νομιμώτατος, καὶ μηδὲν ἐκδιαιτώμενος τῶν πατρίων. δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμη-

Πῶς καί νιν, Δικταῖον ἀείσομεν, ἠὲ Λυκαῖον;
Ἐν δοιῇ μάλα θυμός· ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.
Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο;
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι. καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Δικταῖον] Κρῆτα. Δίκτη γὰρ ὄρος Κρήτης. Λυκαῖον.] Ἀρκάδα. Λυκαῖον, Ἀρκαδίας ὄρος. Ἀμφήριστον] ἀμφίλογον. Ἰδαίοισιν] Ἴδη, ὄρος Κρήτης καὶ Τροίας· νῦν δὲ τὸ Κρήτης φησί. Πότεροι] Ἐν ἤθει ἀναγνωστέον τὸ πότεροι. Κρῆτες ἀεί.] Παροιμία ἐστὶ τὸ κρητίζειν, ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι, ἀπὸ Ἰδομενέως τοῦ Κρητὸς ῥηθεῖσα· ὃς λαχὼν μερίσαι τοῖς Ἕλλησι τὰ λάφυρα τοῦ Ἰλίου, τὰ κρείττω ἑαυτῷ περιεποιήσατο. Τάφον] Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο, Μίνωος τοῦ Διὸς τάφος. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ, τοῦ Μίνωος, ἀπηλείφθη· ὥστε περιλειφθῆναι, Διὸς τάφος. ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. ἢ ὅτι Κορύβαντες λαβόντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ κρύψαι διὰ τὸν Κρόνον, προσεποιήσαντο τάφον αὐτοῦ.

ρος, δικασπόλυς τε καλῶν τοὺς βασιλεῖς, καὶ θεμιστοπόλυς. h. e. *A principio omnibus Graeciae civitatibus ſui erant reges; niſi quod illi non barbarica licentia dominabantur, ſed juxta leges ac mores patrios regnum exercebant: optimuſque rex habebatur qui eſſet juſtiſſimus & legum ſervantiſſimus, nuſquam diſcedens ab inſtitutis patriis: id quod ex Homero etiam liquet, dum reges vocat* δικασπόλυς *&* θεμιστοπόλυς, *hoc eſt, juris tractatores.* Meurſius.

V. 4. Πῶς καὶ νιν] Poſt νιν interpunxi, ut implicita eſſe verba oſtenderem, pro πῶς καί νιν ἀείσομεν; Δικταῖον, ἠὲ Λυκαῖον; Sed hoc etiam ſciat lector, poſſe omitti interrogationis notam poſt Λυκαῖον, ut ſuſpendatur oratio, & unum ſit membrum, ἐν δοιῇ μάλα θυμὸς, πῶς καί νιν ἀείσομεν. Verum plus gratiæ alteri lectioni ineſt. *Stephanus.*

Ibid. Πῶς καί νιν] Bis intellige ἀείσομεν. *Anna Fabri.*

V. 5. Δικταῖον] Cretenſem fuiſſe crediderim, qui Dictam Cretæ montem quaſi τίκταν appellatam ſcribit; διὰ τὸ τεχθῆναι ἐκεῖ τὸν Δία. Neque enim ibi natus, ſed educatus eſt Jupiter. ideoque ſtatua imberbis, Jovi apud Dictam poſita. *Vulcan.*

Ibid. Λυκαῖον] Pindar. Od. 13. Olymp. in Antiſtroph. 5. Strophes,

----τὰ δ' ἐπ' ὀφρύϊ Παρνασσίᾳ, ἀμφ' Ἄργεϊ τε, ὅσα καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τε
Ἀρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυρήσει Λυκαίου βωμὸς, ἄναξ, ----

Anna Fabri.

Ibid. Ἀμφήριστον] Nota ἀμφὶ ἔριστον ἀμφήριστον. *Anna Fabri.*

V. 6. Ζεῦ, σὲ μὲν, Ζεῦ, σὲ δὲ] Nota redditionem particularum, quæ omnino ad venuſtatem linguæ Græcæ conferunt. *A. F.*

Ibid. Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι] Quidam οὔρεα hic vertices montium ſive cacumina vocari putarunt, itidemque apud Theocritum, ubi dicit ὤρεα μακρὰ Λυκαίου: ſed cur illis aſſentiendum ſit, non video. *Stephanus.*

Ibid. Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι] Οὔρεα dicit pro ſummitatibus, & faſtigio montium, ut & Theocritus ὤρεα μακρὰ Λυκαίου. Verum Ἰδαῖα ὄρεα, eſt mons Ida, ut ὤρεα Λυκαίω, mons Lycaei, pro Lycaeus, ut

ſlumen

Et quomodo ipſum, Dictaeum canemus, an Lycaeum?
In dubio admodum *haeret* animus: quoniam genus Jovis controverſum *eſt*.
Jupiter, te quidem *alii* Idaeis in montibus aiunt genitum,
Jupiter, te vero *alii* in Arcadia: utri, pater, mentiti ſunt?
Cretenſes ſemper mendaces. etenim ſepulchrum, ô Rex, tuum

Cretenſes

flumen Rheni pro Rhenus, *mons Soractis* pro Soracte apud Latinos.

V.8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] Perinde eſt ac ſi diceret, Sed quid opus eſt ex te ſciſcitari utri ſint mentiti, Cretenſes, an Arcades? quum Cretenſium mendacia in proverbium etiam abierint? & quidem, ſicut mendacii de tuo ſepulcro manifeſti ſunt, ita quin de tuis quoque natalibus mentiri auſi fuerint, minime dubitandum ſit. Ideo ego in mea interpretatione hujus hymni, non illa cujus principium paulo ante attuli, ſed altera, quæ libera eſt ac paraphraſtica, ita locum hunc expoſui,

> *Verum ex te quid ſcire adeo manifeſta laboro?*
> *Eſſe equidem Cretam recte dixere priores*
> *Mendacem ſemper. mendaci audacia lingua*
> *Tanta eſt, ut tumulo te dixerit eſſe repoſtum*
> *Quem fabricata tibi eſt: quum non ſis lumine caſſus:*
> *Imo nihil mortale geras, ſed perpetis ævi*
> *Jus teneas, ſpernaſque trium mala fila ſororum.*
> *Quum vero mentita tuum ſit Creta ſepulcrum,*
> *Nec de ortu res mira tuo vana eſſe loquutam.*

Cæterum Naſo reſpiciens ad hæc verba, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται (ſive ex hoc Callimachi loco, ſive ex Epimenidis verſu petita, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, quem & D. Paulus citat) mendacem & ipſe Cretam appellavit, hoc in loco,

> *Nota cano. non hoc quæ centum ſuſtinet urbes,*
> *Quamvis ſit mendax, Creta negare poteſt.*

Apud eundem poetam Minos Cretam appellat Jovis incunabula, Metamorph. 8.

> *Certe ego non patiar Jovis incunabula, Creten,*
> *Qui meus eſt orbis, tantum contingere monſtrum.*

Item in epiſtola Ariadnes vocatur *puero cognita terra Jovi*: & Phædra apud eundem ſcribit Hippolyto, *Eſt mihi dotalis tellus Jovis inſula Crete.* Sed tamen Metamorph. libro 2. idem poeta dicit Jovi impenſiorem curam eſſe ſuæ Arcadiæ: *terras hominumque labores Perſpicit, Arcadiæ tamen eſt impenſior illi Cura ſuæ.* ubi, quum dicitur Jupiter majorem curam gerere Arcadiæ ſuæ, videtur ſignificari, Arcadiæ patriæ ſuæ, ſive terræ ſibi natalis. *Stephanus.*

Ibid. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] Male audierunt olim vanitatis nomine Cretenſes, vel ipſo Paulo teſte. neque vanitatis tantum, verum etiam improbitatis & nequitiæ, ut & Cappadoces & Cilices, unde proverbium τρία κάππα κάκιστα. cujus etiam meminit Κωνσταντῖνος ὁ πορφυρογεννήτης, περὶ θεμάτων. quem, volente Deo, propediem emittam in lucem. *Vulcanius.*

Ibid. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] Proverbii vice olim jactabatur iſtud. Meminit Paulus Apoſtolus, qui ab Epimenide, quem Prophetam vocat, deſumpſit, ut probant Hieronymus Epiſt. ad Tit. Auguſtinus contra Adverſarium Legis, Chryſoſtomus Serm. 3. Epiſt. ad Tit. & Origenes lib. 3. contra Celſum. Et ab Epimenide potuit etiam ſumere Callimachus, ſed nemo auſit affirmare, quum adeo tritum fuerit, ut in ore etiam pueris haberetur: & omnino falſus eſt Epiphanius in Panario, qui putavit Callimachum non tantum hemiſtichion, ſed diſtichion integrum ab Epimenide deſumpſiſſe; nam nil tale apud illum un-

Κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.
Εν δέ σε Παῤῥασίῃ Ρείη τέκεν, ᾗχι μάλιστα
Εσκεν ὄρος θάμνοισι περισκεπές. ἔνθεν ὁ χῶρος
Ιερός. οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης
Ερπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπινίσσεται. ἀλλά ἑ Ρείης
Ωγύγιον καλέουσι λεχώϊον Απιδανῆες.

Ενθα

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Παῤῥασίῃ] Ορος Αρκαδίας τὸ Παῤῥάσιον, ἀπὸ Παῤῥάσου τοῦ Λυκάονος. Ερπετὸν] Οὔτε ἑρπετὸν, οὔτε γυνὴ χρήζουσα τοῦ τεκεῖν ἐπιμίσγεται. Η οὕτως· οὐ χρήζει εἰλειθυίας, τουτέστι γεννήσεως. ὅτι πᾶν ζῶον εἰσιὸν ἐκεῖ μεμολυσμένον, ἄγονον ἐγίνετο, καὶ σκιὰν τὸ σῶμα αὐτοῦ οὐκέτι ἐποίει. Απιδανῆες] Οἱ ἀρχαῖοι Αρκάδες.

quam lectum fuit. *Anna Fabri.*

Ibid. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται.] Suidas: Κρητίζειν τὸ ψεύδεσθαι. Ἰδομενεὺς γὰρ ἐπιτραπεὶς τὸν ἄριστον ἑαυτῷ ἐξείλετο. καὶ ἑτέρα παροιμία, κρητίζειν πρὸς κρῆτας. ὅτι ἀπατεῶνές εἰσι. *Robortel.*

Ibid. Mendacii etiam arguit Cretenſes Lucanus extremo VIII.

Tam mendax Magni tumulo, quam Creta tonantis.

Et Nonnus, Dionyſiac. lib. VIII.

Οὐ γὰρ ἀεὶ παρέμιμνε Διὸς ψευδήμονι τύμβῳ,
Τερπομένη Κρήτεσσιν, ἐπεὶ πέλον ἠπεροπῆες.

Nec enim ſemper manebat apud Jovis mendacem tumulum,
Oblectata Cretenſibus, cum eſſent mendaces.

Vide & Meurſii Cretam lib. II. cap. 4.

V. 9. Ετεκτήναντο] Removendum eſt ι ſubſcriptum, cum hocce tempus a futuro proficiſcatur, ubi nullum eſt. Sit ſemel monuiſſe ſatis. *Anna Fabri.*

V. 11. Ἔνθεν ὁ χῶρος] Ait Callimachus eum Arcadiae locum, ubi Jupiter natus, nullis mulieribus, aut animalibus reptilibus adire licuiſſe, quod certiſſimum nempe divinitatis indicium eſſet. Quo pertinet locus Pauſaniae, quem Friſchlinus allegat. *Meurſius.*

Ibid. Simile quid narrat Theocritus primo Idyllio v. 125.

αἰπύ τε σᾶμα
Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν.

h. e. *& ſublime ſepulchrum illud Lycaonidae, quod & diis beatis eſt venerabile.* Intelligit autem ſepulchrum Maenali Lycaonis filii; ubi habetur in Scholiis: ἀγητὸν, θαυμάσιον δηλαδὴ, ὅτι εἰσερχόμενα ζῶα ἄγονα ποιεῖ. *Robortel.*

V. 12. Κεχρημένον Ειλειθυίης] Non expoſui κεχρημένον Ειλειθυίης, expertum Lucinam, id eſt, partus labores: quaſi verba illa ſonarent Lucina uſum, id eſt, Lucinæ auxilio; ſed quum κεχρημένον junctum genitivo viderem, non dativo, cenſui vertendum, indigens Lucina, ſeu indigum Lucinæ. Id eſt, indigum auxilii Lucinæ. Exempla autem hujus ſignificationis participii κεχρημένος cum genitivo, apud poetas, ſuppeditabit Theſaurus meus Græcæ linguæ. Ut vero altera expoſitio quæ a Scholiaſte affertur, locum habere poſſet, Callimachum aliter loquutum eſſe, & negativam particulam non cum ἐπινίσσεται, ſed cum κεχρημένον aut alio ejuſdem ſignificationis junxiſſe oporteret. Apud eundem Scholiaſtem eo in loco non dubito, quin vox σκιὰν pro alia irrepſerit. Cæterum pro γυνὴ κεχρημένη Εἰλειθυίης alia elegantiore periphraſi utens dicit alibi ἅτις Ἐλειθυίᾳ τείνει χέρα. *Stephanus.*

Ibid. Κεχρημένον Ἐιλειθυίης] Diana cur ſit Ilithya dicta, etiam ab Horatio,

id

Cretenſes fabricarunt. tu autem non periiſti: es enim ſemper.
In Parrhaſia autem te Rhea peperit, ubi maxime
Erat mons nemoribus obtectus: inde locus ille *eſt*
Sacer: neque eum aliquod indigum Lucinae
Animal, neque mulier adit *ulla*: ſed ipſum Rheae
Veterem nominant puerperii lectum Apidanes.

Hic

id exponit Gyrald in ſuo ſyntagmate.

Ita infra, ἅτις ἐλειθυίᾳ τείνει χέρα. Utraque eſt periphraſis parturientis. ἐλειθυία enim, ſive εἰλειθυία (utrumque enim dicitur) eſt ὠδίνων ἐπαρωγὸς, ut Orpheus loquitur, & λεχέων ἐπίκουρος, atque adeo λυσίζωνος. quam Latini Lucinam vocarunt, quod fœtum producat in lucem. Horatius,

Rite maturos aperire fœtus
Lenis Ilithya, tuere matres.
Sive tu Lucina probas vocari,
Seu genitalis.

Per hanc poëtæ veteres adumbrarunt Dianam, hoc eſt, Lunam; ut Callimachus ipſe teſtatur hymno in Dianam verſ. 21.

--- πόλεσιν δ' ἐπιμίξομαι ἀνδρῶν
Μοῦνον ὅτ' ὀξείαισιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες
Τειρόμεναι καλέωσι βοηθόον, ᾗσί με μοῖραι
Γεινομένην τοπρῶτον ἐπεκλήρωσαν ἀρήγειν.

ubi Scholiaſtes ἡ αὐτὴ γὰρ, inquit, ἐστὶ τῇ εἰλειθυίᾳ. Cauſam vero hanc crediderim, quod Lunæ ſidus, ut ait Plinius lib. 2. cap. 101. fœmineum ac mollem ſolvit humorem & trahit, & cuncta humifico ſuo ſpiritu laxat. ideoque partum ſæpenumero celeriorem facilioremque reddit. κεχρημένον vero genitivo conjunctum, indigum ſignificare, adeo notum eſt, ut qui multis id exemplis doceat, is τοῦ κεχρημένος videatur. *Vulcanius.*

V. 12. 13. Οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης Ἑρπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται.] Vertunt: *neque eum aliquod indigens Lucinae reptile, neque mulier adit ulla.* Et vides ſic ſentire interpretes omnes. Cur tantum reptilium hic meminit, & cum homine conjungit? An ergo alia animalia in illo loco pepererunt? Verte, *neque praegnans animal, neque mulier adit ulla.* Ἑρπετὰ enim, quamvis proprie dicantur ἄποδα, reptilia, ſignificant tamen quaevis etiam animalia. Etym. mag. Ἑρπετὸν ζῶον χερσαῖον. παρὰ τὸ ἑρπεῖν, τὸ καταπίπτειν, τὸ μὴ ὀρθὸν περιπατεῖν. Ἑρπετὸν *animal terreſtre, a* τὸ ἑρπεῖν, quod eſt *cadere, quod non incedant erecta,* ſed in terram ſcilicet prona. Paullo poſt: Κυρίως τὰ ἄποδα εἴρηται ἑρπετὰ, ἀπὸ τοῦ πίπτειν ἐν ἔρᾳ, καταχρηστικῶς καὶ τὰ τετράποδα. *Proprie pedes non habentia dicuntur* ἑρπετὰ, *a* τὸ πίπτειν ἐν τῇ ἔρᾳ, *quia in terra ſerpunt. Per catachreſin autem etiam quadrupedes ſic dicuntur.* Sic Lacaena canis apud Pindarum *Pythionic.* vocatur τρέχειν πυκνότατον ἑρπετὸν, *velociſſimum animal.* Homerus quoque Οδυσσ. δ.

ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ γίνονται, καὶ ὕδωρ, καὶ θεσπιδαὲς πῦρ.
quaecunque in terra
Animalia ſunt, & aqua, & divinus ardens ignis.

ubi male quoque Latini interpretes, *reptilis*, quamvis a Didymo meliora docti eſſent, qui notat: ἑρπετὰ κυρίως μὲν οἱ ὄφεις· καταχρηστικῶς δὲ νῦν πάντα τὰ θηρία. *proprie quidem* ἑρπετὰ *ſunt ſerpentes. ſed per catachreſin omnia hic dicuntur animalia.* & ſic apud Callimachum; cujus ſententia eſt, nullum aliud in illo loco, ubi natus eſt Jupiter, animal, nullam mulierem peperiſſe. ἕρπειν apud Dores, ut ſaepiſſime apud Theocritum, eſt ire, incedere, ut non mirum ἑρπετὰ dici animalia non modo quae ſerpunt, ſed incedunt. Haec patris mei eſt obſervatio.

V. 14. Ὠγύγιον] Magis placet lectio ex Scholiaſte adſcripta margini ὠγύγιοι. merito enim Apidanenſes, Arcadiæ populi, vocantur ὠγύγιοι, id eſt, priſci

 (quum

Ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων,
Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.
Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔρρεεν, οὐδ' Ἐρύμανθος
Λευκότατος ποταμῶν. ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα
Ἀρκαδίη.

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Λύματα] Καθάρματα. τὸ δὲ χυτλώσαιτο, ἀντὶ τοῦ ἀπολούσαιτο. Ἐρύμανθος δὲ, ποταμὸς Ἀρκαδίας.

(quum etiam ipſi Arcades dicti ſint προσέληνοι: & fluvius eorum Ladon, cujus mentio fit ſtatim poſt, vocetur ὠγύγιος a Dionyſio, ἐν τῇ περιηγήσει) at λεχώϊον Ῥεῖης dictum ſimpliciter fuiſſe, id eſt ſine tali adjectione qualis eſt adjectivi ὠγύγιον, credibile ſit. Illud autem Arcadum epithetum προσέληνοι ab Ovidio non uno in loco exprimitur per periphraſin: dicente de Arcadia alicubi *Gens luna prior*, alicubi *Terra luna prior*. Stephanus.

Ibid. Apud Dionyſium de ſitu orbis Ὠγυγίη Τύρος, antiqua Tyrus, pro quo Virgilius dixit,

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

& Heſychius Ὠγύγια τείχη exponit τὰ ἀρχαῖα. *Meurſius.*

Ibid. Ἀπιδανῆες] Dionyſius de ſitu orbis, de Peloponneſo loquens:

Κάδδε μέσην νῆσον, κοίλην χθόνα ναιετάουσιν
Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες.

ubi Euſtathius ab Apide Phoronei filio Apiam dictam, & Arcades Ἀπιδανῆες innnit. Alli, citante eodem Euſtathio, Ἀπίαν & Ἀπιδανεῖς dici volunt, & quidem convenientius ſententiæ Callimachi, κατὰ στέρησιν τοῦ πιεῖν, καὶ τὴν πιδάκων. unde & πολυδίψιος vocari poſſit. Eadem vero ratione etiam Arcadia Ἀζηνὶς dicta, διὰ τὴν ἄζην, τουτέστι ξηρασίαν, & gens ipſa Ἀζᾶνες. *Vulcanius.*

V. 15. Μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων] Sic Callimachus κόλπων appellatione eſt uſus hymno in Dianam, pag. 13. Ὅττι με καὶ τίκτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα Μήτηρ, ἀλλ' ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων. At vero pag. 15. in magis uſitata ſignificatione ponitur, ubi de puella expavefacta dicitur, ἡ δὲ τεκούσης δύνει ἔσω κόλπους. Illum autem verbi ἀπεθήκατο uſum imitatus eſt Catullus, quum de Diana cecinit, *Quam mater prope Deliam depoſuit olivam.* Nam deponere proprie idem ſonat quod ἀποτίθεσθαι. ac conſentaneum certe eſt, ut deponere fœtum dicatur quæ parit, quum onus appellari ſoleat quamdiu eſt in utero. cujus ſignificationis apud Ovidium paſſim & apud alios exempla extant. *Stephanus.*

Ibid. Ἀπεθήκατο κόλπων] περιφραστικῶς, pro ἔτικτε. Pindarus, ἁ δὲ φοινικόκροκον ζώναν καταθηκαμένα, κάλπιδά τ' ἀργυρέαν λόχμας ὑπὸ κυανέας τίκτε θεόφρονα κοῦρον. *Vulcanius.*

V. 17. Λύματα] τὰ ἀποκαθάρματα, quaſi λύματα. ita poſtea Hymno in Apoll. ſub finem, de Euphrate loquens, πολλὰ λύματα γῆς, cui ſtatim, ſe ipſe explicans, ſubjungit, καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.

Porro ἀποκαθάρματα, λύματα ab Achæis dicta fuiſſe teſtatur Pauſanias in Arcadicis, inquiens: ὠνόμαζον δὲ ἄρα οἱ Ἀχαιοὶ τὰ καθάρματα λύματα. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ἀπολυμαίνεσθαι ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ λοιμοῦ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐμβάλλειν τὰ λύματα εἰπὼν εἰς τὴν θάλασσαν. Verſus Homeri Ιλ. ά. ita habet,

Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Dant etiam lucem huic loco, quæ ibidem Pauſanias de Lymace in Nedam fluente ſcribit: γενέσθαι δὲ τοὔνομα τῷ ποταμῷ καθαρσίων τῶν Ῥέας

ἕνεκα

Hic te poſtquam mater magno depoſuit ex utero,
Statim quaerebat rivum aquae, quo partus *ſui*
Sordes ablueret, tuumque corpus purgaret.
Ladon vero magnus nondum fluebat, neque Erymanthus
Limpidiſſimus amnium: ſed adhuc ſicca erat omnis Arcadia:

εἵνεκα. ὡς γὰρ δὴ τεκοῦσαν τὸν Δία ἐκάθηραν ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν αἱ Νύμφαι, τὰ καθάρματα εἰς τοῦτον ἐμβάλλουσι τὸν ποταμόν. Λύμακα itaque fluvium vocatum vult ἀπὸ τῶν λυμάτων quæ in illum abjecta ſunt, Λύσιον vero, cujus ſupra meminerat Pauſanias, ἐπὶ λούτροις τοῦ Διὸς τεχθέντος. *Vulcanius.*

Ibid. ὅ κε τόκοιο Λύματα χυτλώσαιτο] Sic hymno in Delum dicit Peneus fluvius Latonæ, Scio & alias puerperas undis meis ſe laviſſe. -οἶδα καὶ ἄλλας Λουσαμένας ἀπ' ἐμεῖο λεχωΐδας. *Stephanus.*

Ibid. Χυτλώσαιτο] Heſychius interpretatur χυτλῶσαι μετὰ ἐλαίου λούσασθαι, & τὸ ἀλεῖψαι μετὰ τὸ λούσασθαι. Putarim itaque ὕστερον πρότερον verſui Callimacbi ineſſe, cum inquit,

--ὅ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.

Prius enim abluendum erat corpus, deinde inungendum. *Vulcanius.*

Ibid. Τόκοιο λύματα] Plaut. in Amphitr. duobus locis, Terent. in Andria Act. 3. Scen. 2.

Nunc primum fac iſthæc ut lavet.

Male Vulcanius, qui vertit *ſordes nati*; neque enim de corpore nati, ſed de ſuomet intelligendum. *Anna Fabri.*

Ibid. ὅ κε τόκοιο Λύματα χυτλώσαιτο.] Solebant quondam partum e matris utero prodeuntem aqua abluere. Moris ejus quoque apud hunc noſtrum auctorem veſtigium, hymno in Delum:

---- Οἶδα καὶ ἄλλας
Λουσαμένας ἐπ' ἐμεῖο λεχωΐδας.

Ita malim legere, quam ἀπ' ἐμεῖο. Apud Lucianum quoque τραγοποδάγρα.

Ὅτι γὰρ λαχόντων σε τικοῦσα
Μοῖρα, Κλωθώ τοτ' ἔλουσεν..

Ennius Andromeda apud Nonium in Lavit: *Nam ubi introducta eſt, puerumque ut lavent, locant in clypeo.* Vas in quo abluebantur, Latinis *labrum*, *labellum*, & *alveum* appellatum. Iſidor. Orig. lib. 20. cap. 6. *Labrum vocatum, eo quod in eo lavationem ſolitum eſt fieri infantum, cujus diminutum labellum. Idem & alveum, quod in eo ablutionem fieri ſolitum ſit.* Meurſius in Lycophr.

Ibidem. -τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι] Hoc de Phœbo itidem dictum eſſe a Callimacho, docebo in verſum 32. *Stephanus.*

V. 18. Λάδων ἀλλ'] Not. ἀλλὰ ſignificare ℨ, quod nemo adhuc monuit. *Anna Fabri.*

Ibidem. Οὐδ' Ἐρύμανθος] Erymanthus & mons Arcadiae erat, & fluvius, in Alpheum defluens, ut ait Plinius lib. IV. cap. VI. Callimachus de fluvio hic agit. *Meurſius.*

V. 19. Λευκότατος ποταμῶν] Proprie. Nam λευκος idem eſt quod διαφανὴς καὶ λαμπρός. ἀπὸ τοῦ λεύσσω, τὸ βλέπω. Ita Oppianus ἀργυρέους ποταμοὺς vocat, ſplendidos, puros, vitreos, pellucidos. & Callimachus hymno εἰς Δήμητρα verſ. 28. ἀλέκτρινον ὕδωρ, τουτέστι διαυγές, παρὰ τὸ ἤλεκτρον. & verſu 123. λευκὸν θέρος, λαμπρὸν interpretatur Scholiaſtes. *Vulcanius.*

Ibid. Ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη] Hanc aquæ in Arcadia priſcis illis temporibus penuriam nomina duo illi data, teſtari poſſe videntur, Azania & Apia: illud, ἀπὸ τῆς ἄζης, hoc, ἀπὸ τοῦ μὴ πιεῖν. ut α στερητικὸν ſit loco particulæ negantis. Sed de hoc quidem Azaniæ etymo, ſive Azenidis (nam Ἀζηνὶς dicta fuit, ſicut & Ἀζανία) convenit inter omnes propemodum. at vero nominis Ἀπία aliud etiam affertur. Dicti autem ſunt ab Apia Arcades, Ἀπιδανεῖς, & Ionica declinatione, qua utuntur poetæ, Ἀπιδανῆες (a recentioribus Ἀπιδόνες etiam) ab Azania, Azanes. unde legimus apud Statium, *Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan, Parrhaſiique duces.* ubi Azanem Idæis ululatibus

Ἀρκαδίη· μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι
Αὖθις. ἐπεὶ τημόσδε Ῥέη ὅτ' ἐλύσατο μίτρην,
Η πολλὰς ἐφύτευσε Σαρωνίδας ὑγρὸς Ἰάων
Ηειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ὤχησεν ἁμάξας.
Πολλὰ δὲ Καρίωνος ἄνω, διεροῦ περ ἐόντος,
Ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα, νίσσετο δ' ἀνὴρ

Πεζὸς

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ὅτ' ἐλύσατο] Ὕστερον μετὰ τὸ τεκεῖν τὴν Ῥέαν. Σαρωνίδας] δρῦς. παρὰ τὸ σεσηρότα καὶ συνεστραμμένον τὸν φλοιὸν ἔχειν. Τὸ δὲ ἤειρεν, καὶ ὤχησεν, ἀντὶ τοῦ ἐβάστασε. Καρίωνος] Λείπει ἡ ὑπέρ. πολλὰ δ' ὑπὲρ τοῦ Καρίωνος ἑρπετὰ τοὺς φωλεοὺς ἐποίησαν. Κινώπετα] Τὰ θηρία, οἱονεὶ κινώπεδα, παρὰ τὸ ἐν τῷ ἐδάφει κινεῖσθαι. τὸ δὲ νίσσετο, ἀντὶ τοῦ ἤρχετο, ἐπορεύετο.

æmulum appellaſſe exiſtimatur, quod apud Arcades, ſacerdotes Cybeles, memoriam partus Jovis celebrantes, ululatibus uterentur, eademque omnia quæ Cretenſes facerent, qui partum illum apud ſe extitiſſe gloriabantur. Cæterum Apiam, ſicut & Azaniam, alicubi totam Arcadiam, alicubi certam ejus partem duntaxat dictam fuiſſe conſtat: itidemque Azanas & Ἀπιδανεῖς, modo omnes Arcades, modo quoſdam ſolum ex Arcadibus appellari. Quoniam autem in Ἀπιδανεῖς eſt litera δ, quidam ἀπὸ τῶν πιδάκων deduxerunt, præfixo α privativo: quaſi non babentes πίδακας: ſed quum Ἀπία, quod eſt nomen ipſius ἔθνους, prius fuiſſe quam Ἀπιδανεῖς, quod eſt ἐθνικὸν, rationi conſentaneum ſit, in Ἀπία autem nulla ſint literæ δ veſtigia, potius euphoniæ cauſa interjectam literam banc dixerim, & Ἀπιδανεῖς pro Ἀπιανεῖς eſſe appellatos. *Stephan.*

Ibid. ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη] Unde & Ἀπία, & Ἀζηνὶς dicta, ut ſupra oſtendi verſ. 14. *Vulcanius.*

V. 20. Μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι Αὖτις] Hæc & omnia quæ ſequuntur uſque ad verſum illum, Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης &c. oblitus ſum parentheſeως notis includere. Cur enim ὑπ' ἀμηχανίης dicitur χωομένη Rhea? quia ἔτι ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη. *Stephanus.*

Ibid. Μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι Αὖτις] Interpretes: *ut maxime aquoſa vocaretur.* Male. Verte, *ut maxime aquoſa eſſet.* Καλέεσθαι apud Graecos, ſicut etiam in ſacris litteris, ſaepe eſt *eſſe.* Matth. v. 9. αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. i.e. *ipſi Dei filii erunt.* Luc. 1. 35: τὸ γενόμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. i.e. *id quod natum erit ſanctum, filius Dei erit.* Homer. Iliad. δ. — Καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις Κέκλημαι. i.e. *tum quod tua conjux ſum.* ubi Scholiaſtes: κέκλημαι notat εἰμί. Heſiod. Theog. v. 410.

Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα, φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

i.e. *duxit in amplam domum, ſua ut ſit uxor.* Peſſime vertitur hic verſus: *talis futura tamen, ut maxime aquoſa eſſet iterum.* An antea unquam fuerat aquoſa? Verte: *quae tamen erit aquoſa in poſterum.* Nam αὖτις ſaepe eſt poſthac apud poetas.

V. 21. — Ὅτ' ἐλύσατο μίτρην] Scholiaſtes Apollonii Rhodii, pag. 15. meæ editionis oſtendit μίτρην eſſe ζώνην. nam in bunc illius poetæ locum, — ᾗ ἔπι μούνῳ Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον, ſcribit, λύουσι γὰρ τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι. atque hinc Dianæ cognomento λυσιζώνης templum Athenis fuiſſe addit. Apud noſtrum autem Callimachum pag. 14, legimus etiam, — πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους. *Stephanus.*

Ibid. Ὅτ' ἐλύσατο μίτρην] Obſervandum

autem

Arcadia: quae tamen erit maxime aquoſa
In poſterum. quoniam tum temporis quo Rhea zonam ſolvit, *i. peperit*,
Sane multas deſuper quercus liquidus Iaon
Produxit, multos etiam Melas *fluvius* tum geſtavit currus:
Multae praeterea ſupra Carionem, quamlibet nunc ſit humidus,
Luſtra conſtruxerunt ferae. ibat etiam vir

Pedeſter

autem eſt in his verbis moris antiqui veſtigium. nam apud veteres zona cinctae erant virgines, quam novus maritus ſolvebat: inde iſtud apud Muſaeum,

Ὣς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν, ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.

Homer. Odyſſ. λ.

Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευεν.

Theocr. Idyll. xix.

Λῦσε δὲ οἱ μίτρην---

Arnob. lib. III. *Virginalia vincula jam ferventes diſſolverent, atque imminentes mariti*: occurrunt exempla paſſim in hanc rem. Deinde aliam quoque zonam mulieres geſtabant, quam ſolvebant, cum primum parituræ eſſent. Habemus hoc loco veſtigium, & apud Martialem Apophoret. CXLIX.

Longa ſatis nunc ſum, dulci ſed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis.

Itaque his ſolvebatur zona; ſemel virgini in primo cum marito concubitu; iterum mulieri ſub primi partus tempus. De utraque ſolutione elegans eſt locus Apollonii Argonaut. lib. I.

--- ὧ ἔπι πολλὴν
Ἀγλαΐην καὶ κῦδος ἔχον πάρος, ᾧ ἐπὶ μούνῳ
Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον.

& Athenis templum Dianae erat τῆς Λυσιζώνης. Cui & a maritis, & a patribus futuris ſacra fiebant, ut teſtatur Scholiaſtes Apollonii. *Meurſius.*

V. 23. ὤχησεν] ἱδρύσατο, ἔφερε, ὑπέδεξατο. *Vulcanius.*

V. 24. Καρίωνος ἄνω] Magna eſſet incogitantia ſcholiaſtæ, ſcribentis, deeſſe vocem ὑπὲρ quæ jungatur cum Καρίωνος: quum illius præpoſitionis loco ſequatur ἄνω. Ejus igitur honori conſulens dico, illum ſcripſiſſe deeſſe vocem ὑπὲρ quæ cum ἄνω jungatur: ut ſit Καρίωνος ἄνω pro ὑπερέχων Καρίωνος. *Stephanus.*

V. 25. Ἰλυοὺς] Heſychius ἰλύας vocat φωλεοὺς ἔνθα τὰ θηρία αὐλίζεται. *Vulcanius.*

Ibid. Κνώπαλα] Ἑρπετὰ θηρία, κινούμενα ἐν τῷ πέδῳ, τουτέστι, τῇ γῇ. *Vulcan.*

Ibid. Euſtathius ad hunc verſum Dionyſii in Periegeſi (ubi Leucen inſulam inde nomen habere dicit. Οὕνεκα οἱ τὰ πέριξ κνώπαλα λευκὰ τέτυκται, h.e. *quia quae in ea ſunt animalia, alba ſunt,*) Κνώπαλα vult ſolum eſſe ὄρνεα, ὧν κίνησις ἐν τῷ πέτεσθαι, *aves ſic dictas, quod volando moveantur.* Sed fallitur: nam & quadrupedes feras hac voce ſignificari certum eſt. ut hoc loco, & apud Nicandr. in Theriacis verſu 27,

--- Ὅθι πλεῖστα κνώπαλα βόσκεται ὕλην,

h. e. *ubi multa animalia ſylvam depaſcuntur.* & verſ. 195.

Μορφὴ δ' ἰχνεύταο κνωπέτου, οἷος ἀμυδρῆς
Ἴκτιδος.

h. e. *forma autem Ichneumonis animalis, qualis exilis viverrae.* Proinde Heſychio κνώπαλα ſunt κνώδαλα, & θηρία, id eſt, *ferae* & *animalia* in genere. Callimachi etiam & Nicandri Scholiaſtae, Suidas, Etymologus, Horus Mileſius in Phavorino κνώπαλα dici volunt, quaſi κινώπεδα, παρὰ τὸ ἐν τῷ πέδῳ, vel ἐν τῷ ἐδάφει κινεῖσθαι, *quod in ſolo moveantur.* Bochartus de animalibus Sacrae Scripturae. lib. 3. cap. 19. Vid. ibi plura.

Ibidem. νίσσοιτο) ἀπὸ τοῦ νίω. & hoc a νίω, τὸ πορεύομαι. *Vulcanius.*

V. 26. Κρᾶθιν] Hoc loco Κρᾶθις eſt fluvius Arcadiæ. Nam & alius eſt ejuſdem nominis apud Sybarim, ſive Θούριον

Siciliæ

Πεζὸς ὑπὲρ Κρᾶθίν τε, πολύστειόν τε Μετώπην
Διψαλέος. τὸ δὲ πολλὸν ὕδωρ ὑπὸ ποσσὶν ἔκειτο.
Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης σχομένη φάτο πότνια Ῥείη,
Γαῖα φίλη, τέκε καὶ σύ. τεαὶ δ' ὠδῖνες ἐλαφραί.
Εἶπε, καὶ ἀντανύσασα θεὰ μέγαν ὑψόθι πῆχυν,
Πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ. τὸ δέ οἱ δίχα πουλὺ διέστη,
Ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα. τόθι χρόα φαιδρύνασα,
Ὦνα, τεὸν σπείρωσε. Νέδη δέ σε δῶκε κομίσσαι
Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, (ἵνα κρύφα παιδεύοιο)

Πρεσ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Κρᾶθιν] Κρᾶθις, ποταμὸς Ἀρκαδίας. Πολύστειον δὲ, τὸν πολύψηφον, καὶ πολυπάτητον. Μετώπην] Ποταμὸν Ἀρκαδίας. Τόθι χρόα.] Τὸν σὸν χρῶτα, ὦ ἄνα, σπείρωσε φαιδρύνασα. Νέδη] Ὄνομα νύμφης Ὠκεανίνης, θρεψαμένης τὸν Δία.

Siciliæ urbem? cui Crathis quidam αἰγειρεύς nomen dedit, ut auctor eſt Ælianus de Animalibus lib. 6. cap. 42. tametſi Strabo utrumque ἀπὸ τοῦ κίρνασθαι vocatum ſcribat. Arcadicum enim Crathin duorum fluminum illapſu augeri. *Vulcanius.*

Ibidem. Πολύστειον τε Μετώπην] Idem hic Scholiaſtæ quod aliis plerisque locis uſuvenit, ut bonæ expoſitioni malam ſubjungat. Poſtquam enim πολύστειον recte expoſuit πολύψηφον, male addit καὶ πολυπάτητον. Recte autem πολύστειον exponi dico πολύψηφον, quum legamus confirmatum auctoritate enarratoris Nicandri, in Alexipharm. locum illum, τὸν κῦμα πολυστείου τίκτεν ἅλμης. nec non teſtimonio Galeni in libro quo γλώσσας Hippocratis exponit. dicit enim & ipſe ita vocari τὰς παρὰ τῇ θαλάσσῃ ψηφῖδας. Sed quod illi nos non docent, ex Scholiaſte Apollonii diſcimus, eſſe videlicet Sicyoniorum vocem. Legitur tamen apud hunc, ſicut & apud Galenum, στῖαι, non στεῖαι. eademque & in verſu ipſius Apollonii eſt ſcriptura, ᾗτ' ἐντὸς ἀνηρείψ πέλε τῆς Στιάων, pag. 119, meæ editionis. Affert autem ibi iſtud Callimachi hemiſtichium: ſed apud eum Μετώπην in μέτωπον eſt depravatum.

Verum quid eſſe putandum eſt quod noſtrum Scholiaſtem in errorem impulerit? Suſpicor illum πολύστειον cum πολύστειβον confudiſſe, quum adderet καὶ πολυπάτητον. Nam ut πολύστειβον exponere poterat πολυπάτητον, non item πολύψηφον: ita viciſſim πολύστειον poterat quidem πολύψηφον, ſed non πολυπάτητον exponere. Adde quod vocem illam πολύστειβον Scholiaſtem illum ſomniaſſe potius quam uſquam legiſſe arbitror. quum diverſa ſit forma nominum compoſitorum quæ ex verbo στείβω ſunt deducta, Ἀστιβὴς, Εὐστιβὴς, & aliorum quæ meus Theſaurus Græcæ linguæ poſt verbum Στείβω exhibebit. Quod ſi tamen πολύστειβον aliqua exemplaria hic haberent, fides illis adhibenda non eſſet, quod tale epithetum fluvio minime convenire poſſit. *Stephanus.*

Ibid. Πολύστειον τε] Verti *ſcabrum*, metaphorice pro lapidoſo; quod malim quam *arenoſum*. Recte enim, meo quidem judicio, interpretatus eſt Scholiaſtes vetus, quiſquis ille fuit, πολύστειον, πολύψηφον, & per conſequens πολυπάτητον. Nam quod πολύστειος per ſe ſignificet πολυπάτητον, ne per ſomnium quidem Scholiaſti in mentem veniſſe arbitror. Heſychius στιὰν interpretatur ψῆφον.

οἱ

Pedeſter tum ſuper Crathin, tum ſuper ſcrupuloſum Metopen
Sitibundus: ſed multa aquae copia ſub pedibus latebat.
Itaque in hac difficultate conſtituta dicebat veneranda Rhea,
Terra chara, parito & tu *undam:* tui enim dolores leves *ſunt.*
Dixit: & cum denuo extendiſſet Dea magnum in ſublime cubitum,
Percuſſit montem ſceptro. at ille duobus locis multum diſceſſit,
Effuditque magnum fluxum. Tum corpus *à ſe* perpurgatum,
O Rex, tuum faſciis involvit: & Nedae te dedit portandum
In receſſum Cretenſem (ut clam *ibi* educareris)

Natu

οἱ δ᾽, addens, ςνὰς dicunt. *Vulcanius.*

V. 30. Ἀντανύσασα] Frobeniana Callimachi editio anni 1532. habet αὐτανύσασα. quam lectionem nequaquam rejiciendam cenſeo. Nam ut maxime ἀντανύσασα, pro ἀνατανύσασα explicare liceat: non video tamen cur minus dici poſſit αὐτανύειν, quam αὐερύειν. Neque enim in αὐερύειν, adverbium αὖ (malo enim adverbium quam particulam appellare) iterationem ſignificat, ſed aliud quid, ut docebo hymno in Dianam verſ. 92. Significari autem dixerim per αὐτανύσασα πῆχυν, non ſimplicem brachii extenſionem, ſed inverſis ſurſum unguibus. quod Hiſpani *Uñas arriba* dicunt. atque ita verſo brachio montem feriiſſe; ut Hiſpani loquuntur, *De un reves.* Vulcanius.

Ibid. Καὶ ἀντανύσασα] Pro ἀντανύσασα quidam reponunt αὖ τανύσασα, ut ſignificet, Quum rurſus extendiſſet. ſed quum nunc primum extenſionis hujus fiat mentio, id eſt, extenſi ſeu extenti brachii, quorſum particula iterationem declarante uteretur? Rectam igitur ſcripturam eſſe fatendum eſt ἀντανύσασα, pro ἀνατανύσασα. *Stephanus.*

Ibidem. Μέγαν πῆχυν] Vide verſ. 5. Lavacr. Pallad,

μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις. *Anna Fab.*

V. 32. Τόθι χρόα φαιδρύνασα, Ὦ᾽να, τεὸν σπείρωσε] Antea dixit Rheam matrem quæſiviſſe profluentem aquam, qua partus ſordes & ſui etiam infantis corpus ablueret: nunc poſtquam invenit, ablutionis hujus, (nam φαιδρύνασα idem valet quod λούσατα) non item illius mentionem facit. Atque ut hic τῷ λοῦσαι adjungit σπειρῶσαι, ſic etiam principio hymni in Delum de ipſa dicitur, Λοῦσέ τε καὶ σπείρωσε, Phœbum videlicet. *Stephanus.*

Ibid. Φαιδρύνασα] Heſiod.

Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι

Ανὲρα. *Anna Fabri.*

V. 34. Κευθμὸν ἴσω Κρηταῖον] In edit. Frobenii quæ prodiit anno 1532, legitur Κευθμῶν᾽ ἴσω. at vero in ea quam Aldus dedit anno 1513, Κευθμὸν᾽ ἴσω utrobique mendoſe, ſed diverſo mendi genere. quum illi qui editioni Frobenii præfuerunt, recte animadverterent κευθμόν᾽ dici non poſſe, adjecta apoſtrophi nota, ſed κευθμῶν᾽ eſſe ſcribendum: at interim non viderent huic loco non convenire, retinendo ἴσω, ſed aut κευθμῶν᾽ ἐς aut κευθμὸν ἴσω ſcribere oportere. Malo autem κευθμὸν ἴσω,

Πρεσβυτάτη νυμφέων αἵ μιν τότε μαιώσαντο,
Πρωτίστη γενεῇ, μετά τε Στύγα, Φιλύρην τε.
Οὐδ' ἁλίην ἀπέτισε θεὴ χάριν, ἀλλὰ τὸ χεῦμα
Κεῖνο Νέδην ὀνόμηνε. τὸ μέν ποθι πουλὺ καθ' αὐτὸ
Καυκώνων πτολίεθρον, ὃ Λέπρειον πεφάτισται,
Συμφέρεται νηρῆϊ· παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ
Υἱωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο.
Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσοῖο φέρουσα,
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε. (Θεναὶ δ' ἔσαν ἐγγύθι Κνωσοῦ)
Τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός· ἔνθεν ἐκεῖνο
Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.
Ζεῦ, σὲ δὲ Κυρβάντων ἕταραι προσεπηχύναντο

Δικ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ

Μαιώσαντο] ἔθρεψαν. Φιλύρην τε] Μήτηρ Χείρωνος τοῦ Κενταύρου. Καυκώνων] Ὄρος Ἀρκάδων ὁ Καύκων. Λέπρειον δὲ, ἀπὸ Λεπρέα τοῦ Ποσειδῶνος. ὃς προσκαλεσάμενος εἰς ἀδηφαγίαν Ἡρακλέα, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἡττηθεὶς ἐφονεύθη. Λυκαονίης ἄρκτοιο.] Τῆς πρώην λεγομένης Καλλιστοῦς, Λυκάονος δὲ θυγατρός· ἐξ ἧς καὶ Διὸς μεταβληθέντος εἰς Ἄρτεμιν, γεννᾶται ὁ Ἀρκάς· ἀφ' οὗ οἱ Ἀρκάδες. Θενὰς] Θεναὶ, πόλις καὶ ἄλσος. Τουτάκι] τὸ τηνικαῦτα. Κύδωνες] Ἔθνος Κρήτης. Προσεπηχύναντο] Εἰς τοὺς πήχεις ἔλαβον.

ἔσω, tum quod lenius fluat verſus, tum etiam quod magis uſitatum ſit *κευθμός*. Exponitur autem a Scholiaſte Apollonii Rhodii *κρύφιος τόπος*. Hic autem voce antrum interpretari poſſumus, cujus non tam generalis eſt ſignificatio: atque id Virgilii exemplo facere, in hoc verſu, Georg. 4. *Dictæo cæli regem pavere ſub antro*, ubi de apibus loquitur. *Stephanus.*

Ibid. Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον] Pindarus Olymp. *Ἰδαῖόν τε σεμνὸν ἄντρον* vocat. ubi Scholiaſtes: *τὸ Κρητικὸν ὄρος ἔνθα ἀνετράφη ὁ Ζεὺς ὑπὸ Κουρήτων φρουρούμενος.* *Vulcan.*

V. 35. *Αἵ μιν τότε μαιώσαντο*] Fallitur enarrator in expoſitione verbi *μαιώσαντο*, dicens eſſe *ἔθρεψαν*, id eſt, aluerunt, ſive educarunt: quum conſtet eſſe a *μαῖα*, quod obſtetricem declarat; & ſignificet Quæ illi obſtetricatæ ſunt, ſive Quæ obſtetriciam operam illi præſtiterunt. *Stephanus.*

Ibid. Μαιώσαντο] Non male Scholiaſtes vetus interpretatur *ἔθρεψαν*. Nam ut maxime *μαῖα* ſignificet *ἀναγέτειραν* ſive obſtetricem, cur non etiam *τροφὸν*, hoc eſt, nutricem? Cum ejus ſignificationis teſtem habeamus Heſychium. atque adeo pro ſecundaria ſignificatione *μαίας* ponat *τροφὸν*, pro tertia, *ὀμφαλοτόμον*. *Vulcanius.*

Ibid. Αἵ μιν τότε μαιώσαντο] Omnino cum *Vulcanio* & *Cl. Jacobo Gronovio* vertendum eſt *nutriebant*, non vero ut interpres *obſtetricabantur*. Cum Μαῖα tam nutricem, quam obſtetricem ſignificet. Hom. Odyſ. v. 482. *Μαῖα, τί μ' ἐθέλεις ὀλέσαι, σὺ δέ μ' ἔτρεφες αὐτή.* h. e. *Nutrix, cur*

me vis

Natu maximae nympharum, quae ipſum tunc nutriebant,
Natu, *inquam*, maximae, poſt Stygem & Philyren.
Neque vanam repoſuit Dea *illi* gratiam, quippe fluvium
Illum Nedam appellavit. Atque is olim copioſus juxta ipſum
Cauconum oppidum, quod Leprium vocatum eſt,
In mare defertur: & vetuſtiſſimam ſane hanc aquam
Poſteri bibunt Lycaoniae urſae. *i. Arcades.*
Poſtquam vero Thenas reliquit, ad Cnoſſum deferens,
Jupiter pater, te nympha: (Thenae autem prope Cnoſſum)
Ibi tum decidit tibi, Deus, omphalos: *i. umbilicus:* hinc iſtum
Omphalium deinceps locum nominant Cydones.
Jupiter, te vero Corybantum ſociae ulnis amplexae ſunt
Dictaeae

me vis perdere? tu autem me nutriſti ipſa.

V. 36. Μεῖά τε Στύγα] Hoelzlinus in Apollonium ita hunc verſum emendat: Πρωτίστη γενεῆφι μετὰ Στύγα τε Φιλύρην τε. Sic enim Homerus, γενεῆφι νεώτατος Il. ξ.

V. 37. Ἀλλὰ τὸ χεῦμα κεῖνο Νέδην ὀνόμηνε] Nedae fluvio ab Nympha nomen datum fuiſſe a Rhea teſtatur etiam Pauſanias in Arcadicis.

V. 38. Τὸ μέν ποθι] Vocem ποθι non pro ποτὲ accipio, id eſt, olim, ſed pro που, quam παραπληρωματικὴν eſſe notum eſt. *Stephanus.*

V. 40. Παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ] Non jungo μιν cum ὕδωρ παλαιότατον, ut intelligatur, aquam hanc antiquiſſimam, vel eam aquam (neque enim talem hujus poetici pronominis uſum reperiri exiſtimo) ſed appoſitionem eſſe dico, ut μιν ad fluvium referatur, hoc modo: Illum autem fluviom potant, aquam antiquiſſimam. id eſt, cujus aqua eſt omniom antiquiſſima. Eſt vero periphraſi poetica dictum (ſi tamen & hoc periphraſis vocari debet) Illum fluvium potant cujus aqua eſt vetuſtiſſima, pro Ille fluvius eſt illis vetuſtiſſimus. *Stephanus.*

V. 43. Ἐγγύθι] Male interpres *proximae Cnoſſo*: vertendum *prope Cnoſſum*, uti *Cl. Gronovius* nuper, cum nos inviſeſet, me docuit.

V. 44. Πίσε, δαῖμον, ἄπ' ὀμφαλός] Nolui ſcribere ἄπ cum accentu, quum non ſit anaſtrophe, ſed dicatur πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλὸς pro ἀπέπεσε, δαῖμον, ὀμφαλός. Ideo autem voce omphalus uſus ſum in mea interpretatione, ut cum omphalus conveniret quod ſeqoitur Omphalium campum (ita enim verti Ὀμφάλιον πέδον) atque ita etiam in interpretatione quæ eſt ad verbum ponendam Græcam vocem cenſui, ſed addita Latina, quæ ei reſpondet. Alioqui ut etymum ſive appellationis ratio intelligeretur, dicendum fuiſſet, neutro in loco retinendo vocem Græcam, illic quidem, umbilicus: hic vero nove, umbilicarem campum. *Stephanus.*

Ibid. Τυτθὰ καὶ τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός] Umblicus vertere malui, quam trochæum in quinto pede ponere. *Vulcanius.*

V. 46. Κυρβάντων ἑταῖραι] τῶν Κορυβάντων. dicti vero Κύρβαντες δαίμονες περὶ τὴν Ῥέαν. οἱ τὸν Δία φυλάξαντες. βαίνειν γὰρ, τὸ φυλάσσειν. Hom. ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. *Vulcanius.*

Ibid. Κυρβάντων ἑταῖραι] Socias Corybantum appellat Melias, quia Meliae dicuntur arborum nymphae, quae utique in ſylveſtribus degont locis, non ſecua ac ipſi Corybantes. Melias etiam nominat Heſiodus, ex iiſque ait ortos eſſe, qui ſub aetate aerea vixerunt. Loquitur

enim

Δικταῖαι Μελίαι, σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια.
Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ· σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν
Αἰγὸς Ἀμαλθείης, ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἔβρως.
Γέντο γὰρ ἐξαπιναῖα Πανακρίδος ἔργα μελίσσης
Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τά τε κλείουσι Πάνακρα.

Οὖλα

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ἀδρήστεια] Ἀδελφὴ Κουρήτων. Λίκνῳ ἐνί] Ἐν γὰρ λίκνοις τὸ παλαιὸν κατεκοίμιζον τὰ βρέφη, πλοῦτον καὶ καρποὺς οἰωνιζόμενοι. λίκνον οὖν, τὸ κόσκινον· ἢ τὸ κουνίον, ἐν ᾧ τὰ παιδία τιθέασιν. Ἀμαλθείης] Οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ αἲξ τὸν Δία θρέψασα. λέγεται δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ ἑνὸς κέρατος ἀμβροσίαν ῥεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου νέκταρ. Ἔβρως] ἔφαγες. Ἐξαπιναῖα] τουτέστιν, ἐξαίφνης ἐγένετο ἡ Ἴδη πλέα μέλιτος.

enim de Amyco Bebricum Rege, quem ait ortum eſſe ex Neptuno & Melie: ubi animadvertendum eſt, ibi eandem eſſe ejus nominis ſignificationem, quae eſt hoc in loco. Quaedam enim nymphae Meliae vocantur ἀπὸ μελίας τῆς ὠκεανοῦ. διὰ τὸ περὶ μηλίας δένδρα διατρίβειν. tanquam hamadryades. *Robortell.*

V. 47. Δικταῖαι Μελίαι] Νύμφαι παρωνύμως τοῖς δένδροις οἷς χαίρουσι. ita Euſtathius. *Vulcanius.*

Ibidem. σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια] Aliam lectionem hic non inveni quam iſtam κοίμισεν, id eſt, ſopivit, ſomnum tibi conciliavit. Poteſt tamen & latius patere exiſtimari hoc verbum, quum reges habuerint ſuus κοιμιστάς, vel κατακοιμιστάς, ut a Plutarcho vocantur. At verò ut κοίμισεν pro κόμισεν ponatur (quod eſſet Geſtavit) fieri nullo modo poſſe exiſtimo. Adraſteam porro fuiſſe Curetum ſororem teſtatur etiam Apollonii Scholiaſtes, pag. 130, meæ editionis. ubi ipſe poeta nutricem Jovis appellat, in iſto qui ad hanc fabulam pertinet loco, ubi Venus ſuum Cupidinem ita compellat, Καί κέν τοι ὀπάσαιμι Διὸς περικαλλὲς ἄθυρμα, Κεῖνο τό οἱ ποίησε φίλη τροφὸς Ἀδρήστεια. *Stephanus.*

V. 48. Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ] Λίκνον, κουνίον, Schol. Nota vocem Latinam *cunas.* Cæterum, hoc faciebant ominis cauſa: ita & Theocr. ita & Homer. de Mercurio:

---- Μητρὸς ἀπ' ἀθανάτων θόρε γυίων,
Οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ.

Ita & in Clypeo, ut author eſt Theocrit. Idyll. 25.

Ἀμφοτέρους λούσασα, καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος
Χάλκειον κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα, τὰν Πτερελάου.
Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον ἀπεσκύλευσε πεσόντος. *Anna Fabri.*

Ibid. Ἐθήσαο] Homer.
Γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. *Anna Fabri.*

Ibid. Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ] Innuens antiquum morem, quippe veteres pueros in ventilabris cunarum vice reponebant ominis boni cauſſa, ut & divites eſſent, & ut liberos quoque ipſi aliquando procrearent. Qua de re eſt elegans locus apud auctorem Etymologici, in verbo λεῖκνον. Viri militares in clypeo deponebantur cum voto nim. ut ſtrenui & fortes evaderent. Sic de Hercule apud Theocrit. Idyl. 24.

χάλκειον κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα.

Sic apud Ennium Andromeda in fragmentis apud Nonium: *Nam ubi introductum eſt, puerumque ut laverent, locant in clypeo.* Meurſius.

Ibi-

Dictææ Meliæ: te circumtulit Adraſtea
Cunis in aureis: tu autem ſuxiſti plena lactis ubera
Capræ Amaltheæ: & inſuper dulcem favum comediſti.
Extiterunt enim ſubito opera Panacridis apiculæ
Idæis in montibus, quos vocant Panacra.

Com-

Ibid. *σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν*] *Θῆσαι* teſte Heſychio eſt *θρέψαι*, *θηλάσαι*, alere, nutrire, unde voce media *θήσασθαι* & *θηλάσειν*, ſugere lac: ſic apud Homer. Iliados ultimo de Hectore:

γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Meurſius.

V. 49. *Αἰγὸς Ἀμαλθείης*] De capra Amaltheæ nymphæ notum fabulari poëtas hanc ubera Jovi præbuiſſe. inde Aratus:

αἲξ ἱερὴ, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν.

Germanicus in Arateis:

-- Illa putatur
Nutrix eſſe Jovis, ſi vere Jupiter infans
Ubera Cretææ mulſit fidiſſima capræ:
Sidere quæ claro gratum teſtatur alumnum.

Hanc capellam poſtea mortuam inter ſidera relatam ferunt, ac Jovem ejus corio pro ſcuto uſum in pugna adverſus Titanes, unde & *αἰγίοχος* paſſim dicitur. *Meurſius.*

Ibid. *Κηρίον ἵερως*] Magnus Bochartus mirum in modum hunc verſum illuſtrat in libr. II. cap. 51. de animalibus Sacræ Scripturæ, ideoque operæ pretium duxi ejus verba hic adſcribere, licet prolixiora videantur. Lac caprinum, ait, non ſolum eſſe in medicina magni uſus, ſed & apud quoſdam populos in quotidianis cibis. Hinc Salomon Proverb. XXVII. 27. *Et ſufficiet lac caprarum in cibum tuum, & in cibum domus tuæ, & in victum ancillarum tuarum.* Paulus Ægineta: *Lac muliebre temperatiſſimum eſt, mox caprillum; hinc aſininum, ovillumque, poſtremo vaccinum.* Proinde ſummus Deorum Jupiter, aut Cretæ Regulus verius circa Abrahami tempora, capræ lacte nutritus fertur, & capram illam Aſtronomi in cœlum tranſtulerunt Qui norunt N & L eſſe litteras maxime permutabiles, facile credent Amaltheam fuiſſe dictam ex Phœnicio אמנתא *amantha*, deflexo ex Hebræo אמנת, quod pro nutrice occurrit Ruth. IV. 16. & II. Samuel. IV. 4. Sed obſervandum ex Galeno, *non tuto lac caprarum abſque melle offerri: cum multis, qui ſolum ſumpſerant, in ventre ſit coagulatum, quod hominem mire gravat, atque ſuffocat.* Quod vetuſtiſſimos illos mortales non latuit, qui Jovi duas nutrices aſſignarunt: unam Amaltheam, quæ lac caprinum: alteram Meliſſam, quæ mel illi adminiſtraret. Lactant. lib. I. cap. 22. de falſa religione. Didymus in libris *ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς* ait, *Meliſſea, Cretenſium Regem primum, Diis ſacrificaſſe, ac ritus novos ſacrorumque pompas introduxiſſe. Hujus duas fuiſſe filias, Amaltheam ac Meliſſam, quæ Jovem puerum caprino lacte ac melle nutriverunt. Unde poëtica illa fabula originem ſumpſit, advolaſſe apes, atque os pueri melle compleſſe.* Nec deſunt e Veteribus, qui quoſlibet infantes primo melle, deinde lacte nutritos fuiſſe teſtentur. Epiſtola Barnabæ: *τί οὖν τὸ γάλα, καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται. Quid ergo lac, & mel? Quia primum infans melle, deinde lacte vivificatur*, id eſt, *alitur.* Plura qui deſiderat, adeat fontem, ex quo hæc hauſimus: vide & Meurſii Cretam lib. II. cap. 7.

V. 51. *Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τάτε κλείουσι Πάνακρα*] Malim, *ἐν ὄρεσσιν, ἅτε κλ.* ut legitur apud Stephanum (apud quem alioqui depravatus eſt hic verſus in editione Aldina, quum *οὔρεσιν* & *κλείουσα* ibi legatur) potius enim *ἅτε* quam *τάτε* dicitur pro *ἃ*, ſive *ἅτινα*. Cæterum his verbis, *ἅτε κλείουσι Πάνακρα*, oſtendit, unde apem vocaverit Panacridem in proxime præcedente verſu. Exiſtimo autem *Πάνακρα ὄρη* dicta, a ſumma altitudine, ut *πᾶν* hoc in nomine ſit augentis, ſicut in aliis quibus eſt præfixum. *Steph.*

In Ms,

Οὖλα δὲ Κούρητές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο,
Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
Ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μή σεο κουρίζοντος.
Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ.
Ὀξὺ δ' ἀνήβησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι.
Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια·
Τῷ τοι καὶ γνωτοὶ, προτερηγενέες περ ἐόντες,
Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον.

Δίκαιοι

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Οὖλα] Κατὰ κλῆρον. Ὑγιεινῶς. Περὶ πρύλιν] ἐνόπλιον. Ἐπιδαίσιον] μεμερισμένον.

In Ms. & apud Stephanum περὶ πόλεων legitur ἐν ὄρεσσιν, ἅτε. Sed quamcunque ſcripturam recipias, digitum non verterim, nam poëtis τὰ pro ἃ poni quis niſi hoſpes in Græcis litteris ignorat.

V. 52. Οὖλα δὲ Κούρητές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο] Repono Κούρητες σὲ περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο. nam alioqui cum περὶ ſubaudire hoc pronomen neceſſe eſſet, & particula γε non ſatis apte hoc quidem loco eſſet παραπληρωματική. Ad οὖλα autem quod attinet, neutra ſcholiaſtæ expoſitio habere locum poteſt: videndum igitur an pro οὖλα debeat accipi, jungendo cum τεύχεα, donec aptior expoſitio afferatur. *Stephanus.*

Ibid. Κούρητες] κορύβαντες, & κύρβαντες, ſacerdotes Rheæ, quos Oppianus lib. Κυνηγετικῶν γ. e leonibus transformatos ſcribit in hunc modum:

> Πρωτίστην δὲ λέοντι κλυτὴν ἀναθώμεθα μολπήν.
> Ζηνὸς ἔσαν θρεπτῆρες ὑπερμενέος Κρονίδαο
> Νηπιάχου Κούρητες, ὅτ' ἀντίγονόν μιν ἰόντα
> Δειμαίνη γενετῆρος ἀμειλίκτοιο Κρόνοιο
> Κλεψιτόκος Ῥείη κόλποις ἐνικάτθετο Κρήτης.
> Οὐρανίδης δ' ἐσιδὼν κρατερὸν νεοθηλέα παῖδα
> Πρώτους ἀμφήλλαξε Διὸς ῥυτῆρας ἀγαυοὺς
> Καὶ θῆρας ποίησεν ἀμειψάμενος Κούρητας. *Vulcanius.*

Ibid. πρύλιν ὠρχήσαντο] πυῤῥίχην ἢ ὁπλίτην. Scholiaſtes Sophoclis in illud Aiace flagellifero:

> — φάνηθ' ὦ
> Θεῶν χοροποί' ἄναξ, ὅπως μοι
> Νύσσια, Κνώσσια ὀρχήματ' αὐτοδαῆ
> Ξυνὼν ἰάψῃς.

Τῶν ὀρχήσεων, inquit, αἱ μέν εἰσιν Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβαντικαί. Νύσιαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νύσην. Κνώσιαι δὲ αἱ Κορυβαντικαί· Κνωσσὸς γὰρ πόλις Κρήτης. ἐν τῇ Κρήτῃ δὲ ὑπὸ τῶν Κορυβάντων ἐτράφη ὁ Ζεύς. *Bellicrepam ſaltationem*, inquit Feſtus, *dicebant, quando cum armis ſaltabant; quod a Romulo inſtitutum eſt, ne ſimile quid pateretur, ac fecerat ipſe, cum a ludis virgines Sabinorum rapuit.* Vulcanius.

Πρύλις Cypriorum lingua ſaltatio armata dicebatur, quæ alias πυῤῥίχη. id ex Ariſtotele tradit Scholiaſtes Pindari: Od. 11. Ἀριστοτέλης (inquit) πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυῤῥίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι. Sane πρύλιν Heſychius quoque πυῤῥίχην interpretatur. Pyrricha vero ſaltatio apud veteres nobiliſſima erat, memineruntque ejus auctores plurimi. De ea univerſa prolixe a me dictum in libro proprio de ſaltationibus veterum. *Meurſius.*

V. 55.

Commodum item Curetes te circum armatum tripudium luſerunt,
Arma concutientes: ut Saturnus auribus ſonitum
Clypei audiret, non autem te vagientem.
Pulchre quidem creviſti, pulchreque educatus es, o cœleſtis Jupiter:
Cito etiam adoleviſti, & velox tibi oborta eſt lanugo.
Sed & quum adhuc adoleſcentulus eſſes, cogitaſti omnia tanquam adultus:
Ideoque tibi fratres, quamvis natu priores eſſent,
Cœlum non inviderunt ut tu haberes in diviſione aſſignatam domum.

Priſci

V. 55. Καλὰ μὲν ἠέξευ] ἀέξομαι & ἀεξάνομαι eſt *creſco*, pro quo male quidam & contra uſum Attice loquentium activo utuntur ἀέξάνω, quod Græcis eſt *augeo*, ut pluribus oſtendit pater meus in notis ad Luciani Solœciſtam n. 12.

Ibid. καλὰ δ' ἔτραφες] Non eſt de hac ſcriptura dubitandum, quin germana ſit. Exemplo enim Homeri ἔτραφες pro ἐτράφης dicere ſibi permiſit Callimachus. Extat autem apud illum hic illius aoriſti uſus in Catalogo navium, Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ. Ubi tamen apud brevium ſcholiorum auctorem legitur τράφη: ſed ita legendo ſcribendum eſſet ἐν, non ἐνί. hoc modo, Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφη ἐν μεγάρῳ εὐπήκτῳ. Sed intextu (ut vocant) qui Euſtathii commentariis eſt inſertus, altera illa lectio habetur, τράφ' ἐνὶ μεγ. &c. *Stephanus.*

V. 56. Ὀξὺ δ' ἀνήβησας] Non ita accipio ut cito adoleviſſe Jovem dicat, ſed puberem factum ante conſuetum pubertatis tempus, & in ipſa etiam pueritia: (ſubjungit enim, ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐών:) ne quis eum mente quoque ſeu judicio puerum fuiſſe exiſtimet *Stephanus.*

V. 57. Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια] Nequaquam τέλεια pro perfecta ſeu plena, aut adverbialiter pro perfecte ſeu plene accipiendum eſſe puto: ſed in hac voce reſpici aio ad eam nominis τέλειος ſignificationem qua de illo qui ad ætatem virilem pervenit dicitur, ſeu qui eſt adultus, vel adultæ ætatis. (quæ etiam ætas jam conſtans ex Cicerone appellari poteſt, in Catone majore, duobus in locis. quam ſignificationem ſequitur & verbum τελεωθῆναι apud Platonem De Rep. lib. 2. pag. 377. meæ editionis: ἆρ' οὖν ῥᾳδίως οὕτω παρήσομεν τοὺς ἐπιτυχόντας ὑπὸ τῶν ἐπιτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν τοὺς παῖδας, καὶ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐναντίας δόξας ἐκείναις, ἅς, ἐπειδὰν τελεωθῶσιν, ἔχειν οἰησόμεθα δεῖν αὐτούς;) ideoque τέλεια ſignificare ἄξια ἤδη τελείου. Itaque in mea interpretatione adſtricta, reddidi ita verſum illum, *verum ætate, puer, digna es meditatus adulta.* Et in altera quæ magis libera eſt, & quam appello paraphraſticam, ita ſenſum expoſui: *Verum ætate puer, puerili haud more ſolebas Ludere: ſed jam tum tibi ſeria cuncta placebant, Digna ætate animus jam tum volvebat adulta.* Conveniunt autem quæ ſequuntur cum hac expoſitione, fratres non invidiſſe illi cœlum, quod in ipſa etiam pueritia ejus cogitationes gravitate jam conſtantis ætatis dignæ eſſent. *Stephanus.*

Ibid. Παιδνὸς] eſt puer, ut apud Homer. Odyſſ. φ.

Τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην πολλὴν ὁδὸν
ἦλθεν Ὀδυσσεὺς
Παιδνὸς ἐών.

Ubi ab Euſtathio παιδνὸς dicitur eſſe a παίζω, & ponitur pro παῖς. Heſychius ait παιδνὸν dici, qui exceſſit e pueris,

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί.
Φάντο πάλον Κρονίδῃσι διὰ τρίχα δώματα νεῖμαι·
Τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσαι,
Ος μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
Πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.
Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.
Οὔ σε θεῶν ἑσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,

Σή

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Δηναιοὶ] οἱ παλαιοί. Τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε] Τίς δ' ἂν φρόνιμος ἐπὶ ὀλύμπῳ καὶ ᾅδῃ κληρωθῆναι ἀνάσχοιτο; Νενίηλος δὲ, ὁ ματαιόφρων καὶ ἐστερημένος τοῦ αἰόλλειν καὶ κινεῖν τὸν νοῦν. Επ' ἰσαίῃ γὰρ] Ο κλῆρος ἐπ' ἴσων πραγμάτων χωρεῖ· ὁ οὐρανὸς δὲ καὶ ὁ ᾅδης πλεῖστον διαφέρουσι.

eris, & ab Atticis vocatur ἀντίπαις. Interdum etiam eſt puerilis, & item ſtultus, vecors, inſipiens, puerorum inſtar. Dicit Jovem adhuc puerum omnia perfecta & adulto digna agitaſſe. Talis quoque erat Julianus Cæſar, de quo Ammianus, *virtute ſenior, quam ætate.* Talis Piſo, de quo Silius Italicus:

> *Ore puer, puerique habitu, ſed corde ſagaci*
> *Æquabat ſenium.*

Atque huc pertinet illud Plauti:

> *Ingenio, non ætate apiſcitur ſapientia.* Meurſius.

V. 58. γνωτοί] ἀδελφοὶ γνωστοί, ἤτοι γνήσιοι. quos Hom. κασιγνήτους vocat, Sophocles ὁμαίμονας. *Vulcanius.*

V. 59. ἐπιδαίσιον οἶκον] Scholiaſtem noſtrum, quem alibi reprehendo, hic laudo, quod melius quam Suidas ἐπιδαίσιον οἶκον expoſuerit. Scribit enim hic ἐπιδαίσιον οἶκον appellari τὸν ἐπίκοινον καὶ οὐ μεριστὸν, & τὸν ἐξ ἴσου καταλειφθέντα δύο τισίν. (ita enim apud eum legitur δύο, non δυσί) at noſter Scholiaſtes contra dicit eſſe τὸν μεμερισμένον. recte certe: quum hoc nomen a δαίω, quod divido ſeu partior declarat, originem habere neceſſe ſit. ita ut qui ἐπιδαίσιον οἶκον, Suidam ſequentes, interpretati ſunt, nullo modo ſuam interpretationem tueri poſſint. Debuit tamen Scholiaſtes noſter aliquid addere, quod ſuam expoſitionem adjuvaret. Nam (ut dixi in Theſauro meo Græcæ linguæ) hæc verba, Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον, hoc, aut tale quid, ſonant, *Non inviderunt tibi, habere cœlum ceu domum quæ tibi in regni partitione obtingere deberet.* Ubi fortaſſe *regnorum partitione* aliquis dicendum potius fuiſſe exiſtimet. *Stephanus.*

Ibid. Επιδαίσιον] Scholiaſtes explicat μεμερισμένον, Suidas vero ἐπίκοινὸν, οὐ μεριστόν; priorem explicationem præfert eruditiſſimus Stephanus, quod ſit a δαίω *divido*: at Pater meus amantiſſimus poſteriorem Suidæ magis amplectebatur. quin & alteram reſpuebat quaſi planiſſime huic loco contrariam: oſtendunt enim ſequentes verſus cœlum nunquam μεμερίσθαι:

> Τίς δὲ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσαι,
> Ος μάλα μὴ νενίηλος;

nam & τὸ δαίω non ſolum *divido*, ita ut quiſque partem ſibi uni propriam teneat, ſed etiam accipi poteſt pro *in commune divido*, ita ut omnes æque utantur. *Anna Fabri.* Verti ſecutus virorum doctiſſimorum ſententiam *in diviſione aſſignatam domum.*

V. 61. Διάτριχα δώματα νεῖμαι] Vere hunc locum emendavit vir dignitate & doctrina illuſtris *Ezech. Spanhemius*,

cujus

Priſci autem nullo modo veraces fuerunt Poëtæ:
Dicebant filios Saturni trifariam domos diviſiſſe.
Quis etenim de cœlo & inferno ſortem mitteret,
Niſi eſſet plane ſtupidus? De re enim æquali convenit
Sortem mittere: hæc autem tantum, quantum plurimum diſtant.
Mentirer ne ego ea, quæ placerent auribus.
Non te deorum regem ſortes conſtituerunt: ſed opera manuum,

Tuaque

cujus vide notas.

V. 62. Ἐρύσσαι] Gallice TIRER AU SORT. Et Virg. *aut ſorte trahebat.* Anna Fabri.

V. 64. Τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον] *tantum quantum plurimum.* Anna Fabri.

V. 65. *Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν*] Video hunc verſum multis multum negotii faceſſere, dum in ſcirpo (quod vulgo dicitur) nodum quærunt. Ac ne ipſe quidem interpres ſenſum ejus aſſequutus videtur: quippe qui putet ſubintelligendum λέγων. quod vocabulum quidam ſimulque alia nonnulla ſubaudiunt. Atqui ſine ulla ſubauditione ſenſum habet hic verſus cum iis quæ proxime præcedunt optime convenientem. Poſtquam enim dixit plane falſum eſſe quod veteres poëtæ cecinerunt de habitationibus filiorum Jovis, eas ſortito illis obtigiſſe: quum rationi conſentaneum ſit ut ea demum quæ paria ſunt, ſorti committantur, ideoque nullus ſanæ mentis futurus ſit qui ſorti permittere velit ne vel cœlum vel inferos (inter quæ tantum ſit diſcrimen, quantum eſſe maximum poteſt) obtineat: ſubjungit, *Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν*, id eſt, *Mentirer quæ perſuaderi poſſent auribus ejus qui ea audiret.* Q. d. Miror quomodo hæc, quæ a ratione & a communi etiam ſenſu abhorrent, mentiti fuerint. ipſe profecto ſi mentiri vellem, magis caute id facerem. mentirer enim quæ talia ſaltem eſſent ut auditori perſuaderi poſſent, utpote ſi non vera, at certe veriſimilia. Sic igitur hunc locum in mea paraphraſtica interpretatione expoſui:

Haud mentiri illos vates tam abſurda decebat,
Uſque adeo nullo veri fucata colore,
Ponderet ut recto ſi forte examine quiſquam,
Deridenda queant mage quam credenda videri.
Solvere ſi libeat noſtram ad mendacia linguam,
Saltem verba loquar penitus non abſona veri,
Non indigna fide mea dicta ut judicet auris.

Non facile autem eſt Latinum verbum reperire quod illi πεπίθοιεν in hoc loquendi genere reſpondeat. Nam hæc quidem, πείθω σε τοῦτο, reddi poſſunt *Perſuadeo tibi hoc*: at πείθει με τοῦτο, ſi interpreter *Perſuadet hoc mihi*: vel πείθει ἀκουὴν τοῦτο, *Hoc perſuadet auribus*: non expreſſero quod ſonant Græca. Quod ſi dixero, *Hoc me perſuadet*, & *Hoc perſuadet aures*, Græci verbi conſtructionem mutuatus, non autem Latine loquutus fuero. Ideoque in hoc loco aliiſque hujuſmodi confugiendum ad periphraſin cenſeo. *Stephanus.*

Ibid. Ψευδοίμην] h. e. *Mentirer ne ego ea, quæ placent auribus.* Ita hunc verſum cum Cl. Jacobo Gronovio interpretor.

66. Ἐσσῆν ἐσσῆνα] Ἐσσὴν ex iis vocabulis eſt quæ Euſtathius Ἰλιάδ. γ. μονήρεις λέξεις vocat. quæ ſemel tantum ab aliquo auctore uſurpatæ ſunt. Ita Æſchylus βαλλῆνα τὸν βασιλέα. Unde & apud Plutarchum ἐν τῷ περὶ ποταμῶν, Ὄρος βαλιναῖον, τουτέστι βασιλικόν. Ita Indica lingua δεῦνον regem ſignificat. Unde & Διόνυσον Bacchum dictum volunt ὅτι Νύσης ἐβασίλευσε. *Vulcanius.*

Σή τε Βίη, τό τε Κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.
Θήκαο δ' οἰωνὸν μέγ' ὑπείροχον ἀγγελιώτην
Σῶν τεράων· ἅτ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.
Εἵλεο δ' αἰζηῶν ὅ, τι φέρτατον· οὐ σύ γε νηῶν
Εμπεράμους, οὐκ ἄνδρα σακέσπαλον, οὐ μὲν ἀοιδόν.
Αλλὰ τὰ μὲν μακάρεσσιν ὀλίζοσιν αὖθι παρῆκας,
Αλλα μέλειν ἑτέροισι. σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους
Αυτούς, ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος, ὧν ἴδρις αἰχμῆς,
Ων ἐρέτης, ὧν πάντα· τί δ' οὐ κρατέοντος ὑπ' ἰσχύν;
Αυτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ηφαίστοιο·
Τευχηστὰς δ' Αρηος· ἐπακτῆρας δὲ Χιτώνης

Αρτέμι-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.] Λείπει, λέγων. τὸ δὲ, πεπίθοιεν. ἀντὶ τοῦ, πείσειαν. Εσσῆνα] Εσσὴν κυρίως ὁ βασιλεὺς τῶν μελισσῶν· νῦν δὲ ὁ τῶν ἀνδρῶν. Πέλας εἵσαο δίφρου.] Τὸ Κράτος πλησίον ἵδρυσας τοῦ δίφρου. Θήκαο δ' οἰωνὸν] τὸν ἀετόν. Εἵλεο δ' αἰζηῶν] Νῦν καθόλου λέγει τῶν ἀνθρώπων. Εμπεράμους] τοὺς ἐμπόρους. Γεωμόρος] ὁ γεωργός. Υδείομεν] λέγομεν. Επακτῆρας] κυνηγέτας.

V. 67. Σή τε βίη, τό, τε κάρτος] Potuiſſent hæc majuſculis literis in principio ſcribi, Βίη & Κάρτος, tanquam propria nomina: quoniam ab Æſchylo perſonæ hæ ſatellites Jovis introducuntur: quas Vulcanus ita compellat in Prometheo vincto, Κράτος Βία τε σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς Ἔχει τέλος δή, κ' οὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι. Vide & Heſiodum. *Stephanus.*

Ibid. Βίη τό τε Κάρτος] Β & Κ majuſculis litteris deſcribi curavi, quod ab Æſchylo quaſi Perſonæ inducti ſint, ut recte monuit Stephanus. *Anna Fabri.*

Ibid. ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου] Verti, *Parili tecum quod ſede locaſti*, ſive, *juxta ſolium tuum.* Δίφρον enim καθιστήριον, ut Apollodorus uſurpat apud Athenæum lib. 1.

Εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλου,
Εστιν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ φίλου
Εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντα τὰς θύρας.
Ο θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτόν ἐστιν, ἡ κύων
Εσηνε, καὶ προσῆλθεν. ὑπαντήσας τις,
Δίφρον εὐθέως ἔθηκε, κἂν μηδεὶς λέγῃ Μηδέν.

ubi N. a Com. perperam, ut pleraque omnia, *Currum* vertit. *Vulcanius.*

68. οἰωνὸν μέγ' ὑπείροχον] Non minus mihi placeret genitivus pluralis οἰωνῶν. *Stephanus.*

Ibid. Θήκαο δ' οἰωνὸν] Theocrit. Idyll. 17.

—ὁ δ' ὑψόθεν ἔκλαγε φωνᾷ
Ες τρὶς ἀπαὶ νεφέων, Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις. *Anna Fabri.*

Ibid. Θήκαο δ' οἰωνὸν] Proprie οἰωνὸς dici putatur de avibus majoribus & carnivoris. Sic apud Homer. Iliad. α.

—αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

& Odyſſ. γ.

Τόν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν.

Callimachus hic pro majoribus avibus

ponit,

Tuaque Potentia & Robur, quod etiam collocaſti prope ſedem tuam.
Sed conſtituiſti & avem omnium præſtantiſſimam, nuntiam
Tuorum auguriorum, quæ utinam amicis meis fauſta oſtendas.
Elegiſti præterea ex juvenibus omnium optimos: non qui navibus *exercent*
Mercaturam, non virum ſcutatum, non poëtam:
Sed hæc quidem Diis minoribus illic reliquiſti,
Alia curanda aliis: tu vero elegiſti urbium principes
Ipſos: quorum ſub poteſtate *eſt* agricola, quorum peritus militiæ,
Quorum remex, quorum *ſunt* omnia: & quid non dominantis ſub poteſtate?
Primo quidem fabros canimus *eſſe* Vulcani:
Milites deinde Martis: venatores item Chitones

Dia-

ponit, nam aquilam intelligit. Sic & apud Virgil.

Heu terra ignota canibus data præda Latinis
Alitibuſque jaces.

Iliad. ρ.

Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Meurſius.

Ibid. ὑπείροχον] Quippe cui regnum in reliquas aves tributum fingatur. Horat. lib. IV. Od. 4.

Qualem miniſtrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnum in aves vagas
Permiſit.

Inde & οἰωνῶν βασιλῆα dicit Pindar. Olymp. od. XIII. οἰωνῶν ἀρχὸν Pythion. od. I. *Meurſius.*

Ibid. ἀγγελιώτην] pro ἄγγελος. Sic apud Muſæum in initio poematis:

Ἡροῦς νυκτιγάμοιο γαμοστόλον ἀγγελιώτην.

Novum eſt nec veteri ulli uſitatum, quod Arethas in Apocalypſin dicit: ἀγγελιῶτις τάξις, pro ἀγγελική. ἀγγελιώτην dicit, quia, ut fabulantur veteres, hæc Jovis de gigantibus victoriam cæteris diis nuntiaverit. *Meurſius.*

V. 69. ἐνδέξια φαίνοις] hoc eſt, αἴσια. Ita Theocritus, Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις. *Vulcanius.*

V. 70. Εἵλεο δ' αἰζηῶν] Sic Virg. alicubi, & Catull. Heſiodus hominem quadragenarium αἰζηὸν vocat lib. 2. v. 59. Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο. *Anna Fabri.*

V. 71. Ἐμπεράμους] Non puto Scholiaſtem vocem ἐμπεράμους, non habentem aliam ſibi adjunctam, expoſiturum fuiſſe ἐμπόρους: quum non ignoraret ἐμπεράμους dici pro ἐμπείρους (nam hymno in Palladis lavacra, ἐμπεράμως recte exponit ἐμπείρως) ideoque addendum puto genitivum νηῶν: ut νηῶν ἐμπεράμους dicat eſſe τοὺς ἐμπόρους, per periphraſin videlicet & νηῶν intelligamus ναυτιλίας. *Stephan.*

Ibid. ἐμπεράμους] per conſequens intelligo mercatores, non ſimpliciter nautas, ut recte interpretatur Scholiaſtes ἐμπόρους. qua ſignificatione etiam accipi crediderim apud Horatium, *nautam* ſive *navitam. Vulcanius.*

V. 72. Ὀλίζοσι] ὀλίζων, ut Euſtathius, docet Ionicum eſt & Doricum pro ὀλίγος. Stephan. de urbib. Theſſalorum eſſe vocabulum tradit & inde Olizonem apud illos urbem dici, quia parva admodum eſſet. *Meurſius.*

Ibid. Αὖθι παρῆκας] Quemadmodum

Αρτέμιδος· Φοίβου δὲ, λύρης εὖ εἰδότας οἴμους.
Εκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον. τῷ καί σφι τεὴν ἐκρίναο λάξιν·
Δῶκας δὲ πτολίεθρα φυλασσέμεν· ἵζεο δ' αὐτὸς
Ακρῃς ἐν πολίεσσιν, ἐπόψιος οἵ τε δίκῃσι
Λαὸν ὑπὸ σκολιῇς, οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν.
Εν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβου·
Πᾶσι μὲν, οὐ μάλα δ' ἶσον. ἔοικε δὲ τεκμήρασθαι
Ημετέρῳ μεδέοντι· περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν.
Εσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἦρι νοήσῃ.

Εσπέριος

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Χιτώνης] Νηλεὺς ὁ Κόδρου, ἀποικίαν θέμενος ἀπὸ Αθηνῶν, ἔλαβε χρησμὸν ἐγεῖραι ξόανον τῇ Αρτέμιδι ἀπὸ παγκάρπων ξύλων καὶ δή ποτε ἑορτῆς τελουμένης τῇ Αρτέμιδι ἐν τῇ Χιτώνῃ (ἔστι δὲ δῆμος Αττικῆς) ἀπελθὼν εὗρε δρῦν πάμπολυν καὶ διάφορον ἔχουσαν ἠρτημένον καρπόν. καὶ ἐκ τούτου ἐποίησεν ἄγαλμα τῇ θεᾷ, καὶ οὕτω μετῴκησεν ἐν Μιλήτῳ. ἀπὸ τοῦ δήμου οὖν ἔσχε τὴν ὀνομασίαν ἡ Αρτεμις. ἢ ὅτι τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Αρτέμιδι. Λάξιν] Λαχμόν. κλήρωσιν. Ακρῃς ἐν πολίεσσιν] Εν ταῖς ἀκροπόλεσι καθέζῃ, ὁρῶν τὰ δίκαια. Ρυηφενίην] Πλοῦτον. σύγκειται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὸ, ῥύδην καὶ ἄφενος. τουτέστι, τὴν τοῦ πλούτου ῥύσιν. Ημετέρῳ μεδέοντι] Περὶ τοῦ Πτολεμαίου ταῦτα λέγει.

dum *ſic*, aut, *temere* Latine; Gallice vero, TU LAISSAS L'A *Anna Fabri.*

V. 75. Γεωμόρος] περὶ τὴν γῆν κοπιῶν. Suidas: μόρος, *labor.* Anna Fabri.

V. 76. Τευχηστὰς] Not. Rara ſunt nomina in στης deſinentia, quæ habeant η in penultima. *Anna Fabri.*

V. 77. ἐπακτῆρας δὲ Χιτώνης] Hoc eſt Dianæ, quæ Callimacho θηρήτειρα, Orpheo κυνηγέτις vocatur, ut & Juvenali *venatrix.* Sunt vero ἐπακτῆρες κυνηγοὶ οἱ τὰς κύνας ἐπάγοντες, καὶ δίκτυα καὶ δόλους. vel, ut Scholiaſtes Sophoclis, ἐπακτῆρες οἱ ἐπαγόμενοι ὑπὸ τῶν κυνῶν. Homerus:

— περὶ δ' ἄρ' αὐτὸν
Ιχνη ἐρευνῶντες κύνες ἤισαν. *Vulcanius.*

Ibid. Χιτώνης] Quam rationem reddit Scholiaſtes hujus nominis Dianæ, mihi non videtur prætereunda: dicit enim, ἢ ὅτι τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια Αρτέμιδι: nonne hoc idem hodieque fit, cum mater pueros, ſtatim atque φίλων ἀπεθήκατο κόλπων, Sancto cuidam, ut Franciſco vel alii vovet, & illius veſtibus induit. Certe notandum. *Anna Fabri.*

V. 79. Εκ δὲ Διὸς βασιλῆες] Virg. *Ab Jove ſunt reges.* Theocr. Διὶ Κρονίωνι μέλονται Αἰδοῖοι βασιλῆες. *Vulcanius.*

Ibid. Επεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων θειότερον] Ridicule omnino Interpres. Verte modo, *quando nihil divinius eſt regibus Jovis.* Anna Fabri.

V. 80.

Dianæ: Phœbi denique, qui lyræ bene ſciunt modos.
At ex Jove ſunt reges: quoniam Jovis nihil regibus
Divinius *eſt*. ideoque tuum illis decreviſti ordinem:
Conſtituiſti autem, qui urbes cuſtodiant. tuque ipſe præſides
In arcibus, inſpector tam *eorum* qui judiciis
Populum iniquis, quam eorum qui aliter gubernant.
Adjeciſti quoque opulentiam ipſis, & quod ſatis *eſt* fortunarum:
Et hoc omnibus quidem, ſed non ex æquo tamen. par eſt *hoc* colligere
Ex noſtro rege. nam is late circa *potentia* progreſſus eſt.
Veſperi ille perficit, de quibus mane cogitaverit:

Et

V. 80. ἐκρίναο λῆξιν] Pro τάξιν, quod apud Scholiaſtem legitur, vereor ne reponi debeat λάξιν. Eum enim ita legiſſe videntur expoſitiones ejus oſtendere: quum dicat eſſe λαχμὸν, ſive κλήρωσιν. *Stephanus.*

Ibid. ἐκρίναο τάξιν] alias λῆξιν, vel λᾶξιν, quod malim quam τάξιν. *Vulcanius.* In editionibus nonnullis ut Pariſ. Vaſcoſani 1549. & Frobeniana 1533, legitur τάξιν. Sed Aldina λάξιν & editio prima capitalibus litteris deſcripta, quod verum eſt. Non puto autem male verti *ordinem*, quamvis proprie ſit ſors: ſic mei *ordinis homo* eſt meæ ſortis homo Latinis, ut apud Ter. Hæc eſt poëtæ ſententia: conſtituiſti ut reges inter homines ſint illius ordinis & ſortis, cujus tu es inter deos, qui es rex deorum. Heſych. λάξιων, λήξεων, κληρώσεων. λάξασθαι, κληρώσασθαι. procul dubio pro τάξιν legendum quoque in ſcholiis ad hunc locum λάξιν.

V. 81. Δῶκας δὲ πτολίεθρα] Hi tres ſequentes verſus ita vertendi ſunt: *conſtituiſti qui urbes cuſtodiant: tuque ipſe præſides in arcibus, inſpector tam eorum qui legibus populum ſub iniquis quam eorum qui aliter gubernant*, ut docet pater in lectionibus Heſiodeis. Jovi enim arces ſacræ ſunt, teſte Ariſtide in hymno in Jovem, qui & ibi docet Jovem eſſe præſidem juſtitiæ. Vide & Euripid. Troad.

V. 82. Ἄκρης ἐν πολίεσσιν ἐπόψιος] Ἐπόψιος invenitur & in Heſychii gloſſis, & apud Antoninum Liberalem Metamorph. cap. VI. *Meurſius.* Pindari locus non integer adfertur, & peſſime vertitur a *Friſchlino*: nam primo addendum eſt Ναῦ. Ναῦ βασιλεὺς Λοξίας, & ſic verte: *templi Rex Loxias, ſocium apud æquiſſimum, cum opinionem ei perſuaſiſſet, omnia ſcientem mentem. Mendaciis autem non decipitur, nec eum deus aut homo fallit factis aut conſiliis.*

V. 84. Ἄλις ὄλβου] In vetuſto Codice reperitur ὄλβον, & ſic legebat pater meus: quod multo fortius. etenim ita differunt ἄλις ὄλβου & ἄλις ὄλβον, ut pars a toto. *Anna Fabri.*

Ibid. Ἄλις ὄλβου] Sic ſane editio prima, quamvis non contemnam quod Tanaquil Faber invenit in veteri codice ὄλβον.

V. 85. 86. τεκμήρασθαι Ἡμετέρῳ μεδέοντι] Eandem conſtructionem eidem verbo tribuit hymno proxime ſequente, Πυθῶνί κε τεκμήραιο. *Stephanus.*

V. 85. Περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν] Eadem loquendi formula utitur Dionyſius in initio orbis deſcriptionis:

Εὐρυτέρη βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους.

V. 87. Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἦρι νοήσῃ] Hunc verſum a Callimacho ita ſcriptum eſſe, nemo mihi unquam perſuaſerit, quum eum licentia in quavis alia re potius quam in pedum ſtructura

uſum

Ἑσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ.
Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ' ἑνί. τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν
Αὐτὸς ἄνην ἐκόλουσας, ἐνέκλασας δὲ μενοινήν.
Χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε, δῶτορ ἐάων,
Δῶτορ ἀπημονίης. τεὰ δ' ἔργματα τίς κεν ἀείδοι;
Οὐ γένετ', οὐκ ἔσται· τίς κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσει;
Χαῖρε, πάτερ, χαῖρ' αὖθι· δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε.
Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Οἱ δὲ] Δηλαδὴ οἱ ἄλλοι βασιλῆες. Πλειῶνι] ἐνιαυτῷ. Ἄνην] Ἄνυσιν, τελείωσιν. Αὐτὸς] Ὦ Ζεῦ. Οὔτ' ἀρετῆς] Καὶ Ἡσίοδος, πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

uſum eſſe videam: licentia tamen maxima futura ſit in verbo νοήσῃ, ſi in eo elidatur ο per συνεκφώνησιν, ita ut ex νοήσῃ fiat νήσῃ. ut omittam, verſum ſpondaicum futurum, & quidem ejuſmodi qui durius alio quovis ſpondaico cadere videri poſſit. durius quidem certe illis qui paſſim apud eum occurrunt. cujuſmodi ſunt, quintus hujus hymni, qui cadit in ἀμφήριστον: ſeptimus, qui deſinit in ἐψεύσαντο: triceſimus ſecundus, qui finitur voce φαιδρύνασα: alii denique qui clauduntur vocibus, παιδεύοιο, μαιώσαντο, ἄρκτοιο, περσεπηχύναντο, Ἀδρήστεια, ὠρχήσαντο, κνείζοντος. Quód ſi quis eo confugiat ut dicat corripi diphtongum in κοῖ, multo etiam minus audiendum eſſe illum dixerim: præſertim ſi non aliud hujus correptionis exemplum attulerit quam Ergων Heſiodi quendam verſum, qui nonnullis in editionibus ita ſcriptus eſt, Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει κ' ἀεργός. Nam ita quidem legendo, fateor diphthongum ει corripi: verum in mea editione nequaquam lectionem illam reperiet, ſed iſtam, ex vet. exempl. auctoritate, Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς, abſque illa particula. Quæ quum ita ſint, Callimachum eo modo verſum illum ſcripſiſſe nemo mihi (ut antea dixi) perſuadere poſſit: contra vero facile mihi perſuaſerim ita ſcriptum ab eo fuiſſe, Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ κοῖ τὰ νοήσῃ. Cogitavi quidem poſſe & ita ſcribi, non minus eleganter, imo elegantius etiam, Ἑσπέριός γε τελεῖ τάπερ κοῖός κε νοήσῃ. ſed tamen conjecturam illam, quod minorem mutationem afferat, magis probo. *Stephan.*

Ibid. Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τὰ κεν κοῖ νοήσῃ] Theocritus,

--οἷος μὲν ἐνὶ τελέσαι μέγα ἔργον
Ὁ Λαγίδας Πτολεμαῖος, ἅκα φρεσὶν ἐγκατάθοιτο
Βωλὰν, ἂν ἐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι.

Verſus verò Callimachi στιχηρὸν πάθος habet, ſive πλεονασμὸν ἐκ τοῦ μακροσκελοῦς ἤτοι δολιχούρου, ut vocat Euſtathius, cum ſcilicet in fine verſus ejuſcemodi pleonaſmus accidit. qui cum in initio verſus fit, ἐκ τοῦ μακροκεφάλου ἤτοι προκεφάλου: cum in medio, ἐκ τοῦ προκοιλίου, ἐκ μεταφορᾶς προγαστόρων ζώων dicitur. Eleganter itaque Callimachus, celeritatem conficiendi res animo Ptolemæi conceptas exprimere volens, ipſi cogitandi verbo νοῆσαι, per συνίζησιν ſive συνεκφώνησιν celeritatem quandam pronuntiationis addit. Neque enim probare poſſum eos qui ex νοήσῃ, νήσῃ faciunt. quod συνιζήσεως ratio non fert. Eſt vero maximus hujus pleonaſmi uſus in verſibus Politicis, quos alii Δημωτικοὺς στίχους vocant. qui quindecim, aut interdum ſeptemde-

Et veſperi quidem ardua: minora autem quamprimum cogitaverit.
Alii vero hæc quidem uno anno, iſta autem non uno
Ab aliis vero prorſus
Tu ipſe conficiendi facultatem amoviſti, & conſilia eorum diſcuſſiſti.
Salve plurimum, o Saturnie exſuperantiſſime, dator bonorum,
Dator incolumitatis. tua vero opera quis celebret?
Non fuit, nec erit. quis Jovis opera celebret?
Salve iterum atque iterum. Da *nobis* & virtutem & opes.
Neque ſine virtute opulentia poteſt homines beare,
Neque ſine opulentia virtus. da ergo & virtutem & opes.

temdecim ſyllabis conſtant. quo genere verſuum Annales ſuos ſcripſit Conſtantinus Manaſſes. Dixi hac in parte ſententiam meam. Libenter vero, quoad poſſum, & veteres poëtas Græcos, & qui eos Scholiis ſuis illuſtrarunt, propugno: fuitque mihi ſemper & erit porro curæ, ne me vel *φιλαυτία* cæcum, vel carpendi ſtudium ſtrabum reddat. *Vulcanius.*

Ibid. *Τά κεν ἠοῖ νοήσῃ*] Non placet Stephano per *συνεκφώνησιν* pronuntiari *νόησῃ*, eliſo ο. Legebat pater meus *νώσῃ*, ut apud Theocrit. Idyll. 26.

Τον μὲν ἐγὼν ὀδύναισι περιφρονέοντα βαρείαις
Νωσάμενος.

Cæterum ſi receptam lectionem *νόησῃ* retineas, ſynecphoneſis, ut opinor, non petit ut ο elidatur, ſed ut conjunctim pronuntietur cum η; itaque non video cur *νῶσῃ* dicendum ſit. *Anna Fabri.*

V. 88. *μείονα*] vertendum eſt *minora*, non *parva*, ut inepte interpres.

Ibid. *Εὖτε νοήσῃ*] Ita & Homer. alibi & Ariſtophanes. *Anna Fabri.*

V. 89. *Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι*] Ita vocatur *ἐνιαυτὸς*, teſte Heſychio, *ἀπὸ τοῦ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς συμπληροῦσθαι*, quod ipſum Bion æſtati tribuit, inquiens: *Η θέρος, ἀνίκα πάντα τελείεται ὅσσα μογεῦμες.* *Vulcanius.*

V. 90. *Ἄνυν*] Schol. *ἄνυσιν.* pater meus correxit *ἄνυσιν.* *Anna Fabri.*

V. 91. *Χαῖρε μέγα Κρονίδη*] Non minus placeat interpungere poſt *μέγα*, ut ſit adverbium, quod jungatur cum verbo *χαῖρε*, ſicut initio hymni in Cererem legimus, *Δάματερ μέγα χαῖρε.* *Stephanus.*

Ibid. *πανυπέρτατε*] *Exſuperantiſſime.* Sic recte vertendum cenſuit Illuſtriſſimus *Spanhemius.*

V. 93. *ἔργματ' ἀείσει*] Credibile eſt Callimachum ſcripſiſſe *ἀείδοι*, ſicut in proxime præcedente verſu. Indicativo certe modo non ſatis apte jungitur particula *κεν*: ideoque aut illud *ἀείδοι*, aut certe *ἀείσῃ* malim. At *ἀείσοι* (quod tamen aliquis fortaſſe ſcribendum putet) parum mihi placuerit. *Stephanus.*

Ibid. *Ἔργματα*] hic *ῥέγματα*, tranſpoſita littera ρ. Sic apud Theognidem:

Πίστευσο, μηδ' αἰσχροῖσιν ἐφ' ἔργμασι μηδ' ἀδίκοισι
Τιμὰς, μηδ' ἀρετὰς ἕλκεο, μηδὲ ἄφενος. *Anna Fabri.*

V. 94. *δίδου δ' ἀρετήν τ' ἀφενός τε*] Uno verſu interjecto eandem precationem repetens, dicit, *δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.* Eſt autem Homeri *ἀκροτελεύτιον* duobus in locis, nimirum in hymnis Vulcani & Herculis. Ita enim Vulcani hymnum claudit, *Ἀλλ' ἵληθ' Ἥφαιστε, δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.* Hymnum Herculis ita, *Χαῖρε ἄναξ Διὸς υἱέ· δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.* S[tep]hanus.

V. 95. *Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν*] Contra hunc locum facit Stoicorum axioma, *Ὅτι αὐταρκὴς ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.* quod argumentum uberrime tractat Cicero Tuſculanarum quæſtionum lib. v. *Vulcan.*

Ibid. *Οὔτ' ἀρετῆς*] Scholiaſtes laudat locum Heſiodi,

Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,

ubi

ΟΙΟΝ ὁ τὼπόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον. ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρός.
Καὶ δή που τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει.

Οὐχ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

ΟΙΟΝ ὁ τὼπόλλωνος] ἀντὶ τοῦ, οἵως, ὅπως. ἔστι δὲ θειασμός. λέγεται δ' ἐπὶ τῶν μαντευομένων τὰ θεῖα καὶ ἐπιδημεῖν καὶ ἀποδημεῖν. καὶ ὅταν μὲν ἐπιδημῶσι, τὰς μαντείας ἀληθεῖς εἶναι· ὅταν δὲ ἀποδημῶσι, ψευδεῖς. ὡς γοῦν ἐπιδημοῦντος τοῦ θεοῦ, ταῦτά φησιν ὁ Καλλίμαχος.

ubi ἀρετὴ eſt *potentia*, ut & apud Theognidem verſu citato nota proxime ſuperiori. *Anna Fabri.*

V. Ibid. ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν] Eſt οὐκ ἐπίσταται dictum pro οὐ δύναται, non poteſt: ſicut & οὐκ οἶδε. atque ita Neſcit infinitivo junctum pro non poteſt, a Latinis poëtis interdum dicitur. ut ab Horatio hoc in loco, *neſcit vox miſſa reverti.* Quæ ita interpretarer, hunc verbi ἐπίσταται uſum imitando, Οὐκ ἄρ' ἅπαξ ἀρθεῖσ' ἀνακάμψαι ἐπίσταται αὐδή. vel ſic, Οὐκ ἀρθεῖσά γ' ἅπαξ νοστῆσαι ἐπίσταται αὐδή. At de verbo ἀέξειν in proxime ſequente annotatione a me dicetur. *Stephanus.*

V. 96. Οὔτ' ἀρετὴ ἀφνειοῖο] Ad hanc poſteriorem ſententiæ partem reſpexit fortaſſe Juvenalis, quum cecinit,

Haud facile emergunt quorum virtutibus obſtat
Res angusta domi.

Aptius certe vis verbi ἀέξειν reddi non potuit quam verbo *emergere*, mutata tamen orationis forma: quum hoc, ſit neutrum; illud, activum. Nonnulli quidem ex Latinis ſcriptoribus (Plautus, opinor, & poſt eum Tacitus) verbo *augere*, quod reſpondet illi ἀέξειν (pro quo in ſoluta oratione dicitur αὔξειν) uſi ſunt abſque adjectione pro opulentum reddere. Sed & ipſum Ciceronem alicubi ita verbo augere uſum eſſe comperio. Scribit enim in una ex ſuis ad Trebatium epiſtolis, quæ eſt libro 7. *Semper te non modo tuendum mihi, ſed etiam augendum atque ornandum putavi.* Ubi *augendum* dicitur ſine adjectione pro *augendum commodis*, ut loquitur in fine Philippicæ undecimæ, verbum idem quod hic ei præponens: *Non tueri ſolum, ſed etiam commodis augere debeo.* Sed hic ἀέξειν aliud ſignificat: ad quod exprimendum nulla potui aptiora verba invenire (ut vox reſpondere voci poſſet) quam *evehere* ſeu *provehere*, & *promovere*. Sed & verbum *extollere* alienum ab hoc loco eſſe non putavi: ac ne *ornare* quidem: præſertim quum hymno in Dianam legamus, pag. 14, Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα, τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν Εἴσεται. hic enim pro *ornare* videtur aperte poni: quum honore potius quam commodis ſuos deos augeri poſſe exiſtimarent. Varie itaque hanc ſententiam ſum interpretatus, illorum verborum ſingula ſingulis locis adhibendo,

Evehere haud poſſunt vel opes virtute carentes,
Vel virtus defecta opibus.

Nec non hoc modo,

Haud equidem virtute carens opulentia quenquam,
Quæ caret & virtus opibus non provehit ullum.

Ubi ſcribi etiam poteſt,

-- non promovet ullum.

Utens autem verbo *extollere*, ita verti,

Nec vacua virtutis opes extollere poſſint,
Indiga poſſit opum nec quenquam extollere virtus.

Et quum liceat ἀέξειν vertere etiam *decorare*, ſive *ornare*, eoſdem verſus ita etiam ſum interpretatus,

Non ſat opes decorant homines virtutis egena,
Nec virtus opibus decorat ſatis una remotis.

Nec non ita, paulo liberius,

Non

in. Callimaco al inno d'apo
no p. 28.



G. Hoet del. L. v. Vianen fec.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

QUantopere iſte Apollinis commotus eſt laureus ramus!
Quantopere hoc totum antrum! procul *ſit*, quiſquis facinoroſus.
Et certe oſtia præclaro pede Phœbus tundit.

Non

Non ſat opes homines, virtus niſi juncta ſit, ornant:
Haudque poteſt ſatis abſque opibus ſplendeſcere virtus.

Quod ſi libeat & verbo *emergere* uti, (quo Juvenalem in exprimenda poſteriore parte hujus ſententiæ uſum eſſe docui) ita velim interpretari,

Nec per opes quiſquam emergat virtute carentes,
Nec per opum vacuam virtutem emergere poſſit.

Si vero liceat ordinem verſuum permutare, ita etiam verterim, utendo illo ipſo verbo *emergere*,

Incomitata opibus virtus emergere non dat;
Dant nec opes cuiquam, quibus haud comes addita virtus.

Horatius quoque virtutem niſi cum re, vileſcere teſtatur: ſed virtuti genus etiam addens,

Et genus & virtus niſi cum re vilior alga eſt. Stephanus.

Hujus rei elegantiſſimam reddit rationem Menander apud Stobæum:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει·
Χρῆται γὰρ οὗτος, εἰς ἃ δεῖ, ταύτῃ καλῶς.

Felix qui ſimul opes & mentem habet:
Hic enim opibus, ubi convenit, recte utitur.

Ibid. Δίδε δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον] Ita Theocritus poſtquam divitias & potentiam Ptolemæi celebravit, ita Idyllium claudit:

-- ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διὸς αἰτεῦ.

IN SECUNDUM HYMNUM
qui eſt in
APOLLINEM.

V. 1. O ION] Pro οἷως, Scholiaſtes noſter, & Scholiaſtes Ariſtophanis in Equitibus, pag. 330. Edit Genev. in fol. *A. Fabri.*

Ibid. Τὠπόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὅρπηξ] Virg. Æneid. 3.

-- *tremere omnia viſa repente*
Liminaque lauruſque Dei, &c.

Laurus enim, ut Plin. lib. 12. c. 1. teſtatur, Apollini ſacra, ut Jovi eſculus, Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Arboribus, quæ diis ſacræ ſunt, quas commemoravit Friſchlinus, addere potes, Baccho hederam, Pani pinum, Diti cupreſſum. Ideo vero laurus Phœbo ſacra, vel quod divini neſcio quid in ſe continere credita ſit veteribus: & in prunas conjecta, ſi magnum ex ſe ſtrepitum ederet, fauſta; ſi nullum aut exiguum, infauſta portendere. Vel quod in lauro ſemina ignis lateant, eaque ratione Solem adumbret. Laurus enim hederæ adfricata perinde atque ſilici chalybs, ignem emittit: *Vulcanius.*

V. 2. ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός] Virg. lib. 6. Æn.

-- *Procul hinc, procul eſte profani,*
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco.

Ad quem locum Servius, hoc e Græcorum fontibus manaſſe notat, & Callimachi hemiſtichium ita citat,

ἑκὰς ἑκὰς ἐστὲ βέβηλοι.

Orpheus profanis fores præcludit, inquiens,

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς.

ut & Horatius, *Odi profanum vulgus & arceo.*

Porro ἀλιτρὸς, ſive ἀλιτήριος unde κατὰ συγκοπὴν factum eſt, non ſolum profanum, ἀμύητον quive ſacris initiatus non ſit, ſignificat, verum etiam ἁμαρτωλὸν & ἄδικον, & ſceleribus contaminatum, devotum etiam, niſi reſacratus ſit, ut cum C. Nepote loquar. Callimachus poſtea verſ. 11. λιτὸν vocat, quem hic ἀλιτρὸν, eique oppoſuerat verſ. 9. τὸν ἐσθλόν. *Vulcanius.*

V. 3. Καὶ δή που τὰ θύρετρα] Hæc ut & illud hym. in Pallad. v. 14. Συρίγγων αἴω φθόγγον ὑπαξόνιων, μιμητικῶς ad vulgi judicium dicta eſſe annotavit

Οὐχ ὁράας; ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοῖνιξ
Ἐξαπίνης, ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει.
Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων,
Αὐταὶ δὲ κληῖδες· ὁ γὰρ θεὸς οὐκέτι μακράν.
Οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.
Ὡ᾽πόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ᾽ ὅ, τις ἐσθλός.
Ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος· ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος.
Ὀψόμεθ᾽, ὦ Ἑκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ᾽ οὔποτε λιτοί.
Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ᾽ ἄψοφον ἴχνος

Τοῦ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Οὐχ ὁράας; ἐπένευσεν ὁ Δήλιος] Δεικτικῶς. λέγεται δὲ ὅτι παρὰ τῷ δένδρῳ ἐγέννησεν ἡ Λητὼ τὸν Ἀπόλλωνα. Ὁ δὲ κύκνος ὄρνεον ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Αὐτοὶ νῦν] Ἀντὶ τοῦ, αὐτόματοι. Αὐταὶ δὲ] αὐτόματοι. Ἀνακλίνεσθε] Ὅμηρος, Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ᾽ ἐπιθεῖναι.

tavit V. C. Joſeph. Scaliger, in illud Catulli, *Viden' faces aureas quatiunt comas.* Vulgus enim cum aliquid optat, tametſi id non evenit, tamen quaſi id evenerit, ſibi ipſum perſuadere conatur. *Vulcanius.*

Ibid. Καὶ δὴ που] in alio Codice, καὶ δὴ καί, EN EFFET, *& jam.* Annæ Fabri.

Τὰ θύρετρα.] utitur eo vocabulo etiam Xenophon de expedit. Cyri lib. 5. alii volunt θύρετρον proprie limen dici. Hinc vox ἀντιθύρετρος apud Nonium. *Meurſius.*

V. 4. Ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοῖνιξ] Latonam ad palmam arborem humeris reclinatam Apollinem enixam eſſe ſcribit Callimachus hymno εἰς Δῆλον verſ. 209.

> Λύσατο δὲ ζώνην, ἀπὸ δ᾽ ἐκλίθη
> ἔμπαλιν ὤμοις
> Φοίνικος ποτὶ πρέμνον, ἀμηχανίης
> ὑπὸ λυγρῆς
> Τειρομένη· νότιος δὲ διὰ χροὸς ἔρ-
> ρεεν ἱδρώς.

Euripides Hecuba, eleganter & palmam & laurum Deliacam hiſce verſibus celebravit:

> ἔνθα πρωτόγονός τε φοῖνιξ,
> δάφνα θ᾽ ἱερὰς ἀνέσχε
> πτόρθους Λατοῖ φίλα
> ὠδῖνος ἄγαλμα δίας.

quo in loco ἄγαλμα malim *levamen*, vel *ſolatium*, ſive *adminiculum* interpretari quam εἰς τιμήν, ut Scholiaſtes. Plinius lib. 16. cap. ult. in Regione Aulocrene platanum oſtendi ſcribit, ex qua pependit Marſya victus ab Apolline, quæ jam tum magnitudine electa eſt. *Nec non palma Deli*, inquit, *ab ejuſdem Dei ætate conſpicitur.* Palmam quoque æneam Apollini Delphico dicatam ab Athenienſibus legimus. *Vulcanius.*

V. 5. ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει] Ita Callimachus hym. in Delum verſ. 249. cygnos Latonæ puerperæ accinentes facit,

> — κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ
> Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο
> λιπόντες
> Ἑβδομάκις περὶ Δῆλον. ἐπήεισαν
> δὲ λοχείῃ
> Μουσάων ὄρνιθες ἀοιδότατοι πετε-
> ηνῶν. *Vulcanius.*

Ibid. Ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει] Quia Apollini hæc avis ſacra. Cauſſam refert Cic. Tuſculana I. *Cygni non ſine cauſſa Apollini dicati ſunt; ſed quod ab eo divinationem habere videantur, qua*

provi-

Non vides? annuit Deliaca ſuave quid palma
Derepente, & olor in aëre pulcre modulatur.
Ipſa vos nunc repagula forium recumbite,
Ipſi etiam vos vectes. Deus enim jam non longe *abeſt*.
At vos, pueri, cantum etiam ad ſymphoniam parate.
Apollo non cuivis apparet, ſed *ei* quiſquis vir bonus.
Qui ipſum viderit, magnus hic: qui non videt, abjectus ille *eſt*.
Videbimus *te*, o Apollo, & nunquam erimus abjecti.
Neque *ego* tacitam citharam, neque tacitum greſſum,
Phœbo

providentes quid in morte bonum ſit, cum cantu & voluptate moriantur. De cygnorum vero morte imminente cantu, quam ibi refert Cicero, eſt Martialis etiam locus lib. XIII.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Meurſius.

Ibid. Sed fabuloſa eſſe, quæ de cygni morituri cantu circumferuntur, oſtendunt Ælianus lib. 1. hiſt. var. c. 14. Ἐγὼ δὲ ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα· ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος. id eſt, *ego vero cygnum nunquam audivi canere, fortaſſe neque alius.* Lucianus in dialogo de electro ſeu cygnis: Ἀδόντων δὲ ἡδὺ, καὶ οἷον σὺ φῂς, οὐδὲ ὄναρ ἀκηκόαμεν. id eſt, *caterum illos dulce, quemadmodum dicis, canentes ne in ſomnis quidem audivimus.*

V. 6. Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλ.] Hic αὐτοὶ eſſe dictum pro αὐτόματοι, itidemque αὐταὶ pro αὐτόμαται (quæ ſignificatio & apud Homerum extat) illa etiam Virgiliana imitatio oſtendit, Æneid. 6.

Oſtia jamque domus patuere ingentia centum,
Sponte ſua.

Sic autem uſi ſunt interdum & Latini pronomine quod Græco illi reſpondet: & quidem inter eos Cicero quoque, non uno in loco. Virgil. his verbis *ſponte ſua*, præfixit illud pronomen *ipſa*, Georg. 2,

Namque alia nullis hominum cogentibus ipſa
Sponte ſua veniunt. Stephanus.

Ibid. Αὐτοὶ] αὐτόματοι. Schol. *ſponte ſua.* ſed monuit Steph. Sic Latini τῷ *ipſe* utuntur. Virg. 2. Georg.

--quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humi facilem victum juſtiſſima tellus. Anna Fabri.

Ibid. Recte viri docti exponunt αὐτόματοι. Sic apud Latinos *ipſe*. Virgil. Ecl. IV. v. 21.

Ipſa lacte domum referent diſtenta capella
Ubera.

Servius ibi: *ipſa referent, id eſt, ſua ſponte.*

V. 10. λιτὸς] *exiguus, ſimplex, nihil.* hic *pravus.* Anna Fabri.

V. 12. Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄψοφον ἴχνος, &c.] Ita Hym. in Delum verſ. 302.

Οὔτε σιωπηλὴν, οὔτ' ἄψοφον οὖλος ἔθειραν
Ἕσπερος· ἀλλ' αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόωντα.

Porro cygnus Apollini tribuitur, ut per eum dies ſignificetur quem nobis Solis præſentia efficit, ſicuti abſentia noctem corvo ſimilem parit. *Vulcanius.*

Ibid. κίθαριν] Ammonius in libello de differentiis vocum tradit differre κίθαριν & κιθάραν: quod κίθαρις ſit lyra, unde κιθαρισταὶ lyricines: κιθάρα vero cythara, unde κιθαρῳδοὶ, qui cythara canerent. *Meurſius.*

V. 13. ἔχειν] Eſt ἔχειν pro ἐχέτωσαν: ita ut nihil ſubaudiendum ſit, ſed exponendum, *Ne habeant pueri tacitam citharam.* Hujus autem uſus infinitivorum exempla apud Homerum, Heſiodum, & alios, extant. *Stephanus.*

Ibid. ἔχειν] ſcil. χρὴ. Iſtis verbis Φοίβου ἐπιδημήσαντος, exprimit nomen hujus

Τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος,
Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον, πολιήν τε κερεῖσθαι,
Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος ἐπ' ἀρχαίοισι θεμέθλοις.
Ηγασάμην τοὺς παῖδας, ἐπεὶ χέλυς οὐκέτ' ἀεργός.
Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες ἐπ' Απόλλωνος ἀοιδῇ.
Εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείουσιν ἀοιδοὶ
Η κίθαριν, ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου.

Οὐδὲ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον] Εἰ μέλλουσι καὶ γάμων ἐντὸς γενέσθαι, καὶ πολιάσαι. καὶ γὰρ ἀκειρεκόμης ὁ Απόλλων. Ἑστήξειν] Απὸ τοῦ, ἵστημι, παρακείμενος, ἕστηκα. ἀπὸ τούτου ποιοῦσιν οἱ Συρακούσιοι ἐνεστῶτα, ἑστήκω. οὗ ὁ μέλλων, ἑστήξω, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον, ἑστήξειν. Χέλυς] ἡ κιθάρα. Εὐφημεῖ] Ησυχάζει. γαληνιᾷ.

jus, de quo agit, Apollinis feſti, quod Ἀπόλλωνος ἐπιδημία dicebatur. Occurrit apud Procopium in epiſtola quadam: οὐδὲ γὰρ οἱ Δελφοὶ ὅλως αὐτὸν ἀπεῖναι τὸν Πύθιον ἔλοιντο, εἰ καὶ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἘΠΙΔΗΜΙ'ΑΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. *Meurſius.*

Ibid. Hoc etiam de aliis diis & deabus ſuperſtitio veterum credulis perſuaſit. Sic Venus credebatur certo tempore morari in Eryce Siciliæ, dein trajicere in Italiam. Ælian. Var. hiſt. lib. 1. c. 15. Ἔνθα κατά τινα καιρὸν θύουσιν οἱ Ερυκινοὶ τὰ ἀναγώγια, καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην, ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι. hoc eſt, *Erycini feſtivitatem ibi* (in Eryce) *celebrant, Anagogia dictam, eo tempore, quando Venerem e Sicilia ſolvere in Libyam affirmant.*

Ibid. Ἐπιδημήσαντος] Opinio erat Apollinem mutare ſedes, & ſex menſes hiemales apud Lyciam degere, & ſex æſtivos apud Delum, ubi natus eſt. Virg. in Æneid. v. 143.

Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo.

Ubi cave τὸ *hibernam* explices *frigidam*, δυσχείμερον; ſed contra, εὐχείμερον, ut recte Taubmannus. *Anna Fabri.*

V. 14. Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον, &c.] Pietati juvenum erga Apollinem, non vulgaria bona promittit, ut hymno in Dianam verſ. 130. quibus illa fuerit propitia, hoc eſt, piis:

Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν, εὖ δὲ γενέθλη
Τετραπόδων, εὖ δ' ὄλβος ἀέξεται. οὐδ' ἐπὶ σῆμα
Ερχονται πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν.
Οὐδὲ διχοστασίη τρώγει γένος, ἥτε καὶ εὖπερ
Οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο.

Nam impios quæ mala maneant, antea elegantiſſime deſcripſit. *Vulcanius.*

Ibid. Πολιήν τε] πολιὰ Græcis ſimpliciter dicitur pro πολιὰ θρίξ. Quemadmodum apud Latinos *cani*, pro cani capilli. *Meurſius.*

V. 15. Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος] Scripſit fortaſſe ἑστήξει, repetendo quidem εἰ (perinde ac ſi dictum eſſet, καὶ εἰ ἑστήξει αὐτοῖς τὸ τεῖχος) ſed non μέλλουσι. *Et ſi* (inquit) *ſtabit murus ſuper antiqua fundamenta.* Id eſt, Si futurum eſt ut ſtent mœnia patriæ ſuper antiqua fundamenta. Intelligit igitur, Si patriam ſuam vel urbem ſuam ſalvam & incolumem manere cupiunt. Poſſet etiam eodem ſenſu intelligi τεῖχος de muro domus quam unuſquiſque ſit in patria ſua ædificaturus. Quamvis enim de muro domus

dicatur

Non vides? annuit Deliaca ſuave quid palma
Derepente, & olor in aëre pulcre modulatur.
Ipſa vos nunc repagula forium recumbite,
Ipſi etiam vos vectes. Deus enim jam non longe *abeſt.*
At vos, pueri, cantum etiam ad ſymphoniam parate.
Apollo non cuivis apparet, ſed *ei* quiſquis vir bonus.
Qui ipſum viderit, magnus hic: qui non videt, abjectus ille *eſt.*
Videbimus *te*, o Apollo, & nunquam erimus abjecti.
Neque *ego* tacitam citharam, neque tacitum greſſum
Phœ-

providentes quid in morte bonum ſit, cum cantu & voluptate moriantur. De cygnorum vero morte imminente cantu, quem ibi refert Cicero, eſt Martialis etiam locus lib. XIII.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Meurſius.

Ibid. Sed fabuloſa eſſe, quæ de cygni morituri cantu circumferuntur, oſtendunt Ælianus lib. I. hiſt. var. c. 14. Ἐγὼ δὲ ἄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα· ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος. id eſt, *ego vero cygnum nunquam audivi canere, fortaſſe neque alius.* Lucianus in dialogo de electro ſeu cygnis: Ἀδόντων δὲ ἡδὺ, καὶ οἷον σὺ φὴς, οὐδὲ ὄναρ ἀκηκόαμεν. id eſt, *caterum illos dulce, quemadmodum dicis, canentes ne in ſomnis quidem audivimus.*

V. 6. Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλ.] Hic αὐτοὶ eſſe dictum pro αὐτόματοι, itidemque αὐταὶ pro αὐτόμαται (quæ ſignificatio & apud Homerum extat) illa etiam Virgiliana imitatio oſtendit, Æneid. 6

Oſtia jamque domus patuere ingentia centum,
Sponte ſua.

Sic autem uſi ſunt interdum & Latini pronomine quod Græco illi reſpondet: & quidem inter eos Cicero quoque, non uno in loco. Virgil. his verbis *ſponte ſua*, præfixit illud pronomen *ipſa*, Georg. 4,

Namque alia nullis hominum cogentibus ipſa
Sponte ſua veniunt. Stephanus.

Ibid. Αὐτοὶ] αὐτόματοι. Schol. *ſponte ſua.* ſed monuit *Steph.* Sic Latini τῷ *ipſe* utuntur. Virg. 2. Georg.

--quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humi facilem victum juſtiſſima tellus. Anna Fabri.

Ibid. Recte viri docti αὐτοὶ exponunt αὐτόματοι. Sic apud Latinos *ipſe*. Virgil. Ecl. IV. v. 21.

Ipſa lacte domum referent diſtenta capella
Ubera.

Servius ibi: *ipſa referent, id eſt, ſua ſponte.*

V. 10. λεπτὸς] *exiguus, ſimplex, nihil.* hic *pravus.* Anna Fabri.

V. 12. Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ᾽ ἄψοφον ἴχνος, &c.] Ita Hym. in Delum verſ. 302.

Οὔτε σιωπηλὴν, οὔτ᾽ ἄψοφον οὖλος ἐθείραις
Ἕσπερος ἀλλ᾽ αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόντον.

Porro cygnus Apollini tribuitur, ut per eum dies ſignificetur quem nobis Solis præſentia efficit, ſicuti abſentia noctem corvo ſimilem parit. *Vulcanius.*

Ibid. κίθαριν] Ammonius in libello de differentiis vocum tradit differre κίθαριν & κιθάραν: quod κίθαρις ſit lyra, unde κιθαρισταὶ lyricines: κιθάρα vero cithara, unde κιθαρῳδοὶ, qui cithara canerent. *Meurſius.*

V. 13. ἔχειν] Eſt ἔχειν pro ἐχέτωσαν: ita ut nihil ſubaudiendum ſit, ſed exponendum, *Ne habeant pueri tacitam citharam.* Hujus autem uſus infinitivorum exempla apud Homerum, Heſiodum, & alios, extant. *Stephanus.*

Ibid. ἔχειν] ſcil. χρή. Iſtis verbis Φοίβου ἐπιδημήσαντος, exprimit nomen hu-

Τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος,
Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον, πολιήν τε κερεῖσθαι,
Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος ἐπ' ἀρχαίοισι θεμέθλοις.
Ηγασάμην τοὺς παῖδας, ἐπεὶ χέλυς οὐκέτ' ἀεργός.
Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες ἐπ' Ἀπόλλωνος ἀοιδῇ.
Εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείουσιν ἀοιδοὶ
Η κίθαριν, ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου.
Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ,
Οππότ' ἰὴ παιῆον, ἰὴ παιῆον ἀκούσῃ.

Καὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον] Εἰ μέλλουσι καὶ γάμων ἐντὸς γενέσθαι, καὶ πολιάσαι· καὶ γὰρ ἀκειρεκόμης ὁ Ἀπόλλων. Ἑστήξειν] Ἀπὸ τοῦ, ἵστημι, παρακείμενος ἕστηκα. ἀπὸ τούτου ποιοῦσιν οἱ Συρακούσιοι ἐνεστῶτα, ἑστήκω. οὗ ὁ μέλλων, ἑστήξω, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον, ἑστήξειν. Χέλυς] ἡ κιθάρα. Εὐφημεῖ] Ησυχάζει. γαληνιᾷ. Κλείουσιν] ὑμνοῦσι. Κινύρεται] θρηνεῖ. κλαίει. Αἴλινα] ἤτοι θρηνητικά.

jus, de quo agit, Apollinis feſti, quod Ἀπόλλωνος ἐπιδημία dicebatur. Occurrit apud Procopium in epiſtola quadam: οὐδὲ γὰρ οἱ Δελφοὶ ὅλως αὐτὸν ἀπεῖναι τὸν Πύθιον ἕλοιντο, εἰ καὶ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ΕΠΙΔΗΜΙ'ΑΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. *Meurſius.*

Ibid. Hoc etiam de aliis diis & deabus ſuperſtitio veterum credulis perſuaſit. Sic Venus credebatur certo tempore morari in Eryce Siciliæ, dein trajicere in Italiam. Ælian. Var. hiſt. lib. 1. c. 15. Ἔνθα κατά τινα καιρὸν θύουσιν οἱ Ερυκινοὶ τὰ ἀναγώγια, καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην, ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι. hoc eſt, *Erycini feſtivitatem ibi* (in Eryce) *celebrant*, *Anagogia dictam*, *eo tempore*, *quando Venerem e Sicilia ſolvere in Libyam affirmant.*

Ibid. Ἐπιδημήσαντος] Opinio erat Apollinem mutare ſedes, & ſex menſes hiemales apud Lyciam degere, & ſex æſtivos apud Delum, ubi natus eſt. Virg. 3. Æneid. v. 143.

> *Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta*
> *Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo,*

Ubi cave τὸ *hibernam* explices *frigidam*, δυσχείμερον; ſed contra, εὐχείμερον, ut recte Taubmannus. *Anna Fabri.*

V. 14. Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον, &c.] Pietati juvenum erga Apollinem, non vulgaria bona promittit, ut hymno in Dianam verſ. 130. quibus illa fuerit propitia, hoc eſt, piis:

> Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν, εὖ δὲ γενέθλη
> Τετραπόδων, εὖ δ' ὄλβος ἀέξεται. οὐδ' ἐπὶ σῆμα
> Ερχονται πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν.
> Οὐδὲ διχοστασίη τρώγει γένος, ἥτε καὶ εὖ περ
> Οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο.

Nam impios quæ mala maneant antea elegantiſſime deſcripſit. *Vulcanius.*

Ibid. Πολιήν τε] πολιὰ Græcis ſimpliciter dicitur pro πολιὰ θρίξ. Quemadmodum apud Latinos *cani*, pro cani capilli, *Meurſius.*

V. 15. Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος] Scripſit fortaſſe ἑστήξει, repetendo quidem εἰ (perinde ac ſi dictum eſſet, καὶ εἰ ἑστήξει αὐτοῖς τὸ τεῖχος) ſed non μέλλουσι. *Et ſi* (inquit) *ſtabit murus ſuper antiquis*

fundamen-

Phœbo præſente pueri habeant:
Siquidem celebraturi ſint olim nuptias, & canitiem raſuri,
Et muros condituri ſuper antiqua fundamenta.
Admiratus ſum pueros, quandoquidem chelys non amplius otioſa fuit.
Favete linguis vos audientes de Apolline cantum.
Favet & pelagus, quando celebrant poëtæ
Aut citharam aut tela divina Lycorei Apollinis.
Neque Thetis Achillem deplorat miſera mater,
Quoties Io pæan, io pæan, audiverit.

Sed

fundamenta. Id eſt, Si futurum eſt ut ſtent mœnia patriæ ſuper antiqua fundamenta. Intelligit igitur, Si patriam ſuam vel urbem ſuam ſalvam & incolumem manere cupiunt. Poſſet etiam eodem ſenſu intelligi τεῖχος de muro domus, quam unusquiſque ſit in patria ſua ædificaturus. Quanvis enim de muro domus dicatur potius τοῖχος quam τεῖχος, poteſt hoc ad iſtam quoque ſignificationem extendi. Quod ſi retineatur ἑστήξειν, ex neutro verbo fiet activum. *Stephanus.*

Ibid. Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος] Pater meus feliciſſimæ memoriæ legere ſolebat Ἑστήξειν δέ τε τεῖχος. & ſane non video cur τὸ, cum fuſe loquatur. *Anna Fabri.*

Ibid. Θεμέθλοις] Pauſa hic debet fieri, & ſequentes verſus intervallo quodam ab iſto ſejungi: nam poſtquam hortatus eſt pueros, eorum ludos aliquandiu conſpicatus miratur, ἐπεὶ χέλυς οὐκέτ' ἀεργός. *Anna Fabri.*

V. 17. Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες] In ſacris eſt *favere linguis*, ut hic: quod plerumque a circumſtante corona exigebatur per præconem. Ariſtophanes in Nubibus:

Εὐφημεῖν χρὴ, καὶ πρεσβύτην τῆς
εὐχῆς ὑπακούειν.

Homer. Iliad. ix.

Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί
τε κέλεσθε,
Ὄφρα Διὶ Κρονίδῃ ἀρησόμεθ'.

Fiebat autem id cum ſummo ſilentio. unde Suidas εὐφημεῖν pro σιωπᾶν quoque accipi interdum tradit. *Meurſius.*

V. 18. Εὐφημεῖ καὶ πόντος] Adulto vere feſtum Apollinis celebrabatur. ideo mare pacatum, & ut dicit Propert. Eleg. 8. lib. 5.

Ponit & in ſicco molliter unda minas. quod noſter dicit, εὐφημεῖ καὶ πόντος. *Anna Fabri.*

V. 19. Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου] Lycoreus dicitur a Lycorea vico juxta Delphos: cujus meminit præter Strabonem lib. 9. etiam Stephan. περὶ πόλεων. Quia vicus eſt vicinus Delphis, hinc accipiendum pro Δελφικοῦ.

Ibid. Λυκωρέος] ab Urbe quæ vocatur Λυκώρεια, ad pedem Parnaſſi: unde apud Lucianum Parnaſſus Λυκωρεύς, hodieque a Græcis incolis *Liacura* dicitur. Bene Schol. explicat Δελφικοῦ. *Anna Fabri.*

V. 20. Κινύρεται] metaphora ſumta a bobus, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὴν οὐρὰν ἐν τῷ μυκᾶσθαι. *Vulcanius.*

Ibid. αἴλινα] pro αἴλινον. Scholiaſtes Sophoclis, αἴλινον interpretatur εἶδος θρήνου. quod & confirmat Etymol. αἴλινον, inquiens, ἐπὶ θρήνου τίθεται. ſed locum Sophoclis apponam ex Aiace flagell. αἴλινον, αἴλινον οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἥσει δύσμορος. ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς θρηνήσει. Optime itaque Sophocles ipſe explicat αἴλινον non eſſe moderatam aliquam lamentationem, ſed cum magno ejulatu conjunctam. *Vulcanius.*

Ibid. αἴλινα] eſt adverbium. Sic Moſchus Idyll. 3. v. 1. αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, quanquam aliter Vulcanius. *Anna Fabri.*

V. 21. Ὀππότ' ἰὴ παιῆον] Si verum eſt quod de hujus acclamationis origine traditur, altera ſcriptura ſequenda fuerit, ἵη, mutato & ſpiritu & accentu: ut ſit ἵη pro ἀφίη. quamvis alioqui potius

 dica-

Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος,
Ὅς τις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται,
Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.
Ἱὴ, ἱὴ φθέγγεσθε· κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν.
Ὃς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο.
Ὃς τις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.
Τὸν χορὸν ὡ' πόλλων, ὅτι οἱ κατὰ θυμὸν ἀείδει,
Τιμήσει. δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διῒ δεξιὸς ἧσται.
Οὐδ' ὁ χορὸς μετὰ Φοῖβον ἐφ' ἓν μόνον ἦμαρ ἀείσει·
Ἔστι γὰρ εὔυμνος· τίς ἂν οὐ ῥέα Φοῖβον ἀείδοι;
Χρύσεα τὠ' πόλλωνι, τό, τ' ἐνδυτὸν, ἥ τ' ἐπιπορπὶς,
Ἥ τε λύρη, τό, τ' ἄεμμα τὸ Λύκτιον, ἥ τε φαρέτρη·
Χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα. πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων,
Καὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ἀναβάλλεται] ἀναπίθεται. Βασιλῆϊ] Τῷ Πτολεμαίῳ τῷ Εὐεργέτῃ. Διὰ δὲ τὸ φιλολόγον αὐτὸν εἶναι, ὡς θεὸν τιμᾷ. Τό, τ' ἐνδυτὸν, ἥ τ' ἐπιπορπὶς] Ἐνδυτὸν, τὸ ἱμάτιον· Ἐπιπορπὶς δὲ, ἡ περόνη. Τό, τ' ἄεμμα] ἡ νευρά· παρὰ τὸ ἑκατέρωθεν δεδέσθαι. Λύκτος δ' ἐστὶ πόλις Κρήτης.

dicatur ἄφιει & ἵει. ſicut verſu 103 legitur ἵει βέλος. Et tamen apud Athenæum narrantem ex Clearcho hanc hiſtoriam, ſcriptum eſt in vulg. edit. ἵε, non ἵει. quin etiam ἴε tenui ſpiritu. ſed ad ſpiritum quidem quod attinet, mendum ibi eſſe oſtendit compoſitum verbum ἄφιει, quo ſimplex illud ab eodem exponitur. Atque ita tres imperativi formæ fuerint, ἵει, ἵει, & ἵε, quarum ultimam minus quis tueri quam præcedentes poſſit. Illa tamen lectio ἵει reperitur itidem non ſolum paulo poſt, ver. 25, ſed etiam in ver. 103. & quidem ſequente ἵει. *Stephanus.*

Ibid. ἱὴ ἱὴ παιῆον] Hujus Pæanis originem diſce ex Callimacho hoc ipſo hymno verſ. 100. & ſequentibus. *Vulcanius.*

V. 22. Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις] Hunc verſum Propertius imitatus eſt Eleg. 8. lib. 3.

Et Niobes lacrimas ſupprimat ipſe lapis. Anna Fabri.

V. 23. Ἐνὶ Φρυγίῃ] Sic Anacreon,

Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη
Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις.

Sed quomodo ἐνὶ Φρυγίῃ, ſi in Sipylo monte? Nempe antiqui fines Phrygiæ dilatiores habebant, & in illa Sipylum dinumerabant. *Anna Fabri.*

V. 24. Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς] Sic explica cum verſu ſuperiori, διερὸς λίθος.

Sed & lacrymoſum differt dolores ſaxum,
Qui in Phrygia humidus lapis induruit,
Lapis *ille*, pro muliere *Niobe* miſerabiliter hiante.
Io io reſonate: malum eſt cum diis contendere.
Qui contendit cum diis beatis, cum meo rege contenderit:
Qui cum meo rege, etiam cum Apolline contenderit.
Cœtum hunc Apollo, quum ex ſententia ejus cecinerit,
Honore afficiet. poteſt enim, quum a Jovis dextra ſit collocatus.
Atqui haud cœtus iſte Apollinem uno tantum die celebrabit:
Eſt enim laudum ubique plenus. quis non facile Phœbum laudarit?
Aurea *ſunt* Apollini & amictus, & fibula,
Et lyra, & arcus Lyctius, & pharetra:
Aurei *ſunt* etiam calcei. nam multo auro Phœbus

Et

θ@ ἐστήρικται μάρμαρον, *ſtetit lapis marmor*, ἀντὶ γυναικὸς χανούσης ὀϊζυρόν τι. *Anna Fabri.*

Ibid. ὀϊζυρόν τι χανούσης] Duobus modis exponi hoc participium poteſt: ut dicatur ὀϊζυρόν τι χανοῦσα Niobe in ſuis lamentationibus & ejulationibus, quum ſe orbatam omnibus filiis videret: vel verba nimium ſuperba loquuta, quæ illi ὀϊζὺν, id eſt, Infortunium attulerint, & quidem ex fortunatiſſima infortunatiſſimam reddiderint. Utrocunque autem modo intelligamus, certe elegantiſſimus hic verſus, & cum quovis alio in ſuo genere comparandus, Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης. *Stephanus.*

V. 29. Δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διῒ δεξιὸς ἧσται] Explicat mirifice quod in ſacris litteris, *ſedet ad dextram Dei Patris*: id poteſt, quia ſedet ad dextram Dei. Neſcio an in omnibus libris humanioribus ejuſmodi exemplum reperias; miror neminem adhuc animadvertiſſe. *Anna. Fabri.*

V. 31. Ἔστι γὰρ εὔυμνος] Totus hic pentameter Ovidianus, *In laudes ejus area magna patet*, ad interpretationem nominis hujus εὔυμνος poſſet adhiberi. (Ovidianum autem voco, quem facio ex iſto Ovidii,

Et patet in laudes area magna tuas)

Neque tamen εὔυμνος tam videtur ſonare *laudibus abundans*, quam *laudatu facilis*, qui facile laudari poteſt. Atque adeo ipſe Callimachus velut exponens hoc epithetum εὔυμν@, ſubjungit, τίς ἂν οὐ ῥέα ἀείδοι (quum antea paſſim legeretur ἀν' οὔρεα, id eſt, per montes, pro ἂν οὐ ῥέα, ut docui in illa mea editione heroicorum poetarum) Verum ab hac expoſitione non diſſentit altera, quum facile ſit eum laudare qui laudibus abundat, ita ut copioſa earum materia ſuppetat, ſive multa ad eum laudandum argumenta ſuppetant. Eſt autem ſumptum ex Homero hoc epithetum: apud quem in hymno ejus legitur. *Stephanus.* Hunc locum primum ſic emendaſſe potiſſimum Auratum didici ex nota viri docti, quam adſcripſerat editioni, quam mecum communicavit Cl. Francius.

V. 33. τό, τ' ἄμμα] Perperam a ſcho-

Καί τε πολυκτέανος. Πυθῶνί κε τεκμήραιο.
Καί κεν ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος· οὔποτε Φοίβου
Θηλείαις οὐδ᾽ ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.
Αἱ δὲ κόμαι θυόεντα πέδῳ λείβουσιν ἔλαια.
Οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι,
Ἀλλ᾽ αὐτὴν πανάκειαν. ἐν ἄστει δ᾽ ᾧ κεν ἐκεῖναι
Πρῶκες ἔραζε πέσωσιν, ἀκήρια πάντ᾽ ἐγένοντο.

Τέχνη

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Πυθῶνί κε τεκμήραιο] Ὅμηρος, Οὐδ᾽ ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει Φοίβου Ἀπόλλωνος, Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ. Θηλείαις] ἁπαλαῖς. Χνόος] Ψόφος. Ξυσμός. Λείβουσιν ἔλαια] Σημείωσαι ὅτι τὸ ἔλαια πληθυντικῶς παρ᾽ οὐδενὶ ἄλλῳ εὕρηται. Πανάκειαν] τὴν ἴασιν. Πρῶκες.] Δρόσοι. Σταγόνες. Ἀκήρια δὲ, ἀσθενῆ τὰ νοσήματα. ἢ μᾶλλον, ἄφθαρτα καὶ ἄνοσα πάντα γίνεται.

ſcholiaſte ἄειμμα exponitur ἀντυγὴ, quum ſignificet τὸ τόξον, id eſt, arcum. *Steph.*

V. 35. Πυθῶνί κε τεκμήραιο] Alludit ad ſtatuam ejus auream, & donaria in templum Delphicum ex toto terrarum orbe collata, de quibus videndus Pauſanias Phocicis. *Meurſius.*

Ibid. Πυθῶνί κε τεκμήραιο] Ex templo Delphico, ubi multæ congeſtæ erant divitiæ. Homer.

> Οὐδ᾽ ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
> Φοίβου Ἀπόλλωνος, Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ.

Vide & Hiſtoricos Græcos, Pauſaniam imprimis: vide & Ælianum. *Anna F.*

V. 37. Θηλείαις] Putavit ſcholiaſtes θηλείαις dici de genis Phœbi, ideoque non intellexit *fæmineis*, ſed *mollibus*. exponit enim ἁπαλαῖς. Sic autem exponendo neceſſe fuerit οὐδ᾽ ὅσον ſignificare *ne tantillum quidem*, ut apud Apoll. Rhodium. perinde ac ſi quis dicat, ὁ Φοῖβος οὐδ᾽ ὀλίγον χνοᾷ τὰς ἁπαλὰς παρειάς. ut Lucianus dixit, ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον χνοῶντα τὰς παρειάς. *Stephanus.*

Ibid. ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς] Quum χνόος ſit lanugo, (unde χνοάειν apud Apollonium) depravatum eſſe dicamus neceſſe eſt illum Scholiaſtæ locum in quo nomini χνόος appoſita ſunt hæc duo, ψόφος & ξυσμὸς, tanquam ad illud exponendum. *Stephanus.*

Ibid. Θηλείαις οὐδ᾽ ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς] Imberbem Apollinem facit. recteque Scholiaſtes θηλείαις, cum παρειαῖς conjungens, interpretatur ἁπαλαῖς, hoc eſt, teneris, mollibus, hoc eſt, lævibus: tametſi Lucianus auctor eſt quoſdam Aſſyriorum Apollinem barbatum effeciſſe, ceteroſque qui eum imberbem repræſentarent, vituperaſſe, perinde atque juvenilis forma aliquod imperfectionis argumentum ſit, quæ procul a diis amovenda. Porro χνόον ſignificare primam malarum lanuginem, quam aliter Græci ἴουλον vocant, nemo neſcit. pleonaſmo enim literæ ν, dicitur χνοῦς a χοῦς & hoc a χόος quod ſit a χέω. Apollonius, νέον χνοάοντα παρειάς. quod vero Scholiaſtes habet: Χνόος] Ψόφος. id ego ex Heſychio ita legendum arbitror: Χνόος ὁ χνοῦς τοῦ γενείου ἀρξαμένου. χνόος, ξυσμὸς, ψόφος. nam & paulo ante interpretatus erat Heſychius χνόην, τὸν ποδῶν ψόφον. Caſtigabo etiam obiter Suidæ locum apud quem ita legitur, χνοῦς, χοᾶ, χοῦς μέτρον ἀττικόν. quod ita reponendum cenſuerim. χνοῦς, χοῦς. deinde χοᾶ μέτρον ἀττικόν, &c. *Vulc.*

Ibid. Θηλείαις οὐδ᾽ ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρ.] Interpretis ſupinitatem non poſſum non demirari; vertere enim debuerat;

Et omnium rerum copia affluit. *id quod* ex Delphis colligas.
Quin etiam ſemper formoſus, & ſemper juvenis *eſt*. nunquam Phœbi
Teneris ne tantillum quidem lanuginis increvit genis.
Capilli vero odoriferis in terram ſtillant oleis.
Non adipe crines Apollinis ſtillant,
Sed ipſa panacea. In urbe autem quacunque illæ
Guttæ in terram deciderint, omnia incolumia redduntur.

Arte

buerat: *nunquam Phœbi juvenilibus, ne tantillulum quidem, lanugo increſcit malis.* Anna Fabri.

Ibid. Θηλείαις οὐδ᾽ ὅσσον ἐπὶ χνόος] Vides hunc interpretum errorem jam Stephanum & Vulcanium caſtigaſſe. Hoelzlinus in notis ſuis ad Apollonium dicit in Scholiaſte, (χνῦς eſt ψόφος) pro ψόφος legendum eſſe πόκος, vellus aut lanugo genarum.

V. 40. Πανάκειαν] Πανάκεια eſt herba quædam, ita dicta quod omnibus morbis mederetur: unde potens dicitur a Lucano. lib. ix.

Et panacea potens, & Theſſala centaurea.

Tribuit autem Apollini panaceam, quia medicinæ inventor putabatur. Sic Callimachus noſter paullo poſt:

-- ἐκ δέ τε Φοίβου
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο. *Meurſius.*

Ibid. πανάκειαν] Apud Scriptores eſt herba: ſed hic non eſt. dicit enim vel minimam guttulam, quæ a capite Apollinis defluxerit, quocumque cadat, ſalutem afferre. *Anna Fabri.*

V. 41. πρῶκες ἔραζε πέσωσιν] Recte Scholiaſtes interpretatur δρόσοι. Sunt enim πρῶκες proprie guttæ roris παρὰ τὸ πρωὶ πίμπτεσθαι. *Vulcanius.*

Ibid. ἀκήρια] Quum, poſtquam dixit comas vel ex comis Apollinis ſtillare ipſam panaceam, addat, omnia fieri ἀκήρια in ea urbe in cujus ſolum illas decidere contigerit, rationi conſentaneum eſt ut ἀκήρια non pro immortalia, ſed pro ſalva & incolumia, ſive morborum expertia, accipiamus. Apud Scholiaſtem autem prior vocis hujus expoſitio depravata eſt. *Stephanus.*

Ibid. Ἀκήριος compoſitum ex α & κῆρ quod contractum eſt pro κέαρ i. e. corde carens, exanimis, ut in iſtis Homeri Iliad. *ε*.

ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι

& Iliad. λ.

-- καὶ ἀκήριον αἶψα τίθησιν.

& Iliad. ν.

οὔτε τινὰ δέος ἴσχει ἀκήριον.

vel componitur ex α, & κὴρ i. e. fatum, immortalis, fato non obnoxius, ut h. l. Callimachus, & Phocylides:

Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.

Nicander poſuit etiam activa ſignificatione, pro non exitialis, non letifer. *Meurſius.*

Ibid. ἀκήρια πάντ᾽ ἐγένοντο] Stephanus ἀκήρια non *immortalia* explicat, ſed *ſalva* & *incolumia*, ſeu *morborum expertia*; & addit apud Scholiaſten priorem hujus vocis expoſitionem depravatam eſſe, ubi ſic legitur, ἀκήρια, ἀσθενῆ τὰ νοσήματα. Ego vero (ſi hoc etiam feminæ ſit conceſſum) legendum crederem, ἀβλαβῆ τὰ νοσήματα; & ut hanc reſtitutionem Stephani expoſitio, ſic illius expoſitionem reſtitutio hæc firmat. Judicent eruditi. Sed antequam hinc abeam, hoc quoque addam, hanc vocem eſſe in earum numero quæ contraria ſignificant; nam *incorrupta* & *imbecillia* ſignificat. *Anna Fabri.*

V. 42. Ἀμφιλαφὴς] Horat. de Maximo:

Centum puer artium. Anna Fabri.

Ibid. Τέχνη δ᾽ ἀμφιλαφὴς] Heſychius ἀμφιλαφὲς exponit πολὺ, δαψιλές. &

apud

Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔ τις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων.
Κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν·
Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή.
Κείνου δὲ θριαί, καὶ μάντιες· ἐκ δέ νυ Φοίβου
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.
Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν, ἐξ ἔτι κείνου
Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους,
Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.
Ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶγες
Δεύοιντο βρεφέων ἐπιμηλάδες, ᾗσιν Ἀπόλλων
Βοσκομένῃς ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν. οὐδ' ἀγάλακτοι

Οἴες,

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ἀμφιλαφὴς] Ἔστι γὰρ τοξότης, ἀοιδὸς, μάντις, ἰατρὸς, ποιμήν. Κείνου δὲ θριαὶ] Μαντικαὶ ψῆφοι εἰσὶν αἱ θριαί. λέγεται δὲ αὐτὰς εὑρῆσθαι ὑπό τινων τελῶν νυμφῶν. διὰ τοῦτο καὶ θρεαὶ ὠνομάσθησαν, οἱονεὶ τρεαί. Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ] Ἀμφρυσσὸν οἱ μὲν ποταμὸν Θεσσαλίας, οἱ δὲ πόλιν. Ζευγήτιδας δὲ, τὰς ὑπὸ ζυγὸν ἀγομένας. Ἠϊθέου] Ἀγάμου. Ἀπαιδος. Βουβόσιον] Ὁ τόπος ἔνθα οἱ βόες νέμονται. τὸ δὲ Ἐπιμηλάδες, ἀντὶ τοῦ αἱ μετὰ τῶν μήλων νεμόμεναι. καὶ γὰρ καὶ τὰς αἶγας μῆλα λέγουσιν. ὡς Ὅμηρος ἐπεξηγεῖται, Μῆλ' ὄϊές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον. Εἰ δὲ Μενεμηλάδες γράφεται, ἀντὶ τοῦ θήλειαι ἐστίν.

apud Herodian. ἀμφιλαφῆ κλήματα ſunt ampla, ingentia prædia.

V. 43. Κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδήν] V. C. Joſeph. Scaliger in illud Propertii,

Bella ſatis cecini, citharam jam poſcit Apollo,

ita legit, Φοῖβος ὀϊστευτὴν ἔλαχεν βία, Φοῖβος ἀοιδήν. *Vulcanius.*

V. 45. Κείνου δὲ θριαί] θριαί, ut annotat Scholiaſtes, ſunt tres calculi vaticinatorii, qui a tribus Nymphis filiabus Jovis inventi fuerunt. quæ illos Palladi dederunt. hæc vero, cum incuſaretur quod alienum munus invaderet (vaticinatio enim eſt Apollinis) calculos in campum Thriaſium abjecit. Hinc & vaticinari θριᾶσθαι dicitur. & Heſychius interpretatur θριάζειν, ἐνθουσιᾶν. *Vulcanius.*

Ibid. Κείνου δὲ θριαί] θριαὶ ſunt lapilli. Cæterum, quod dicit Schol. eſſe pro τριαὶ, quod a tribus Nymphis inventi ſint, commentum credo, quo facilius cereæ puerorum mentes hiſce fabellis imbuerentur. *Anna Fabri.*

Ibid. Φοίβου] Φοῖβος eſt purus, interdum μαντικός, ut apud Homer. Φοῖβος Ἀπόλλων. Id imitati Latini poëtæ dixerunt *Phœbus Apollo.* Alii id cognomen eſſe volunt ab avia Phœbe. hinc Φοιβόληπτος, Phœbi numine afflatus, pro quo Φοιβόλαμπτος Ionice dicitur apud Herodotum. *Meurſius.*

V. 46.

Arte præterea nemo tam varia *eſt præditus* quam Apollo.
Ille ſagittatorem ſortitus eſt virum, ille poëtam.
Phœbo enim & ſagitta curæ eſt & carmen.
Illius etiam *ſunt* ſortes, & vates. Ex Phœbo item
Medici didicerunt prolationem mortis.
Phœbum etiam Nomium cognominamus,
ex illo *tempore*
Ex quo juxta Amphryſum jugales pavit equas,
Impuberis amore inflammatus Admeti.
Facile equidem paſcuum ſit plenum, neque capræ
Egeant hœdis admixtæ ovibus, in quas Apollo
Paſcentes oculum conjecerit: neque ſine lacte
Oves

V. 46. ἀνάβλησιν θανάτοιο] Id eſt, artem remorandi mortem, ſive poſſe mortem remorari, vel morari. Quum enim eos tandem invadat a quibus illam aliquando depulerint, ſeu averterint, merito dicuntur duntaxat moram ei afferre, ſive ejus adventum retardare. *Stephanus.*

V. 47. ἐξ ἔτι κείνου Ἐξότ'] Nota tot ſimul particulas tanta arte junctas. neſcio, an apud Homerum reperias. non credo. viderint quibus hæc Deus otia fecit. Hoc imitantur Latini cum dicunt, *jam uſque ab eo tempore cum*, &c. *Anna Fabri.*

V. 50. οὐδέ κεν αἶγες Δεύοιντο] In eundem ſenſum Theocritus idyll. 25. canit:

Ἠέλιος δ' ᾧ παιδὶ τόδ' ἔξοχον ὤπασε δῶρον,
Ἀφνειὸν μήλοισι περὶ πάντων ἔμμεναι ἀνδρῶν.
Καί ῥά οἱ αὐτὸς ὄφελλε διαμπερέως βοτὰ πάντα
Ἐς τέλος. οὐ μὲν γάρ τις ἐπήλυθε νοῦσος ἐκείνοις
Βουκολίοις, αἵ τ' ἔργα καταφθείρουσι νομήων.
Αἰεὶ δὲ πλέονες κερααὶ βόες, αἰεὶ ἀμείνους
Ἐξ ἔτεος γείνοντο μάλ' εἰς ἔτος. ἦ γὰρ ἅπασαι
Ζωοτόκοι τ' ἦσαν περιώσια θηλυτόκοι τε.

Sol vero filio ſuo eximium hoc donum præbuit,
Ut divitiis pecuariis præcelleret omnibus hominibus.
Et quidem ipſe continue augebat illi armenta omnia
Perpetuo. nam nullus morbus illa invadebat
Armenta, qui morbi corrumpunt paſtorum labores.
Semper itaque plures cornuta boves, ſemper meliores
In annos ſingulos naſcebantur. certe enim omnes
Fœcunda erant, eximie vivos fœtus & fœmellas parientes.

V. 51. Ἐπιμηλάδες] Eſt in diverſa lectione μετεμηλάδες, & Schol. explicat θηλείας. neſcio an bene. Patrem meum aliquoties dubitantem vidi an legendum eſſet νεμεμηλάδες, quaſi quæ permiſtæ ovibus plerumque paſcantur. & hanc lectionem ad oram codicis ſui ſcripſerat. Locum huic conjecturæ dederat Scholiaſtæ expoſitio, ἀντὶ τοῦ, αἱ μετὰ τῶν μήλων νεμόμεναι *Anna Fabri.*

V. 52. ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν] Eadem ſignificatione qua Latini dicunt *adjicere oculum alicui.* quod ipſum Callimachus aliis verbis hymno in Dianam verſ. 124. explicat:

Οὐς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσεαι. *Vulcanius.*

Ibid. ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν] *placido lumine viderit.* Horatius. *Anna Fabri.*

V. 52. οὐδ' ἀγάλακτοι Οἶες, &c.] quæ hic fuſe, hymno in Dianam verſ. 130.

Οἴες, οὐδ' ἄκυθοι, πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι.
Η δέ κε μουνοτόκος, διδυματόκος αἶψα γένοιτο.
Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι πόλιας διεμετρήσαντο
Ανθρωποι. Φοῖβος γὰρ ἀεὶ πολίεσσι φιληδεῖ
Κτιζομένῃσ', αὐτὸς δὲ θεμείλια Φοῖβος ὑφαίνει.
Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε
Καλῇ ἐν Ορτυγίῃ περιηγέος ἐγγύθι λίμνης.
Αρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Απόλλων.
Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Εκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.
Ωδ' ἔμαθεν τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἐγείρειν.
Φοῖβος καὶ βαθύγειον ἐμὴν πόλιν ἔφρασε Βάττῳ·
Καὶ Λιβύην ἐσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ

Δεξιὸς

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ακυθοι] Αγονοι. κύθος γὰρ τὸ κύημα. Καλῇ ἐν Ορτυγίῃ περιηγέος] Κυκλοτεροῦς. οὕτω γὰρ στρογγύλη λίμνη ἐν Ορτυγίᾳ καλεῖται. Ορτυγία δὲ ἡ Δῆλος, ἀπὸ τοῦ τὴν Λητώ, εἰς ὄρτυγα μεταβληθεῖσαν, εἰς τὴν Δῆλον ἐλθεῖν, φεύγουσαν τὴν Ηραν. Κυνθιάδων] Κύνθος, ὄρος τῆς Δήλου. Εφρασε Βάττῳ] Λέγεται, ὅτι οὗτος ὁ Βάττος ἄφωνος ἦν. ἀπῆλθεν οὖν εἰς τὸ τοῦ Απόλλωνος ἱερὸν, ἐπὶ τῷ τὸν θεὸν ἐρωτῆσαι περὶ τῆς φωνῆς. ὁ δὲ ἔχρησεν αὐτῷ οὐκέτι περὶ φωνῆς, ἀλλὰ περὶ μετοικίας. καὶ ὁ Βάττος πεισθεὶς τῷ χρησμῷ, ἦλθεν εἰς τὴν Λιβύην. λέγεται δὲ εἶναι πολλοὺς λέοντας ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ. ἐπιδημήσας οὖν ὁ Βάττος, καὶ λέοντα αἰφνιδίως θεασάμενος, τῇ τοῦ φόβου ἀνάγκῃ βιασθεὶς φθέγξασθαι, διέρρηξε τὴν φλέβα ἥτις τὴν ἐκείνου φωνὴν ἐπεῖχε· καὶ οὕτω φωνήεις ἐγένετο, καὶ τὴν Κυρήνην ἔκτισεν, ὅθεν ἐστὶν ὁ Καλλίμαχος. Κόραξ ἡγήσατο] Ως ἀνακείμενος τῷ Απόλλωνι ὁ κόραξ.

Callim. ſuccinctè dicit,
εὖ δὲ γενέθλην
Τετρακίδων, εὖ δ' ὄλβον ἀέξειν.
Vulcanius.

V. 53. ὕπαρνοι] Proprie Latini dicerent, *ita ut agnos ſubrumos habeant.* Anna Fabri.
V. 54. διδυματόκος αἶψα γένοιτο]

Ut

Oves, neque infœcundæ *fuerint*, ſed omnes ſub ſe agnum habuerint:
Et quæ unipara *erit*, gemellipara repente fuerit.
Phœbum inſuper qui ſequuntur, illi civitates dimetiri ſolent
Homines. Phœbus enim ſemper civitates gaudet
Condi, & ipſe fundamenta *earum* Phœbus ponit.
Quadrimus *adhuc* prima fundamenta Phœbus jecit
In pulcra Ortygia rotundam prope paludem.
Diana venata capita aſſidue caprearum
Cynthiadum afferebat, ipſe vero compingebat aram Apollo
Conſtruxit quidem cornibus fundamenta, compegitque aram
Ex cornibus: cornua vero undique oppoſuit parietibus.
Sic didicit prima fundamenta Phœbus jacere.
Phœbus etiam fœcundam meam civitatem oſtendit Batto:
Et Libyam ingredienti corvus præivit populo

Auſpi-

Ut ſtet verſus, ſcribendum eſt διδυματόκος. *Stephanus.*

Ibid. διδυμοτόκος] Optime Stephanus, qui legit διδυματόκος, ut ſtet verſus. *Anna Fabri.*

V. 55. Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι] *ſequuti oracula Phœbi. Virg.* Anna Fabri.

Ibid. πόλιας διεμετρήσαντο] Juſtinus de Athenienſibus in Apollinem ingratis lib. 8. *Immemores prorſus, quod illo duce tot bella victores laierant, tot urbes auſpicato condiderant.* Vide qui de modo condendarum urbium ſcripſere. *A. Fabri.*

Ibid. διεμετρήσαντο.] verte aut *dimetientur*, aut *dimetiri ſolent*. Hanc enim vim habere ἀοριστοῦ notum eſt.

V. 56. πολίεσσι φιληδεῖ κτιζομέναις] Verte: *urbes gaudet condi.* Græci enim participiis ſolent uti pro infinitivis, ut pater ad Heſiodum oſtendit.

V. 58. τὰ πρῶτα θεμείλια] Vel ταπρῶτα una voce, adverbialiter, ut dicat Phœbum fuiſſe duntaxat quadrimum, quo primum tempore fundamenta jecit. Idem autem dicendum fuerit & in verſu 64. *Stephanus.*

V. 59. περιηγέος] Vide notata ad Hymnum 4. v. 26. τροχόεσσα λίμνη. *A. Fabri.*

V. 60. Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα] In eadem ſententia eſt Apollonius lib. 2. cum ait Apollini ædificatam fuiſſe aram ἐκ τῶν χερμάδων, h. e. λίθων μικρῶν.

Ὡς ἄρ' ἔφη. καί τοι ἄφαρ βωμὸν τετύκοντο
Χερμάσιν, οἱ δ' ἀνὰ νῆσον ἐδίνεον ἐξερέοντες,

& quæ ſequuntur. *Robertel.* De hac ara vide Politiani Miſcellanea cap. 52.

V. 61. ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων] Huc refer Martialis locum,

Cornibus ara frequens. Anna Fabri.

V. 63. πέριξ] Nunquam eſt præpoſitio, ſemper adverbium. *Anna Fabri.*

V. 64. ἐγείρειν] Eadem forma dixere Latini, *excitare muros, excitare urbem*, &c. *Anna Fabri.*

V. 65. Φοῖβος καὶ βαθύγειον] Ariſtophanes in Pluto καὶ τὸ Βάττου σίλφιον, ubi habetur in Scholiis, Βάττος Κυρήνην ἔκτισεν ἀπὸ Θήρας τῆς κατὰ Κρήτην νήσου. βαθύγειον vocat, quia fœcunda eſt.

V. 66. κόραξ ἡγήσατο λαῷ] Strabo neſcio quid ſimile narrat de corvis, qui duces fuerunt Alexandro redeunti ex oraculo Hammonis. Idem & Q. Curtius his verbis: *Jam haud procul oraculi ſede aberant, cum complures corvi agmini occurrant,*

Δεξιὸς οἰκιστήρ· καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν
Ημετέροις βασιλεῦσιν· ἀεὶ δ' εὔορκος Απόλλων.
Ω῎πολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι,
Πολλοὶ δὲ Κλάριον· (πάντη δέ τοι οὔνομα πουλὺ)
Αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον· ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω.
Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἕδεθλον,
Δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνη.
Εκ μέν σε Σπάρτης ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο
Ηγαγε Θηραίην ἐς ἀπόκτισιν· ἐκ δέ σε Θήρης
Οὖλος Αριστοτέλης Ασβυστίδι πάρθετο γαίῃ.
Δεῖμε δέ τοι μάλα καλὸν ἀνάκτορον· ἐν δὲ πόληϊ
Θῆκε τελεσφορίην ἐπετήσιον, ᾗ ἔνι πολλοὶ

Υστάτιον

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ημετέροις βασιλεῦσι] Τῷ Πτολεμαίῳ. Βοηδρόμιον καλέουσι] Πολέμου ἐπελθόντος τοῖς Αθηναίοις, ἔχρησεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, μετὰ βοῆς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ, τοῦτο ποιήσαντες, ἐνίκησαν. ὅθεν Βοηδρόμιος Απόλλων Καρνεῖον] Απὸ Κάρνου τοῦ μάντεως, τοῦ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Αλήτου, ὃς ἦν τῶν Ηρακλειδῶν. ὀργισθεὶς οὖν Απόλλων λοιμὸν ἐνέβαλεν. Εκτον γένος Οἰδιπόδαο] Οἰδίπους, οὗ Πολυνείκης, οὗ Θέρσανδρος, οὗ Αὐτεσίων, οὗ Τισαμενὸς, οὗ Θηρᾶς. ὃς ἀπῴκησεν εἰς Θήραν τὴν νῆσον, τὴν νῦν οὕτω κληθεῖσαν. Οὖλος Αριστοτέλης] Ο αὐτὸς καὶ Βάττος λέγεται. Οὖλος δὲ, ὁ ὑγιὴς, ὡς παρὰ τὴν φωνήν. καὶ γὰρ ὁ δοθεὶς αὐτῷ χρησμὸς τοῦτο παρεμφαίνει, Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες. ἄναξ δέ σε Φοῖβος ἀνώγει Ες Λιβύην ἐλθεῖν μηλοτρόφον οἰκιστῆρα. Ασβυστίδα δὲ, τὴν λευκὴν λέγει, παρὰ τὴν ἄσβεστον. τοιαύτη γὰρ ἡ Λιβύη λευκόγειος. Τελεσφορίην] Εορτήν. Θυσίαν.

currant, modico volatu prima ſigna antecedentes, & modo humi reſidebant, cum lentius agmen incederet, modo ſe pennis levabant, antecedentium iterque monſtrantium ritu. Plutarch. quoque: Κόρακες ἐκφανέντες ὑπελάμβανον τὴν ἡγεμονίαν τῆς πορείας. ἑπομένων μὲν ἔμπροσθε πετόμενοι, καὶ σπεύδοντες, ὑστερούντας δὲ καὶ βραδύνοντας ἀναμένοντες· ὃ δὲ ἦν θαυμασιώτατον, ὡς Καλλισθένης φησὶ, ταῖς φωναῖς ἀνακαλούμενοι τοὺς πλανωμένους νύκτωρ, καὶ κλάζοντες εἰς ἴχνος καθιστάντες τῆς πορείας. *Robortel.*

V. 71. Καρνεῖον] Apollo dictus eſt Καρνεῖος, vel a cornibus, vel a Carno vate interfecto. Unde etiam feſta in ejus honorem inſtituta, Καρνεῖα dicta. Habebant autem feſta hæc militiæ imitationem; quippe loca erant numero novem, σκιάδες appellata, τόποι σκηναῖς ἔχοντες παραπλήσιόν τι, in quorum ſingulis viri novem ad mandatum publicum per præconem denunciatum, cœnabant

dies

Auſpicatus coloniæ ductor : & juravit ſe mœnia daturum
Noſtris regibus: & ſemper ſtat jurejurando Apollo.
O Apollo, multi te Boëdromium appellitant,
Multi etiam Clarium (undique enim nomen tibi multiplex)
Sed ego Carneum. mea in patria ſic vocatur.
Sparta tibi, Carnee, prima *fuit* ſedes:
Altera dein There: tertia vero, urbs Cyrenæ.
Te quidem e Sparta ſeptimus in familia OEdipi
Adduxit in Theræam coloniam: e Thera autem
Sanus Ariſtoteles Asbyſtidi invexit terræ:
Conſtruxitque tibi admodum elegans templum , inque civitate
Inſtituit feſtivitatem anniverſariam , in qua multi

Supine

diea continuos novem , quibus feſtum terminabatur. Sed vide Meurſii Græciam feriatam in voce Καρνεῖα. Ibi plura. *Anna Fabri.*

Ibid. ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω] Subaudi καλεῖν σε, *ſic mihi patrium eſt te vocare.* id eſt, *ſic mihi patrio more vocandus es.* Stephanus.

Ibid. πατρώϊον] τὸ Καρνεῖον vox eſt Dorica, cum feſtum illud Spartæ inſtitutum ſit; ſed ex Sparta , Thera; ex Thera , Cyrene. Magna autem apud Cyrenæos Carneorum celebritas erat : unde & pueri, qui hiſce diebus feſtis naſcebantur, plerumque Carneadæ dicebantur : quod prodit Plutarchus VIII. Sympoſ. Dicebantur autem & καρνεῖα & κάρνεα. Theocrit. *Anna Fabri.*

V. 72. Σπάρτηνδε, Καρνεῖε] Macrobius allegorice exponit , & καρνεῖον dictum refert, ὅτι καιόμενος ὁρᾶται νέος. quod, quum omnia ardentia conſumantur, hic ſuo calore candens, ſemper novus exiſtat. Illuſtriſſimus Huetius in demonſtratione Euangelica non aſſentitur hic Macrobio, neque Scholiaſti Callimachi, ſed putat Apollinem καρνεῖον dici a voce Ebraica קרן quæ cornu ſignificat.

V. 73. τέτρατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης] Corripuit primam ut Catullus:

Laſerpiciferis jacet Cyrenis. alii producunt. *Vulcanius.*

V. 74. ἕκτον γένος] Theram οἰκιστῆρα intelligit. Apud Scholiaſtem generia ſeries ſic ſe habet: *Oedipus qui ſuſtulit Polynicem, qui Therſandrum , qui Anteſiona , qui Tiſamenon , qui Theram.* Anna Fabri.

V. 75. ἀπένκτισεν] Scio quidem fieri poſſe τὸ ἀπόκλισιν , ſi ab ἀποκλίζω deflectas: quod tamen nullibi ſe vidiſſe ajebat pater meus amantiſſimus , & legere ſolebat ἀπώκισεν, de quo judicent eruditi. *Anna Fabri.*

V. 76. Ἀσβυστίδι] λευκῇ , ut cenſet Schol. & id παρὰ τὴν ἄσβεστον, *calcem vivam* : verum qui Ethnica ſcripſit, hæc habet: Ἀσβύστα, πόλις Λιβύης, adducitque locum Callimachi ex primo αἰτιῶν. Herodotus , Dionyſius, & Euſtathius, populos eſſe dicunt ſupra Cyrenen: Callimachus ad Tritonem fluvium eos ſtatuit. Ad confirmandam autem Scholiaſtæ ſententiam faciet forſan Pindari locus , qui legitur Od. 4. Pythiorum; ibi enim Cyrenes territorium vocat ἀργινόεντα μαστὸν, *album uber terræ* : ſed hoc non tanti eſt. *Anna Fabri.*

Ibid. Ἀσβυστίς] eſt regio in qua habitabant Ἀσβύσται , quid & Aſbytæ dicebantur. vicini erant Cyrenenſibus. imo Callimachus hic in Aſbyſtide ponit Cyrenenſes. Vide Salmaſ. Exercitat.

Plinian.

Ὑστάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον, ὦ ἄνα, ταῦροι.
Ἰὴ ἰὴ, Καρνεῖε πολύλλιτε, σεῖο δὲ βωμοὶ
Ἄνθεα μὲν φορέουσιν ἐν εἴαρι, τόσσα περ ὧραι
Ποικίλ' ἀγινεῦσι ζεφύρου πνείοντος ἐέρσην,
Χείματι δὲ κρόκον ἡδύν. ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ,
Οὐδέ ποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη.
Ἦρ' ἐχάρη μέγα Φοῖβος, ὅτε ζωστῆρες Ἐνυοῦς
Ἀνέρες ὠρχήσαντο μετὰ ξανθῇσι Λιβύσσης,
Τέθμιαι εὖτέ σφιν Καρνειάδες ἤλυθον ὧραι.
Οἱ δ' οὔπω πηγῆς Κύρης ἐδύναντο πελάσσαι
Δωριέες, πυκινὴν δὲ νάπαις Ἄζιλιν ἔναιον.
Τοὺς μὲν ἄναξ ἴδεν αὐτὸς, ἑῇ δ' ἐπεδείξατο νύμφῃ
Στὰς ἐπὶ Μυρτούσης κερατώδεος· ἧχι λέοντα

Ὑψηῒς

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Κρόκον] Κρόκος, τὸ ἄνθος. παρὰ τὸ ἐν κρύει θάλλειν. Ζωστῆρες περιφραστικῶς, οἱ πολεμικοί. Ὠρχήσαντο μετὰ ξανθῇσι] Ὡς ἐπιτελουμένων ἐν τῇ Λιβύῃ ἑορτὴν Καρνείῳ Ἀπόλλωνι. Τέθμιαι] Νόμιμοι. Κύρης] Κρήνη ἐν Κυρήνῃ. Δωριέας δὲ, τοὺς Ἡρακλείδας λέγει, τοὺς ἀπὸ Σπάρτης μετοικήσαντας εἰς Θήραν, καὶ ἀπὸ Θήρας εἰς Κυρήνην. Ἄζιλιν] Ὄρος καὶ ποταμὸς Λιβύης. Τοὺς μὲν ἄναξ] Ἤγουν ὁ Ἀπόλλων. Στὰς ἐπὶ Μυρτούσης κερατώδεος] Μύρτουσα, ὄρος Λιβύης. Κερατώδεος δὲ, τῆς κέρατα ἐχούσης, ἤτοι ἀκρωρείας. φαίνεται δὲ ἡ Κυρήνη φονεύσασα ἐν τῇ Λιβύῃ λέοντά τινα, βλάπτοντα τὰς βοῦς τοῦ Εὐρυπύλου. ἦν δὲ αὕτη κυνηγέτις, θυγάτηρ Ὑψέως.

Plinian. ad cap. 28. Solini.

V. 77. ἀνάκτορον] Proprie, ut ajunt, Dioſcurorum templum eſt; ſed cenſeo communiter de cujuſlibet Dei templo dici debere. Nam Dii ſimpliciter ἄνακτες dicebantur, & ſupra Hymno primo v. 8. ὦ ἄνα, *o Rex*, id eſt, *o Deus*: infrà v. 90. ἄναξ eſt *Apollo*. Anna Fabri.

V. 78. Θῆκε τελεσφορίην ἐπέτησιον] Feſtum quoque anniverſarium Apollini Carneo inſtitutum dicit poeta, Κάρνεια innuens. nam hoc feſto iſti nomen erat. Iſtud Spartæ primum inſtitutum Olymp. xxvi. ut docet Athenæus lib. xiv. Celebrari autem incipiebat die ſeptimo menſis inde Carnei dicti, ut videre eſt apud Plutarch. Sympoſ. lib. viii. Problem. 1. erat autem ineunte hyeme, ut obſervare licet apud Thucydidem lib. vi. *Meurſius.*

V. 79. Ὑστάτιον] Non debet jungi ὑστάτιον cum ἰσχίον. ponitur enim adverbialiter, pro poſtremum. Nihil autem aliud totus hic verſus ſignificat, Ὑστάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον, ὦ ἄνα, ταῦροι, quam *Immolantur tauri*, *o rex*: ſed

ex

Supine procumbunt in coxendicem, ô Rex, tauri.
Io io Carnee, quem multis precibus venerantur, tuæ quidem aræ
Flores gerunt in vere, quotquot tempus
Pictos *tum* producit, zephyro inſpirante rorem,
Hyeme vero crocum ſuavem. & ſemper tibi perpetuus ignis *eſt*:
Neque unquam heſternum abſumit carbonem cinis.
Equidem lætatus eſt vehementer Apollo, quando cincti baltheis Bellonæ (*i. armati*)
Viri tripudiarunt cum flavis Libyſſis,
Solenne ubi ipſis Carneæ feſtivitatis adveniſſet tempus.
Sed tum nondum ad fontem Cyren poterant accedere
Οὔ μιν ἐπίκλητοι Καλυδωνίου ἀγρευτῆρες
Μέμφονται κάπροιο. τὰ γὰρ σημήϊα νίκης
Ἀρκαδίην εἰσῆλθεν, ἔχει δ' ἔτι θηρὸς ὀδόντας.
Οὐδὲ μὲν Ὑλαῖόν τε καὶ ἄφρονα Ῥοῖκον ἔολπα,
Οὐδέ περ ἐχθαίροντας, ἐν ἄϊδι μωμήσεσθαι
Τοξότιν· οὐ γάρ σφιν λαγόνες συνεπιψεύσονται,
Τάων Μαιναλίη νᾶεν φόνῳ ἀκρώρεια.
Πότνια, πουλυμέλαθρε, πολύπτολι, χαῖρε Χιτώνη,
Μιλήτῳ ἐπίδημε. σὲ γὰρ ποιήσατο Νηλεὺς
Ἡγεμόνην, ὅτε νηυσὶν ἀνήγετο Κεκροπίηθεν,
Χησιάς, Ἰμβρασίη, πρωτόθρονε· σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ,
Μείλιον ἀπλοΐης, ὅτε οἱ κατέδησας ἀήτας.

Τεύκρων

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ποδορρώην] Τὴν τοῖς ποσὶν ὀρνῦσαν καὶ ὁρμῶσαν. Οὐδὲ μὲν Ὑλαῖόν τε] Ὑλαῖος καὶ Ῥοῖκος κένταυροι περὶ Ἀρκαδίαν, οὓς ἀνεῖλεν Ἀταλάντη βιασαμένους αὐτήν. Τάων Μαιναλίη νᾶεν φόνῳ] Τῶν λαγόνων τῶν κενταύρων. Νᾶεν] Ἔσταξεν. ἔβρεξεν. ὅθεν καὶ νᾶμα, καὶ νασμός. Χησιὰς] Χήσιον, ἀκρωτήειον τοῦ Σάμου. καὶ Ἴμβρασος, ποταμὸς τοῦ Σάμου.

les, *illaſi* : ſignificat hic *nudi*. & vult Callimachus illis dextros humeros nudos fuiſſe, quemadmodum Amazonibus: non alibi, quod ſciam, reperies. Explicationem meam probant ſequentia, καὶ γυμνὸς παρεφαίνετο μαζὸς, quod fieri nequibat, ni item nudi fuiſſent humeri. *Anna Fabri.*

V. 216. Ἀρκασίδαο] Meminit hujus vocis Stephanus in *Arcadia*. Cæterum de duabus Atalantis, ne actum agam, adi Muretum ad Propert. Hæc Milanioni nupſit, non Hippomeni. *Anna Fabri.*

V. 218. Ἐπίκλητοι] Interpretes legunt ἐπίκλειτοι, cum vertant *celebres*, *illuſtres*. Anna Fabri.

V. 222. Μωμήσεσθαι] In Aldina editione corrupte legitur νωμήσασθαι, & in Froben. μωμήσασθαι. *Vulcanius.*

V. 226. Μιλήτῳ ἐπίδημε] QUI ES ALLEE DEMEURER A MILET. Nil aliud

Dextri, & nuda ſemper conſpiciebatur mamma.
Approbaſti etiam valde velocem pedibus Atalantam,
Filiam Iaſii Arcaſidæ, porci *Calydonii* interfectricem:
Eamque canibus venandi & jaculandi dexteritatem docuiſti.
Haud ipſam lecti Calydonii venatores
Reprehendunt apri. nam ſigna victoriæ
In Arcadiam pervenerunt: habetque etiamnum feræ dentes.
Neque ſane Hylæum & ſtultum Rhœcum crediderim,
Quantumvis infenſos *ei*, in inferno vituperaturos eſſe
Jaculatricem *Atalantam.* neque enim cum ipſis viſcera commentirentur,
Quorum Mænalius inundatus fuit ſanguine vertex.
Veneranda, quæ multas domos & multas urbes poſſides, ſalve Chitone:
Quæ Miletum habitas. Nam te Neleus fecit
Ducem, quando navibus advectus eſt e Cecropia,
Chefias, Imbraſia, primæ ſedis dea. Tibi etiam Agamemnon
Clavum navis ſuæ dedicavit in templo *Aulidis*,
Munus contra navigandi incommoditatem, quando ipſi detinebas ventos,
Teu-

alìud ſuccurrit. Anna Fabri.

Ibid. Νηλεὺς] Theocrit in elegantiſſimo Poëmatio, cui titulus eſt. Ἠλακάτα. v. 3.

Θαρσεῦ σ' ἄμμιν ὁμαρτει πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαάν.

Anna Fabri.

V. 228. πρωτόθρονε] Dianæ dignitatem excellentiamque inter reliquos divos, ſupra ita deſcripſit verſ. 67.

Αὐτη δ' ἐς πατρὸς δόμον ἔρχεται. οἱ δὲ σ' ἐφ' ἑδραν
Πάντες ὁμῶς καλέουσι. σὺ δ' Ἀπόλλωνι παρίζεις.

Eadem enim prærogativa utitur qua Apollo Homericus:

Οἱ τε θεοὶ κατὰ δῶμα Διὸς τρομέουσιν ἰόντα
Καὶ ῥά γ' ἀναΐσσουσιν ἐπισχεδὸν ἐρχομένοιο
Πάντες ἀφ' ἑδράων ὅτε φαίδιμα τόξα τιταίνει. *Vulcanius.*

V. 228. πρωτόθρονε] Πρωτόθρονος eſt primæ ſedis dea ſeu deus, hoc eſt, primi ordinis. Sic dicta eſt Diana, quod eſſet ex diis Conſentibus. qui nimirum in conſilium Jovis adhibebantur, & ejus erant adſeſſores, quos Cic. 1. Tuſc. vocat Deos majorum gentium. De his Auguſtin. iv. de Civit. Dei cap. 23. *Quis ferat, quod neque inter Deos Conſentes, quos dicunt in conſilium Jovis adhiberi, nec inter deos, quos ſelectos vocant, Felicitas conſtituta eſt?* Hos fuiſſe ſex mares, & ſex fœminas conſtat. Omnes enumerat Ennius apud Apulejum de Deo Socratis:

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

 V. 232.

Τεύκρων ἡνίκα νῆες Ἀχαιΐδες ἄστεα κήδειν
Ἔπλεον, ἀμφ' Ἑλένῃ Ῥαμνουσίδι θυμωθεῖσαι.
Ἡ μέν τοι Προῖτός γε δύω ἐκαθίσσατο νηούς
Ἄλλον μὲν Κορίης, ὅτι οἱ συνελέξαο κούρας
Οὔρεα πλαζομένας ἀξείνια· τὸν δ' ἐνὶ Λούσοις
Ἡμέρῃ, οὕνεκα θυμὸν ἀπ' ἄγριον εἵλεο παίδων.
Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες πολέμου ἐπιθυμήτειραι
Ἔν κοτε παρραλίῃ Ἐφέσου βρέτας ἱδρύσαντο,
Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ. τέλεσεν δέ τοι ἱερὸν Ἱππώ.
Αὐταὶ δ', Οὖπι ἄνασσα, περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο,
Πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον, αὖθι δὲ κύκλῳ
Στησάμεναι χορὸν εὐρύν. ὑπήεισαν δὲ λίγειαι
Λεπταλέον σύριγγες, ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ.
Οὐ γάρ πω νέβρεια δι' ὀστέα τετρήνοντο,

Ἔργον

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ῥαμνουσίδι] Ῥαμνοῦς, δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τῇ Νεμέσει ὁ Ζεὺς συνεκαθεύδησεν. ἥτις ἔτεκεν ὠόν· ὅπερ εὑροῦσα ἡ Λήδα ἐθέρμανε, καὶ ἐξέβαλε τοὺς Διοσκούρους καὶ τὴν Ἑλένην. Ἀξείνια] Ὄρος Ἀρκαδίας. Τὸν δ' ἐνὶ Λούσοις] Ἡ εὐθεῖα τὰ Λοῦσα, ὡς Ἡρωδιανός. Εἵλεο παίδων] Μανεῖσαι γὰρ αἱ τρεῖς αὐτοῦ θυγατέρες, πάλιν διὰ τῆς Ἀρτέμιδος ἡμερώθησαν. ὁ δὲ κτίζει ἱερὰ δύο· ἓν μὲν, Κορίης· ἓν δὲ, Ἡμερίης· διότι τὰς κόρας ἡμέρωσεν. Ἱππώ] Μία τῶν Ἀμαζόνων.

V. 232. Ἑλένῃ Ῥαμνουσίδι] Schol. ait eſſe e Rhamnunte Atticæ pago, ubi Jupiter cum Nemeſi concubuit, quæ poſtea ovum peperit. quod, cum Leda reperiſſet illud, fovit, & Helenam cum Dioſcuris in lucem protulit. Hanc fabulam narrat Hyginus. *Anna Fabri.*

V. 233. Προῖτος] Rex Argivorum. Hanc ſeu fabulam ſeu hiſtoriam tangit Virgil.

Prœtides implerunt falſis mugitibus auras Anna Fabri

V. 235. Οὔρεα πλαζομένας ἀξείνια] Reddunt interpretes, *Vagantes montibus inhoſpitis.* Sed Græcus Sholiaſtes ἀξείνια interpretatur ὄρος Ἀρκαδίας. Unde non dubito, quin is legerit apud Callimachum Ἀζήνια, vel potius Ἀζάνια. Nam Clitorium erat vicinum Azaniæ. Holſtenius ad Stephanum.

V. 235. Ἐνὶ Λούσοις] Luſſi Arcadiæ vicus, Pauſaniæ, Steph. & Polybio: ὅπου Μελάμπους ἔλουσε τὰς Προίτου θυγατέρας, καὶ ἔπαυσε τῆς μανίας. *A. Fabr.*

V. 238. *βρέτας ἱδρύσαντο*] Hoc Pauſanias in Corinthiacis, deauratum fuiſſe

ſcribit

Teucrorum cum naves Achivæ oppida vexatum
Navigarent, propter Helenam Rhamnuſiam animis concitatæ.
Enimvero tibi & Prœtus duo condidit templa;
Alterum quidem Coreſiæ *Dianæ*, quod ei collegiſſes filias,
In montibus errantes inhoſpitalibus: alterum vero in Luſſis,
Hemereſiæ, quod animum inſanum depuliſſes a filiabus.
Tibi etiam Amazones, belli affectatrices,
Olim in littore Epheſi ſtatuam poſuerunt,
Fagino ſub trunco. peregitque tibi ſacrum Hippo:
Ipſæ vero *Amazones*, Upi regina, circum ſolenni ſaltatu tripudiarunt,
Primo quidem in ſcutis armatum *tripudium*, deinde vero in orbem
Ducentes latum chorum. Succinuerunt autem ſuaves
Subtile quid fiſtulæ, ut ſaltarent junctim.
Nondum enim hinnulorum oſſa perterebraverant

Opus

ſcribit, excepta facie. τὰ δὲ πρόσωπα, inquiens, (nam & Bacchi ejuſdem formæ fuiſſe ſcribit) ἀλοιφῇ ἐρυθρᾷ κεκοσμηνται. *Vulcanius.*

V. 239. Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ] Alii tamen non in fagi, ſed ulmi trunco. Dionyſius, πρέμνῳ ὑπὸ πτελέης. Legebat Pater meus φηγῷ ὑπὸ. φηγῷ Dor. pro φηγοῦ. Nil certius. *Anna Fabri.* Sic quoque legendum olim cenſuit anonymus P. Francii & Matthæus Sladus.

Ibid. Ιππὼ] Illam Græci & Latini *Otreram* dicunt. Hygin. *Anna Fabri.*

V. 240. Πρύλιν] Πρύλις, teſte Euſtathio ſignificat ſaltationem, quæ in armis fiebat. quæ alio nomine πυῤῥίχη, apud veteres Latinos *bellicrepa ſaltatio* dicebatur, ut teſtatur Feſtus Pompejus, & ita hoc loco uſurpatur a Callimacho.

V. 243. Ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ] Gallice verterem, AFIN QU'ELLES ALLASSENT EN CADENCE TOUTES ENSEMBLE; nam ea vis eſt verbi πλήσσω, a quo πληγὴ, quod aliquando ſignificat MESURE, CADENCE. Reperi apud Heſychium, πλήσσοντο, ἐπέβαινον. Locus ſatis difficilis. & tamen nil Scholiaſtæ. *Anna Fabri.*

V. 243. Πλήσσωσιν ὁμαρτῇ] Scil. γῆν. Verbum e verbo eſt, *ut percutiant junctim* terram. hoc eſt, ad numerum ſaltent, ut apud Horat.

Nunc pede libero Pulſanda tellus.

Πλήσσειν eſt pulſare tellurem. Pro πλήσσειν dixit Homerus πλίσσειν. Odyſſ. v. 318.

Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

Atque illæ quidem bene currebant, bene etiam gradatim incedebant pedibus.

Hoc vero Euſtathius notat Æolice dici pro πλήσσειν: & ab eo exponitur βηματίζειν, quod eſt *metiri paſſus*, & tranſlate *ſaltare ſcienter.*

V. 244. Νεβρεία] Tibia enim a tibiis animalium. Antipater. Νεβρείων ὀστέων σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν. *Anna Fabri.*

V. 246.

Εργον Ἀθηναίης ἐλάφῳ κακόν. ἔδραμε δ' ἠχὼ
Σάρδιας, ἔς τε νομὸν Βερεκύνθιον. αἱ δὲ πόδεσσιν
Οὖλα κατεκροτάλιζον, ἐπεψόφεον δὲ φαρέτραι.
Κεῖνο δέ τοι μετέπειτα περὶ βρέτας εὐρὺ θέμεθλον
Δωμήθη. τῶν δ' οὔτι θεώτερον ὄψεται ἠώς,
Οὐδ' ἀφνειότερον· ῥέα κεν Πυθῶνα παρέλθοι.
Τῷ ῥα καὶ ἠλαίνων ἀλαπαξέμεν ἠπείλησε
Λύγδαμις ὑβριστής· ἐπὶ δὲ στρατὸν ἱππημολγῶν
Ηγαγε Κιμμερίων, ψαμάθῳ ἴσον, οἵ ῥα παρ' αὐτὸν
Κεκλιμένοι ναίουσι βοὸς πόρον Ιναχιώνης.
Α δειλὸς βασιλέων, ὅσον ἤλιτεν. οὐ γὰρ ἔμελλεν

Οὔτ'

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Εργον Ἀθηναίης] Ἀθηνᾶ γὰρ ἔφορος πάσης τέχνης. Σάρδιας] Πόλις Λυδίας. Βερεκύνθιον] Μεταξὺ Λυδίας καὶ Φρυγίας. Ῥέα κεν Πυθῶνα] Ομηρος, Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει. Καὶ ἠλαίνων] Μωραίνων. Βοὸς πόρον Ιναχιώνης] τῆς Ἰοῦς, τῆς εἰς βοῦν μεταμορφωθείσης. Βόσποροι δέ εἰσι δύο, ὅ, τε τοῦ Βυζαντίου, καὶ ὁ Κιμμέριος.

V. 246. ἔς τε νομὸν Βερεκύνθιον] *In tractum Berecynthium*, hoc eſt, in Βερεκυντίαν. Stephanus: Βερέκυντος ἐστὶ πόλις Φρυγίας καὶ ἡ χώρα Βερεκυντία. *Berecynthus urbs Phrygiæ, regio Berecynthia.* Incolæ, ut ibidem docet, ſunt Βερεκύνται. *Berecynthæ* Straboni dicuntur Βερέκυντες; quos dicit populum eſſe Phrygum & Trojanorum, circa montem Idam. Scribitur Βερέκυνθος & Βερέκυντος.

V. 247. Οὖλα κατεκροτάλιζον] *Plaudebant pedibus.* tamen frequentius κροταλίζειν, ſignificat κρούειν ταῖς χερσὶν, ut annotat Heſychius. Unde & κρούματα dicta. Martialis:

Edere laſcivos ad Bætica crumata geſtus.

quorum maximus paſſim hodie in Hiſpania uſus eſt in choreis. Neque enim ſaltant quin ſimul aut nuda medii digiti ad pollicem colliſione ſtrepitum excitent, vel teſtulas quaſdam ligneas, quas *Caſtañetas* vocant, (quo nomine & crepitum ipſum, quem edunt, appellant) digitis aptent, & convexa ſui parte inter ſe collidant. Vel, ut in feſtis & ſupplicationibus publicis, *Scabillos*, ut vocat Arnobius, Hiſpani *Caxcabeles*, hoc eſt, parva quædam tintinnabula ſive crepitacula pedibus alligent: Vel quadratum tympanum, quod Hiſpani *Pandero* vocant, Iſidorus lib. 3. Originum, *Pandorium* (tametſi eam vocem pro fiſtula paſtorali accipere videatur ea fortaſſe ratione qua Catullus Tympanum tubam Cybelejam vocat) utrinque manu pulſantes, raucum quendam ſonitum edant. Nam convexorum tympanorum, quos *Atabales* vocant, & ab equitibus pulſantur, in bellis tantum vel pompa regia eſt uſus, ut vulgaris tympani quod *Atambor* vocant, & peditum proprium eſt, in rebus mili-

taribus

Opus Minervæ, cervo noxium. Ibat autem ſonus
Sardes uſque, & ad tractum Berecynthium: ipſæ vero pedibus
Valde ſtrepebant, ſonitumque edebant pharetræ.
Hanc porro deinceps circa ſtatuam amplum templum
Ædificatum eſt, quo nullum divinius aſpiciet Oriens,
Neque ullum opulentius: facile Pythonem ſuperet.
Quare inſaniens vaſtaturum *ſe hoc* comminatus eſt
Lygdamis, homo injurius, & inſuper exercitum equimulſorum
Adduxit Cimmeriorum, arenarum inſtar, qui apud ipſum
Adjacentes habitant vaccæ Inachiæ tranſitum.
Ah miſerum regem, quantum erravit! neque enim futurum erat
Ut

taribus. De Crotalo vero qui plura deſiderat, legat quæ V. Cl. Joſephus Scaliger in Copam Virgilii ex Apuleſo & Commentariis Græcorum adfert. *Vulc.*

V. 247. Οὖλα] *alacriter*, ut Hymn. in Jovem v. 53. *Anna Fabri.*

V. 247. Οὖλα κατεκροτάλιζον] Id eſt, *magnum edebant ſtrepitum.* Illa vero inſtrumenta, quæ motu pedum agitabantur, Latinis dicuntur *Scabilla.* Vide Ruben. de lato clavo. II. 17.

V. 248. περὶ βρέτας εὐρὺ θέμεθλον] In editione Henrico-Stephaniana, ut & Aldina & Frob. mendoſe legitur εὐρυθέμεθλον, una dictione, cum legendum ſit disjunctim εὐρὺ θέμεθλον, ut ſit ſenſus: περὶ κεῖνο βρέτας (cujus videlicet ſupra meminit verſ. 238.) μετέπειτα ἐδωμήθη εὐρὺ θέμεθλον. ut Hippo primum ei exiguum fanum erexerit, poſtea Epheſi auguſtiſſimum templum exſtruxerint. de quo in Actis Apoſtolorum. Per θέμεθλον vero εὐρὺ, ex amplitudine fundamentorum molem templi ſuperexſtructi ſignificat. *Vulcanius.*

V. 248. Βρέτας] ἄγαλμα, παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι. Heſychius, & Scholiaſtes Ariſtophanis. Sunt qui credant nomen eſſe indeclinabile. miror, cum apud Æſchylum reperiatur βρέτη, & βρετέων in ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ.

Πότερα δῆτ' ἐγὼ πεσοῦσα
πρὸς βρέτη δαιμόνων;
ἰὼ μάκαρες εὔεδροι,
ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι.

& in Περσ.

Οἱ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη
Ἠδοῦντο συλᾶν.

Reperitur etiam apud Heſychium βρέται, id eſt ἀπεικονίσματι. *Anna Fabri.*

V. 249. Τοῦ δ' οὔτι θειότερον] Vide Philonem Conſtantinopolitanum de ſeptem miraculis, & quæ ibi notat Allatius.

V. 251. Τῷ ῥα καὶ ἠλαίνων] ἠλαίνειν non ſolum eſt τὸ μωραίνειν, verum etiam μαίνεσθαι. *Vulcanius.*

V. 251. -ἀλαπαζέμεν ἠπείλησε] Scribendum potius ἀλαπαξέμεν. *Stephanus.*

V. 254. Βοὸς πόρον] Boſporum Cimmerium, de quo ſic Æſchylus in Prometh.

Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται. *Anna Fabri.*

V. 255. ἆ δειλὸς βασιλέων] hoc eſt, ὁ ἐν τοῖς βασιλεῦσι. *Vulcanius.*

V. 255. Δειλὸς βασιλέων] Dicitur ut Δῖα θεάων, id eſt, *inter Deas divina:* δειλὸς βασιλ. *miſer inter Reges.* Ita & Lucret.

—— *omnium quæ clara cluêret.*

i. *clara inter omnes.* Anna Fabri.

V. 259.

Οὔτ' αὐτὸς Σκυθίην δὲ παλιμπετὲς, οὔ τέ τις ἄλλος
Ὅσσων ἐν λειμῶνι Καΰςρίῳ ἔςαν ἅμαξαι,
Νοςήσειν· Ἐφέσου γὰρ ἀεὶ τεὰ τόξα προκεῖται.
Πότνια Μουνυχίη, λιμενοσκόπε χαῖρε, Φεραίη.
Μή τις ἀτιμήσῃ τὴν Ἄρτεμιν· οὐδὲ γὰρ Οἰνεῖ
Βωμὸν ἀτιμάσαντι καλοὶ πόλιν ἦλθον ἀγῶνες.
Μηδ' ἐλαφηβολίην, μηδ' εὐςοχίην ἐριδαίνειν.
Οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδης ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μισθῷ.
Μηδέ τινα μνᾶσθαι τὴν παρθένον· οὐδὲ γὰρ Ὦτος,
Οὐδὲ μὲν Ὠαρίων ἀγαθὸν γάμον ἐμνήςευσαν.
Μηδὲ χορὸν φεύγειν ἐνιαύσιον· οὐδὲ γὰρ Ἱππὼ
Ἀκλαυτεὶ περὶ βωμὸν ἀπείπατο κυκλώσασθαι.
Χαῖρε μέγα κρείουσα, καὶ εὐάντησον ἀοιδῇ.

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Μουνυχίη] Μουνύχιον γάρ ἐςι μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηνῶν.

V. 259. Μουνυχίη] Diana Munychia, à Munychia portu Atticæ, non longe Piræo, Ortelius. At Scholiaſtes noſter facit partem Piræi: Μουνύχιον γὰρ, inquit, ἐςὶ μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηνῶν. *Anna Fabri.* Photius P. CP. in lexico MS. etiam Minervam vocat *Munychiam*, his verbis: Μουνυχία, τόπος τοῦ Πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Ἀθηνᾶς, ἥτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ παντακλέους.

V. 260. Οὐδὲ γὰρ Οἰνεῖ] Meminit OEnei etiam Lucianus in Sympoſ. Εἰ δὲ τοῦ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον. ὄψει γὰρ καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑςιῶν. Φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ Ὅμηρος ὧδέ πως.

> Ἢ λάθετ', ἢ οὐκ ἐνόησεν, ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.

καὶ Εὐριπίδης.

> Καλυδὼν μὲν ἥδη γαῖα Πελοπίας χθονὸς,
> Ἐν ἀντιπόρθμοις πέδι' ἔχουσα εὐδαίμονα.

καὶ Σοφοκλῆς,

> Συὸς μέγιςον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις,
> Ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἑκηβόλος θεά.

h. e. *Quod ſi tibi videor cœna gratia ſuccenſere, quia OEneo acciderit cogita. Videbis enim Dianam ſuccenſentem, quod ille ſolam non adhibuiſſet ſacrificio, cum reliquos omnes deos acciperet convivio. Nam hac de re ſic meminit alibi Homerus:*

> *Non meminit, vel non ſuccurrit, at atriter arſit.*

& Euripides.

> *Hæc terra Chalydon Pelopii eſt ſoli, fretum*
> *Qua eſt parte, campos divites habens.*

& Sophocles.

> *Immiſit agris OEnei aprum maximum,*
> *Torquens ſagittas eminus Latonia.*

Mentionem ejus quoque facit in dial. de ſacrificiis in initio.

V. 263. Ἀτρείδης] Vide & Lucian. de ſacrificiis.

V. 263. ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μισθῷ] mer-

Ut vel ipſe in Scythiam redux, vel quiſquam alius,
Quorumcunque in prato Cayſtrio conſtitere currus,
Reverterentur. Epheſo enim ſemper tuæ ſagittæ,
quaſi propugnaculum, objectæ ſunt.
Diva Munychia, portuum inſpectrix, ſalve Pheræa.
Nemo dedecore afficiat Dianam. neque enim OEneo
Aram *ejus* contumelia afficienti pulchra domi ſubeunda fuerunt certamina.
Neque cervorum venatione, neque jaculandi peritia
divam provocet:
Non enim Agamemnon parva ſe jactavit mercede.
Nemo item ambiat hanc virginem: neque enim Otus,
Neque Orion bonas nuptias appetiverunt.
Sed neque ſaltatum aliquis fugiat ſollemnem: neque
enim Hippo
Abſque fletu circa aram renuit tripudiare.
Salve magna regina, & propitia ſis huic cantui.

mercede vel pretio. Hic in malam partem accipitur: hoc eſt, non exiguo cum ſuo malo inſultavit Dianæ: ita Hymno εἰς λῦτρα τ Παλλ. verſ. 101.

> Ὅς κε τιν' ἀθανάτων, ὄκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
> Ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

hoc eſt, οὐ νηποινὶ, ἤ τοι ἀτιμωρητί. *Vulcanius.*

V. 263. Ὀλίγῳ μισθῷ] Sic Latini utuntur τῷ *pretium*. Horat. *aut pretium eſt mori.* Hunc locum ſic verte, IL NE LUY EN COUSTA PAS PEU. Sic Terentius in Andria, *Ego pretium ob ſtultitiam fero.* Sic Plautus in Rudente, *Iniqua hac patior cum pretio tuo,* id eſt, *cum magno malo tuo.* Sic Sophocles in Antigone de morte, καὶ μὴν ὁ μισθὸς γ' οὗτος. *Anna Fabri.*

V. 263. Ὀλίγῳ μισθῷ] Imo ipſum vocabulum *merces* ſic apud Ciceronem accipitur. Lib. 1. ad fam. 9. *Magna mercede cognoſcere*, eſt magno ſuo malo. & in Orat. pro domo: *Data merces eſt erroris mei magni, Pontifices.* h. e. magnam pœnam lui mei erroris. Phædr. lib. 1.

> *Hac, inquam, merces fraudis a ſuperis datur.*

V. 265. Ὠαρίων] Horat.

> — *& integræ*
> *Tentator Orion Dianæ*
> *Virginea domitus ſagitta.*

Catullus quoque dixit *Oarion.* Anna Fabri.

V. 268. Κρείουσα] Quemadmodum Dii non ſolum nobiles illi duodecim, ſed &, etiam obolares illi, ut Pan, & ſi quid vilius, Reges dicebantur, ſic Deæ Reginæ, ut hic Diana. In Hymno ultimo Ceres, ita & plurimis locis. *Anna Fabri.*

ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΛΟΝ ΥΜΝΟΣ.

ΤΗΝ ἱερὴν, ὦ θυμὲ, τίνα χρόνον ἢ πότ' ἀείσεις
Δῆλον, Ἀπόλλωνος κουροτρόφον; ἦ μὲν ἅπασαι
Κυκλάδες, αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται,
Εὔυμνοι· Δῆλος δ' ἐθέλει τὰ πρῶτα φέρεσθαι
Εκ Μουσέων, ὅτι Φοῖβον ἀοιδάων μεδέοντα
Λοῦσέ τε καὶ σπείρωσε, καὶ ὡς θεὸν ᾔνεσε πρώτη.
Ως Μοῦσαι τὸν ἀοιδὸν, ὃ μὴ Πίμπλειαν ἀείσει,
Εχθουσιν, τὼς Φοῖβος ὅτις Δήλοιο λάθηται.
Δήλῳ νῦν οἴμης ἀποδάσσομαι, ὡς ἂν Ἀπόλλων
Κύνθιος αἰνήσῃ με φίλης ἀλέγοντα τιθήνης.
Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος, οἷά θ' ἁλιπλὴξ,
Αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵπποις,
Πόντῳ ἐνεστήρικται, ὁ δ' ἀμφί ἑ πουλὺς ἑλίσσων,

Ικαρίου

ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΗΣ ΔΗΛΟΥ ΥΜΝΟΝ.

ΠΙΜΠΛΕΙΑΝ] Ορος Θρᾴκης, ἱερὸν Μουσῶν. Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος] Οτι ἀκίνητος καὶ ἄσειστος ἡ Δῆλος, καὶ οὐδέποτε ἠνεμωμένη τινάσσεται. καὶ Θουκυδίδης σεισμὸν γενόμενον μέγαν βουλόμενος ἐξηγήσασθαι, φησὶν, ὅτι τοσοῦτον ἦν μέγας, ὥστε τὴν Δῆλον νῆσον σεισθῆναι. Αλλως. Ατροπος· ἄσειστος, ἀγεώργητος, καὶ μὴ τρεπομένη καὶ μεταβαλλομένη ἐν τῷ ἀροῦσθαι. τραχεῖα γάρ.

IN HYMNUM QUARTUM, qui eſt in DELUM.

V. 1. Ὦ θυμὲ] Sic Pindarus ſæpe hoc exordio utitur, Φίλον ἦτορ, & Ariſtophanes, ὦ θυμέ. *A. Fabri.*

V. 2. Ἀπόλλωνος κουροτρόφον] Compoſito κουροτρόφος pro ſimplici τροφὸς utitur & infra, pag. 37. Τῷ καὶ νησάων ἁγιωτάτη ἐξέτι κείνου Κλήζῃ, Ἀπόλλωνος κουροτρόφος. *Stephanus.*

V. 2. Κουροτρόφον] Ita & Diana dicebatur. Diodor. alicubi. ita & Græciam vocat Euripides, ita Pacem Heſiodus. *Anna Fabri.*

V. 2. Κουροτρόφον] Vox eſt proprie Attica, ut tradit Pollux; eſtque juvenum nutritor. Sæpe occurrit apud Homerum & Heſiodum. Callimachus hic vocat Delum, non ſimpliciter κουροτρόφον, ſed Apollinis, id eſt, quæ Apollinem puerum





G. Hoet del. I. v. Vianen fec.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

HYMNUS IN DELUM.

SACRAM, o anime, quo tempore aut quando celebrabis
Delum, Apollinis nutriculam? equidem omnes
Cyclades, quæ inſularum ſacratiſſimæ in mari jacent,
Laudibus dignæ *ſunt*: Delus vero vult primas ferre
A Muſis, quod Phœbum carminum principem
Et abluit, & faſciis involvit, & pro deo celebravit prima.
Ut Muſæ poetam, qui Pimpleam non canit,
Odere; ſic Phœbus *eum*, quicunque Deli obliviſcitur.
Delo nunc *igitur* carmen impertiar, ut Apollo
Cynthius laudet me, caræ ſtudioſum nutriculæ.
Illa vero ventoſa, & immota, ut quæ & mari percuſſa,
Mergiſque magis pervia quam equis,
In mari ſtabilita eſt, quod circa ipſam copioſe revolutum
Icariæ

puerum nutrivit, in qua Apollo ſit educatus. *Meurſius.*

V.5. ἀοιδάων μεδέοντα] Quamvis verum ſit Phœbum poetarum curam gerere, tamen nec ἀοιδάων pro *poetarum*, nec μεδέοντα pro *curam gerentem*, accipi poſſe exiſtimo: ideoque malim *carminum præſidem*, ſeu *principem.* quaſi quis dicat, imperium in carmina tenentem. *Stephanus.*

V.5. Φοῖβον ἀοιδάων μεδέοντα.] Ita hymno in Apoll. verſ. 44. Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή. In epig. Gr. Πιερίδων μεδέων. Coluth. μουσάων λιγύφωνον ἄγων χορόν. *Vulcanius.*

V.11. ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος] ἄτροπον verti a[illegible], hoc eſt, incultam, non inverſam aratro, ἀμετάτρεπτον. quod ipſum ſequenti verſu ſatis declaratur, cum ait eam mergis potius perviam, quam equis, quibus nimirum tellus colitur. *Vulcanius.*

V.11. ἄτροπος] eſt *immota*, ut bene Scholiaſtes. Hoc dicit poeta Delus, quamvis ventorum flatibus, & maris fluctibus ſit expoſita, immota tamen ſtat tanquam rupes, quæ undique a maris impetitur procellis. Ἁλιπλὴξ eſt *a mari verberata*, ſcilicet rupes. ἁλιπλὴξ vero vocabulum eſt non temere alibi obvium, formatum a Callimacho, quaſi ὁ ὑπὸ τῆς ἁλὸς πλησσόμενος. Celebrant Delum veteres omnino immotam, neque ullo terræ motu concuti poſſe. Unde Thucidides lib.2. Ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγον πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα. h. e. *Nec non Delus paulo ante hæc tremuit, prius ſemper immota.* In ſequente verſu ait poeta noſter, facilius in illam poſſe pervenire aves maritimas, quam equos, quia hi non niſi navibus in eam poſſunt trajici.

V.12. Αἰθυίῃς] quam *ἰταλίαν κορώνην* eſſe volunt; *mergum* Latini vocant. Lucret.

— mergique marinis
Fluctibus in ſalſo victum vitamque petentes.

Vulcanius.

V.13. Ἐλαστὸν] Paſſive pro ἐλασσόμενος

Ἰκαρίου πολλὴν ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην.
Τῷ σφε καὶ ἰχθυβολῆες ἁλίπλοοι ἐνάσαντο.
Ἀλλά οἱ οὐ νεμεσητὸν ἐνὶ πρώτῃσι λέγεσθαι,
Ὁππότ᾽ ἐς Ὠκεανόν τε καὶ ἐς Τιτηνίδα Τηθὺν
Νῆσοι ἀολλίζονται· ἀεὶ δ᾽ ἔξαρχος ὁδεύει.
Ἡ δ᾽ ὄπιθεν Φοίνισσα μετ᾽ ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ,
Οὐκ ὀνοτὴ, καὶ Μάκρις Ἀβαντιὰς Ἑλλοπιήων,
Σαρδώ θ᾽ ἱμερόεσσα, καὶ ἣν ἐπενήξατο Κύπρις
Ἐξ ὕδατος τὰ πρῶτα· σαοῖ δέ μιν ἀντ᾽ ἐπιβάθρων.
Κεῖναι μὲν πύργοισι περισκεπέεσσιν ἐρυμναὶ,
Δῆλος δ᾽ Ἀπόλλωνι. τί δὲ στιβαρώτερον ἕρκος;
Τείχεα μὲν καὶ λᾶες ὑπαὶ ῥιπῆς κε πέσοιεν
Στρυμονίου βορέαο· θεὸς δ᾽ ἀεὶ ἀστυφέλικτος.
Δῆλε φίλη, τοῖός σε βοηθόος ἀμφιβέβηκεν.

Εἰ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ἀπομάσσεται] ἀποῤῥύπτει. Νῆσοι ἀολλίζονται] Οὐχ ὅτι αἱ νῆσοι ἀθροίζονται, ἀλλ᾽ οἱ ἔξαρχοι θεοί. Κύρνος ὀπηδεῖ] Ἡ νῦν Τύρος καλουμένη. Καὶ Μάκρις Ἀβαντιὰς] ἡ τῶν Εὐβοέων. Σαοῖ] σώζει. Ἐρυμναὶ] ἠσφαλισμέναι. Στρυμονίου βορέαο] Στρυμὼν ποταμός ἐστι καὶ πόλις Θρᾴκης.

μένος. ſed etſi tres ſunt voces in verbis, activa, media, & paſſiva, ſingulæ tamen pro tribus hiſce promiſcue ſumuntur. ita quoad ſignificationem unum tantum verbum eſt. ſic ſupra v. 4. φέρεσθαι pro φέρειν. *Anna Fabri.*

V. 14. Ἀπομάσσεται] Locus ſatis difficilis. ἀποῤῥύπτει, Schol. ſed ἀποῤῥύπτει non magis locum explicat. ego vero ſic intelligo: ἀπομάσσεσθαι & ἀπομάττειν eſt, *menſuram abſtergere*, ne quid plus æquo detur, & menſuræ cumulum ligno, quod vocant ἀπομάκτραν, vel in terram, vel in vas aliquod dejicere. Sic igitur mare undiquaque inſulam tundens, ſummitatem undarum, in qua aſpergo, vel ſpuma, vel alga denique continetur, velut cumulum in illam dejicit: & hoc facit, ut credam Scholiaſtem, quo vocem ἀπομάσσεται explicaret, ſcripſiſſe ἀποῤῥίπτει. *Anna Fabri.* Ἀπομάσσεσθαι & ἐκμάσσειν vel ἐκμάσσεσθαι, eſt *detergere.* Sententia eſt, ubi deterget Pontus Icarii maris ſpumam. h. e. in littus ejicit, pro quo Homerus dicit, ἀποπλύνει δ᾽ ἁλὸς ἄχνην. Quæ enim detergemus, a nobis rejicimus & abluimus.

Ibid. Ἄχνην] Ἄχνη ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς τοῦ κύματος τῆς θαλάσσης, Heſychius. Sed hic forſan ſumi debet pro *alga*, ut apud Homerum Odyſſ. ε. v. 403.

— εἴλυτο δὲ πάνθ᾽ ἁλὸς ἄχνῃ.

Anna Fabri.

V. 16. Ἀλλά οἱ οὐ νεμεσητὸν ἐνὶ πρώ-

τῃσι

Icariæ multam detergit undæ aſperginem.
Ideoque eam piſcatores marivagi incoluerunt.
Sed nulla invidia eſt inter primas (*illam*) numerari,
Quamdiu in Oceano & Titania Tethy
Inſulæ erunt: ſed ſemper *Delus* primaria habebitur:
Pone Phœnicia veſtigia *Deli* Corſica ſequetur,
Haud vituperanda: & Macris Abantias Ellopiorum,
Sardiniaque amœna, & cui adnatavit Venus
Ex aqua primum: ſervatque illam exſcenſu præbito,
Iſtæ quidem *inſulæ* turribus firmiş munitæ *ſunt*,
Delus autem Apolline. quod vero firmius ſeptum *Apolline?*
Muri equidem & lapides ab impulſu concidunt
Strymonii boreæ: at deus *permanet* ſemper immotus.
Dele chara, talis te propugnator defendit.

Quo-

τῆσι λέγεσθαι ὀππότ'] Certe nullus hinc bonus ſenſus elici poteſt, *non eſt iraſcendum, ſi inter primas, vel prima recenſeatur, cum ad illam tendit*: quid abſurdius? Certe legendum eſt, ut Pater meus reſtituit, ὀππόσ', id eſt, ὁπόσαι, & vertendum, *non iraſcendum ſi prima inter eas omnes dicatur, quæcumque ad matrem Tethyn congregantur.* Anna Fabri.

V. 16. Οὐ νεμεσητὸν] Vertendum: *Sed nulla invidia eſt inter primas (illam) numerari.* ut apud Virg.

Quæ tandem Auſonia Teucros conſidere terra Invidia eſt.

Οὐ νεμεσητὸν eſt a nemine poterit culpari & reprehendi.

V. 19. Φοίνισσα μετ' ἴχνια κύρνος] Bochartus lib. 1. cap. 32. de colonis Phœnicum oſtendit valde probabile eſſe Corſicam quoque tenuiſſe Carthaginienſes, & quia Corſicæ metropolis, æque ut Sardiniæ, a Pœnis dicta fuerit Caralis, quod Punicum eſſe nomen in præcedente docuit capite, & quod Tyriarum navium tranſtra dicantur Ezech. XXVII, 6. ex buxo Corſica eſſe facta, & quod hic Phœnicia dicatur, & quod Scipio Pœnis Corſicam ademerit teſte Floro lib. II. 2. Vide ibi plura.

V. 21. Σαρδὼ δ' ἱμερόεσσα] Miror cur ἱμερόεσσα, cum in eam inſulam exules, ut in Gyaros, mitterentur. Martial. lib. VIII. Epigramm. XXXII.

Hæc a Sardois tibi forſitan exulis oris Fratre reverſuro nuncia venit avis.

Anna Fabri.

V. 22. Σαοῖ δέ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων] Ridicule Interpres, *illam ſervat pro ſcala nautica*: Vulcanius etiam, qui vertit, *gratique aſcenſus nomine ſervat.* & miror tantos Viros hic lapſos. vertendum fuit, *ſervatque illam pro propugnaculo, propugnaculi loco, ibi pro propugnaculo eſt.* Anna Fabri.

V. 22. Σαοῖ δέ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων] Nihil aliud ſignificat quam Venerem ſervatam fuiſſe in inſula Cypro, cum ex mari emerſiſſet, & ibi exſcenſum feciſſet ἐπιβάθρα eſt locus, ubi ex mari ſive navi in terram eximus. Hinc dicit Polybius in Aſiam navigantes ἐπιβάθραν ἔχειν Ἄβυδον, exſcenſum in eam facere Abydi.

V. 23. Ερυμναι] ἰσχυραὶ καὶ ὑψηλαί. ἔρυμα porro ſignificat τὴν ἀσφάλειαν. *Vulcanius.*

V. 26 Ἀστυφέλικτος] ἄσειστος. στυφελίξαι enim eſt διασεῖσαι. & per conſequens κακοῦν. *Vulcanius.*

V. 27. Ἀμφιβέβηκεν] Sic Homer. de Apolline.

Εἰ δὲ λίην πολέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαὶ,
Ποίῃ ἐνιπλέξω σε; τί τοι θυμῆρες ἀκοῦσαι;
Ἢ ὡς τὰ πρώτιστα μέγας θεὸς οὔρεα θείνων
Ἄορι τριγλώχινι, τό οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν,
Νήσους εἰναλίας εἰργάζετο; νέρθε δὲ πάσας
Ἐκ νεάτων ὤχλισσε καὶ εἰσεκύλισσε θαλάσσῃ;
Καὶ τὰς μὲν κατὰ βένθος, ἵν' ἠπείροιο λάθονται,
Πρυμνόθεν ἐῤῥίζωσε· σὲ δ' οὐκ ἔθλιψεν ἀνάγκη,

Ἀλλ'

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Εἰ δὲ λίην πολέες σε] Αἱ Πινδάρου καὶ Βακχυλίδου. ἔδει δὲ εἰπεῖν πολλαί. Ἢ ὡς τὰ πρώτιστα] Λέγεται γὰρ ὅτι ὁ Ποσειδῶν τῇ τριαίνῃ ἀποσπῶν τῆς χέρσου τὰς νήσους ἐποίει.

Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας
Κίλλαν τε ζαθέην.

Anna Fabri.

V. 28. Εἰ δὲ λίην πολέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαί] Scholiaſtes quum dicit, αἱ Πινδάρου καὶ Βακχυλίδου, videtur legere πολέων: quum tamen poſtea dicens, ἔδει δὲ εἰπεῖν πολλαὶ, oſtendat ſe lectionem quam habemus agnoſcere. Non immerito autem quis miretur, cur ſcribat fuiſſe dicendum πολλαὶ, quum πολέες idem valere, & eſſe magis poeticum conſtet. *Stephanus.*

V. 30. μέγας θεὸς οὔρεα θείνων] Neptunum intelligit, qui σεισίχθων & ἐννοσίγαιος appellatur. Seneca Natural. Quæſtionum lib. 6. *Quiſquis*, ait, *primas Græcas literas didicit, ſcit Neptunum apud Homerum ἐννοσίγαιον vocari.* Vulcanius.

V. 31. Ἄορι τριγλώχινι] Periphraſis eſt tridentis, ſive fuſcinæ Neptuni. τριγλώχινα vero τὴν τρίαιναν vocat, τρεῖς γωνίας ἤτοι ἀκίδας ἔχουσαν. hoc eſt τρίγωνον. γλωχὶν enim ſignificat τὴν γωνίαν, ut Heſychius & Etymol. annotarunt. unde & ὀϊστοὶ τριγλώχινες dicuntur. Dionyſius ἐν τῇ περιηγ. πολυγλώχινα σίδηρον periphraſtice tridentem Neptuni vocat,

Ἀονίῳ τμηθεῖσα πολυγλώχινι σιδήρῳ.

ubi Euſtathius antiquo more dictum ait πολυγλώχινι, pro τριγλώχινι, ut & alibi ab eodem Dionyſio uſurpatur πολὺς ὠκεανὸς, pro τρισσοὶ ἐξ ὠκεανοῦ κόλποι. Ubi enim tria ſunt, ibi multa eſſe cenſentur. Quo fit ut vice verſa interdum etiam τρία accipiantur pro πολλά. Unde & Dionyſius paucis poſt a loco jam citato verſibus:

Ὁππότε τριλλίστων μετεκίαθεν ἔθνος Ἰβήρων.

ubi τρίλλιστος, idem eſt quod Homero πολύλιστος, hoc eſt, πολυλιτάνευτος. tridens vero qui Neptuno tribuitur ſignificat triplicem aquarum qualitatem: ſalſam, cujuſmodi eſt maris; dulcem, qualis eſt fluviorum; mediam, qualis eſt lacuum & ſtagnorum. Hinc & Neptunus τριαινοῦχος dictus eſt, ut conſtat e Scholiis Procli in Cratylum Platonis, & εὐτριαίνης. Alii eum ὀρσοτρίαιναν vocarunt. Pindarus ἀγλαοτρίαιναν. Epig. Græcum quod Corinthi in Iſthmo poſitum fuit, τρικυανοχαίτορα. Et Orpheus, χαλκο-

τρίαινε

Quoniam vero valde multæ de te circumferuntur cantiones,
Cuinam *potiſſimum* intexam te? quid tibi jucundum auditu?
An quo pacto primum magnus Deus montes concucutiens
Enſe triſulco, quem ei Telchines fabricarunt,
Inſulas marinas effecerit: deorſumque omnes
Ab ultimis *oris* ſemoverit, & in mare devolverit?
Et alias quidem in alto, ut continentis obliviſcerentur,
Firmiter defixit: te vero haud *ulla* conſtrinxit neceſſitas:
Sed

τόρβαντον ἔχων χείρεσσι τρίαιναν. *Vulcanius.*

V. 31. Ἄορι τριγλώχινι] Vulcanius putat Neptunum hic ſignificari, & ejus tridentem: ſed toto errat cœlo: vocat enſem tricuſpidem, fulmen triſulcum, quod ideo fictum, quia tria eſſent fulminum genera, ἀργῆτες, ψολόεντες, & καταιβάται. Vide Ariſtot. lib. de mundo. Alii ideo factum volunt, quod tres eſſent qualitates & effectus fulminis. videndus Sextus Pompejus in voc. *manubia* & *triſulcum fulgur.* Meurſ.

V. 31. τό οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν] Heſychius & Suidas interpretantur: Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροί. Etymol. Τελχὶν, οὐ μόνον ὁ ἰσχὺν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἔχων, μιαρὸς, καὶ πανοῦργος, ἀλλὰ καὶ τοὺς νῦν Κρῆτας. καὶ τὴν Κρήτην Τελχινίαν λέγουσι. cujus ſententiæ eſt & Stephanus de urbibus, qui etiam Cretam Telchiniam dictam ait, & Cretenſes Τελχινεῖς. quos Euſtathius in Dionyſium de ſitu orbis, hac calumnia liberat, καὶ μάτην ὡς ἄνδρας γόητας καὶ βασκάνους δυσφημηθῆναι affirmat. βασκανθῆναι γὰρ μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων αὐτοὺς, πρώτους ὑπάρξαντας ἐργάτας χαλκοῦ καὶ σιδήρου, οἳ καὶ τὴν ἅρπην τῷ Κρόνῳ ἐδημιούργησαν. Mirum itaque non eſt ſi Telchines, fabri Cretenſes, Saturno falcem fabricarunt, Neptuno etiam tridentem fabricaſſe, ut vult Callimachus. *Vulcanius.*

V. 31. Τελχῖνες] Sunt qui Curetes, Telchinas, Corybantes, & Idæoa Dactylos, eoſdem fuiſſe credant. Hic crederem communi nomine ſic fabros ferrarios vocatos fuiſſe. *Anna Fabri.*

V. 34. Καὶ τὰς μὲν κατὰ βένθος] Latinus interpres, *juxta fundum.* inepte. eſt *in alto mari*, longe a continente, cujus dicuntur obliviſci, eum ab illa tam longe remotæ ſunt inſulæ, ut cum ea coaleſcere nunquam poſſint.

V. 35. Πρυμνόθεν ἐρρίζωσε] eſt, firmiter defixit ut avelli non poſſet. Eſt tranſlatio a puppibus navium, quæ cum appulſæ ſunt, littoribus aut crepidini portuum alligantur, ne poſſint abduci, aut a ventis aut æſtu maris auferri, antequam demum ora ſolvatur. Ceterum ſicut hic ῥιζοῦσθαι dicitur inſula, ſic eadem tranſlatione ῥίζα ei tribuitur ab Oppiano lib. I. Halieut. Sequentium verborum hæc eſt ſententia. tu vero non fuiſti fixa, ut aliæ inſulæ, ſed libere natabas, & ferebaris inſtar navis. Fuiſſe autem & etiam nunc eſſe natantes inſulas, quis tam hoſpes eſt in rebus naturalibus, qui ignoret?

Αλλ' ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλεες· οὔνομα δ' ἦν σοι
Αστερίη τὸ παλαιὸν, ἐπεὶ βαθὺν ἥλαο τάφρον
Οὐρανόθεν φεύγουσα Διὸς γάμον, ἀστέρι ἴση.
Τόφρα μὲν οὔπω σοὶ χρυσέη ἐπεμίσγετο Λητὼ,
Τόφρα δ' ἔτ' Αστερίη σὺ καὶ οὐδέ πω ἔκλεο Δῆλος.
Πολλάκις ἐκ Τροιζῆνος ἀπὸ Ξάνθοιο πολίχνης
Ερχόμενοι Εφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου
Ναῦται ἐπεσκέψαντο· καὶ ἐξ Εφύρης ἀνιόντες,
Οἱ μὲν ἔτ' οὐκ ἴδον αὖθι· σὺ δὲ στεινοῖο παρ' ὀξὺν
Εδραμες Εὐρίποιο πόρον καναχηδὰ ῥέοντος.
Χαλκιδικῆς δ' αὐτῆμαρ ἀνηναμένη ἁλὸς ὕδωρ,
Μέσφ' ἐς Αθηναίων προσενήξαο Σουνίου ἄκρον,
Η Χίον, ἢ νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαστὸν

Παρ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Απὸ Ξάνθοιο πολίχνης] Από τινος Ξάνθου βασιλεύσαντος Τροιζῆνος. Χαλκιδικῆς δ' αὐτῆμαρ] Χαλκὶς, πόλις Εὐβοίας. Σούνιον] ἀκρωτήριον τῆς Αττικῆς. Η νήσοιο διάβροχον] τῆς Σάμου τὸ γόνιμον.

V. 36. ἀλλ' ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλεες] Seneca Natural. quæſt. lib. 6. ſcribit Theophraſtum auctorem eſſe, inſulas, quæ ex pumicoſis & levibus ſaxis conſtant, natare. *Ipſe*, inquit, *Seneca ad Cutilias natantem inſulam vidi.* quo loco Seneca etiam docet, cur Neptuno aquas movendi potentia ſit aſſignata. *Vulcanius.*

V. 36. Οὔνομα δ' ἦν σοι Αστερίη] Cicero lib. 3. de N. D. Aſteriam docet Latonæ ſororem eſſe, cum recenſet quot Hercules fuerint: *Quartus Jovis eſt Aſteria, Latonæ ſororis, quem Tyrii maxime colunt, cujus Carthaginem filiam ferunt.* Pater ejus fuit Cœus. vide Apollodorum. Ab Aſteria autem Delus olim ſic eſt nominata, quia coturnicis habitu ſe in mare dederit illa nympha fugiens inſanum Jovis amorem. Nonn. Dionyſ. XXXIII.

Οἷά περ Αστερίην φιλοπάρθενον, ἣν ἐνὶ πόντῳ
Πλαζομένην ἰδίοισι παλινδρομον εἰσόκεν αὐτὴν
Αστατον ἱππεύουσαν ἀμοιβάδι σύνδρομον αὔρῃ
Κύμασιν ἀστυφέλικτον ἐνερρίζωσεν Απόλλων.

Ut Aſteriam virginitate gaudentem, quam in ponto
Errantem perſecutus eſt recurrentem, donec ipſam
Inſtabilem equitantem alterno comitem vento
Fluctibus firmam ſtabilivit Apollo.

V. 38. Αστέρι ἴση] Sed Pindaro ſic dicitur, quod quaſi ſtella emicet inter Cyclades. Sic enim intelligendus eſt, cum illam dicit τηλέφατον κυανέας χθονὸς ἄστρον. *eminus conſpicuum nigræ telluris aſtrum.* Homero Odyſſ. dicitur Αστερίς.

V. 39. οὔπω σοὶ χρυσέη ἐπεμίσγετο Λητώ]

Sed libera mari innatabas: nomen autem erat tibi
Aſterie antiquitus: quoniam profundam inſilueras foſſam,
Cœlitus fugiens Jovis concubitum, aſtro ſimilis
Quantiſper quidem tibi nondum aurea *ſe* immiſcebat Latona,
Tantiſper Aſterie & nondum vocabaris Delus.
Sæpe ex Trœzene a Xanthi oppidulo
Venientes Ephyram, in Saronico ſinu
Nautæ conſpexerunt: & Ephyra redeuntes,
Ipſi quidem *te* non amplius reviderunt: tu vero anguſti ad rapidum
Cucurriſti fretum Euripi cum ſtrepitu fluentis,
Chalcidicique confeſtim reſpuens maris undam,
Uſque ad Athenienſium adnataſti promontorium Sunium:
Aut Chium *uſque*, aut inſulæ perfuſum aqua uber

Par-

Λητώ.] Corruptus hic locus: neque enim Delus unquam concubuit cum Latona, ſed Jupiter, cujus amorem dicit effugiſſe Aſteriam Callimachus: & vult hoc quoque hoc loco dicere, nondum eum tum temporis rem habuiſſe cum Latona. Itaque legendum: ὄπω σοι χρυσέη ἐπεμίσγετο Λητώ. Græci autem μίσγεσθαι honeſte ſolent uſurpare de re venerea. Cicero dixit *corpus miſcere*. Virgil. *Miſta deo mulier*. Hujus rei rationem ex Galeno reddidit Nemeſius lib. de nat. hominis, cap. xxv.

V. 41. Πολλάκις ἐκ Τροιζῆνος] Legendum, πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος. *Sæpe te ex Troezene* venientes conſpexerunt.

V. 45. Ἔδραμες Εὐρίποιο] Peſſime interpres *Euripi meatum*, cum vertendum ſit *Euripi fretum*. *Freta* enim πόρους dicta eſſe veteribus quis ignorat? Unde quoque Βόσποροι ſunt appellata.

V. 45. καναχηδὰ ῥέοντος] Καναχὴ ſignificat τὴν βοὴν, ἀπὸ τοῦ καινὸν ἀχεῖν. *Vulcanius*.

V. 48. νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαστὸν] Scholiaſtes interpretatur, τῆς Σάμου τὰ γόνιμον. Eleganti metaphora ab animatis ad inanimata, μαστὸν, vel οὖθαρ ἀρούρης vocant poetæ τὸ τῆς γῆς πιότατον καὶ τροφῆς ἀναδοτικόν. Simili metaphora & κοιλίαι γῆς dicuntur, concavitates ſub terra, & στέρνα & νῶτα γῆς, ut & Sophocles terram στερνοῦχον vocavit, & ὀμφαλὸς γῆς; ut & Latini *terræ umbilicum*, hoc eſt, meditullium, & ἔντερα γῆς, viſcera terræ. Heſychius vero annotat μαστοὺς vocari etiam τὰ ὑψηλὰ τῆς Ἀττικῆς μέρη. *Vulcanius*.

V. 48. Μαστὸν Παρθενίης] Sic Theocrit. *medullam Trinacriæ* dixit Idyll. 28. v. XVIII.

> Νάσω Τρινακρίας μυελὸν, ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν.

Anna Fabri.

V. 48. νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαστὸν] Virgilius *uber telluris* dixit lib. III. Æneid.

> *Quæ vos a ſtirpe parentum*
> *Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto*
> *Accipiet reduces.*

V. 49. οὔπω γὰρ ἦν Σάμος] Recte hæc notis parentheſeως includentur. *Stephanus*.

Παρθενίης, (οὔπω γὰρ ἔην Σάμος.) ἧχί σε νύμφαι
Γείτονος Ἀγκαίου Μυκαλησσίδες ἐξείνισαν.
Ἡνίκα δ' Ἀπόλλωνι γενέθλιον οὖδας ἐπέσχες,
Τοῦτό τοι ἀντιμοιβὸν ἁλίπλοοι οὔνομ' ἔθεντο,
Οὕνεκεν οὐκέτ' ἄδηλος ἐπέπλεες, ἀλλ' ἐνὶ πόντου
Κύμασιν Αἰγαίοιο ποδῶν ἐνεθήκαο ῥίζας.
Οὐδ' Ἥρην κοτέουσαν ὑπέτρεσας· ἡ μὲν ἁπάσαις
Δεινὸν ἐπεβρωμᾶτο λεχωΐσιν, αἳ Διῒ παῖδας
Ἐξέφερον· Λητοῖ δὲ διακριδὸν, οὕνεκα μούνη
Ζηνὶ τεκεῖν ἤμελλε φιλαίτερον Ἄρεος υἷα.
Τῷ ῥα καὶ αὐτὴ μὲν σκοπιὴν ἔχεν αἰθέρος εἴσω,
Σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν. εἶργε δὲ Λητὼ
Τειρομένην ὠδῖσι. δύω δέ οἱ εἵατο φρουροὶ
Γαῖαν ἐποπτεύοντες. ὁ μὲν πέδον ἠπείροιο
Ἥμενος ὑψηλῆς κορυφῆς ἔπι Θρήϊκος Αἵμου
Θοῦρος Ἄρης ἐφύλασσε σὺν ἔντεσι. τὼ δέ οἱ ἵππω
Ἑπτάμυχον Βορέαο παρὰ σπέος ηὐλίζοντο.
Ἡ δ' ἐπὶ νησάων ἑτέρη σκοπὸς εὐρειάων

Ἧστο,

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Γείτονος Ἀγκαίου] Ἀγκαῖος βασιλεὺς Σάμου. Διακριδὸν] Κατ' ἐξοχήν. Μεγάλως. Σπερχομένη] Ὀργιζομένη. Εἵατο] ἐκαθέζοντο. Αἵμου] Ὄρος Θρᾴκης. Ἑπτάμυχον] πολύμυχον. Νησάων] Παραλόγως ἔχει τὴν διαίρεσιν· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς εἰς α ἐστιν.

V. 50. ἐξείνισαν] Lege ἐξείνισσαν. Anonymus.

V. 52. Τοῦτό τοι ἀντιμοιβὸν] Si dici poſſet ἀντιαμοιβὸν, hic ponendum cenſerem. *Stephanus.*

Ibid. Τοῦτό τοι ἀντιμοιβὸν] Stephanus vellet legi ἀντιαμοιβὸν. Pater meus legebat ἀνταμοιβόν. *Anna Fabri.* Anonym. ἀντημοιβὸν *viciſſim.*

V. 53. οὐκέτ' ἄδηλος ἐπέπλεες] Legitur etiam ὑπέπλεες. ſed antea quoque, videlicet verſu 36, habuimus ἐπέπλεες. ita enim ibi ſcripſi in mea etiam illa editione quæ Callimachum cæteris poetis adjunctum habet, quum antea legeretur ἀπέπλεες. *Stephanus.*

V. 56. Ἐπεβρωμᾶτο] Suſpicabatur Pater legendum eſſe ἐπεβριμᾶτο. βριμάω enim & βριμέω ſignificat *minitor, iraſcor, excandeſco*: βρωμάομαι non item. *Anna Fabri.*

V. 60. Σπερχομένη] Heſychius, σπέρχειν, σπεύδειν, χαλεπαίνειν, θυμοῦσθαι, &c.

Partheniæ, (nondum enim Samos erat) ubi te nymphæ
Vicini Ancæi Mycaleſides hoſpitio exceperunt.
At cum Apollini natale ſolum exhibuiſſes,
Tum hæc tibi remunerationis loco nautæ nomina indiderunt,
Propterea quod non amplius obſcura innatares, ſed in maris
Fluctibus Ægæi pedum *tuorum* affixiſſes radices.
Neque Junonem infeſtam pertimuiſti, quæ alias omnes
Atrociter fremebat contra puerperas, quæ Jovi filios
Pepererunt: Latonæ vero ſeorſim, quoniam ſola
Jovi paritura erat chariorem Marte filium.
Ac proinde ipſa quidem tanquam in ſpecula poſita in cœlo,
Ira vehementi concitata, & non effabili. Detinebat enim Latonam
Afflictam pariendi doloribus. Duo item conſtituti erant cuſtodes,
Terram ſuſpicientes. unus quidem ſolum terræ continentis,
Stans in excelſo vertice Thracii Æmi,
Crudelis Mars obſervavit cum armis. Ejus interim equi
Septemplicem boreæ juxta ſpecum morabantur.
Altera vero inſularum inſpectrix latarum

Con-

&c. & in hac ſignificatione legitur apud Herodot. l. 5. πυθόμενος δὲ, κάρτα δεινὸν ἐποιήσατο ὁ Μεγαβάτης καὶ ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισταγόρῃ. *Anna Fabri.*

V. 61. δύο δέ οἱ] Scribendum δύω, ut ſtet verſus. *Stephanus.* Et ſic recte veteres editiones.

V. 65. Ἑπτάμυχον] ἑπτὰ multitudinem ſignificat, ut & τρία. ut ſupra annotavimus verſ. 32. Sic dicimus ἑπτ' ἀπίκτιον, τὴν βαθείας τεῖχας ἔχουσαν. *Vulcanius.*

V. 65. Ἑπτάμυχον βορέαο σπέος] Ideo hic antrum Boreæ ſtatuerunt, quod Boreas Græciæ a Thracia, quod vel pueri ſciunt. Heſiod.

—καὶ πηγάδας, ἅιτ' ἐπὶ γαῖαν
Πνεύσαντος Βορέαω δυσηλεγέος πελάθουσιν
Ὅς τε διὰ Θρήκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ
Ἐμπνεύσας ὤρινε, μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη.

Anna Fabri.

V. 66. Νησάων] Male Caninius, qui reprehendit Callimachum, quod dixerit νησάων, cum a νῆσος ſit. Illum fugiebat dixiſſe veteres νᾶσοι: unde Virgil.

Neſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

ubi *Neſæe*, manifeſte oſtendit antiquitus νάσον dictum fuiſſe. *Anna Fabri.*

Ibid. Νησάων] Veteres dixiſſe νάσον facile perſuadeor ut credam, motus aucto-

Ηϛο, κόρη Θαύμαντος, ἐπαΐξασα Μίμαντι.
Ενθ' οἱ μὲν πολίεσιν ὅσαις ἐπεβάλλετο Λητώ,
Μίμνον ἀπειλητῆρες, ἀπετρώπων δὲ δέχεσθαι.
Φεῦγε μὲν Αρκαδίη, φεῦγεν δ' ὄρος ἱερὸν Αὔγης
Παρθένιον· φεῦγεν δ' ὁ γέρων μετόπισθε Φενειός.
Φεῦγε δ' ὅλη Πελοπηῒς ὅση παρακέκλιται Ισθμῷ,
Εμπλὴν Αἰγιαλοῦ τε καὶ Αργεος. οὐ γὰρ ἐκείνας
Ατραπιτοὺς ἐπάτησεν, ἐπεὶ λάχεν Ιναχον Ηρη.
Φεῦγε καὶ Αονίη τὸν ἕνα δρόμον. αἱ δ' ἐφέποντο
Δίρκη τε, Στροφίη τε, μελαμψήφιδος ἔχουσαι
Ισμηνοῦ χέρα πατρός. ὁ δ' εἵπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ασωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.
Ηδ' ὑποδινηθεῖσα χοροῦ ἀπεπαύσατο νύμφη
Αὐτόχθων Μελίη, καὶ ὑπόχλοον ἔσχε παρειήν,

Ηλικος

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ηϛο κόρη] ἡ Ιρις. Μίμαντι] Ορος Χίου. Παρθένιον] Ορος Αρκαδίας τὸ Παρθένιον, ἔνθα τὴν Αὔγην τὴν Αλεοῦ θυγατέρα, ἱέρειαν τῆς Αθηνᾶς, ἔφθειρεν Ηρακλῆς. Φενειὸς] Πόλις Αρκαδίας ἀρχαία. Εμπλὴν Αιγιαλοῦ τε καὶ Αργεος] Ομηρος, Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα. Καὶ Αονίη] Αονίας τὰς Θήβας λέγει. Δίρκη τε, Στροφίη τε] Κρῆναι ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις. Ισμηνοῦ] Ισμηνὸς, ποταμὸς Θηβῶν, καὶ Ασωπός. Επεὶ πεπάλακτο] Επεὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Αἴγιναν ἁρπαγεῖσαν ὑπὸ Διὸς ἀπήγγειλε Σίσυφος· ὁ δὲ ἤρξατο διώκειν αὐτόν. Ζευς δὲ ὀργισθεὶς ἐκεραύνωσεν αὐτόν. Ηδ' ὑποδινηθεῖσα] Υπότρομος γενομένη. Αὐτόχθων Μελίη] Τὸ ἑξῆς, οὐκ ἔστι κύριον, ἀλλ' ἁπλῶς εἴρηται περὶ πάσης μελίας.

auctoritate Callimachi, quamvis ex loco Virgilii allato non id elicias. Nam Neſæe eſt quaſi νησαῖα, vel νησαίη, inſularis. Sic νησαῖαι ἵπποι apud Heſych. equi quaſi inſulares: quoniam ille locus, in quo iſti equi generabantur in Media, Græcis vocabatur νῆσος, quia undique cingebatur aquis, teſte eodem Heſychio.

V. 67. Μίμαντι] ὄρος Χίου, inquit Scholiaſtes. Imo in Aſia eſt in conſpectu Chii. *Anna Fabri.*

V. 69. Απιτρώπων] Nota ω pro ο in penultima. Multa apud Homerum exempla

Conſtituta erat filia Thaumantis, quæ invaſerat Mimantem.
Illi ergo civitatibus, quaſcunque adibat Latona,
Aderant comminantes, & prohibebant *eam* recipere:
Fugiebat quidem Arcadia, fugiebat mons ſacer Augæ
Parthenius, fugiebat ſenex retro Phenæus.
Fugiebat tota Peloponneſus, quantacunque adjacet Iſthmo,
Præter Ægialum & Argos. neque enim per illas
Semitas inceſſit *Latona*, quia tenebat Inachum Juno.
Fugiebat item Aonia uno curſu, eamque ſubſequebantur
Dirceque Strophieque, lapillis nigris abundantis quæ habent
Iſmeni manum patris. ſequebatur & multo poſt
Aſopus tardigradus. quoniam fœdatus erat fulmine.
At ſubducens ſe a tripudio abſtinuit nympha
Indigena Melie, & ſubpallidum habuit vultum:

Coæta-

empla reperies. *Anna Fabri.*

V. 71. Φενεὸς] Homero & aliis hæc urbs Arcadiæ dicitur Φενεός, ſicut & Catullo elegia ad Manlium,

Quale ferunt Graii Pheneum prope Cyllenæum.

Cur Iſ. Voſſius ὁ πάνυ notet legendum eſſe Φενεαῖος, ut nempe fiat ſynizeſis, cauſſæ nihil video. Sita fuit hæc urbs in monte Cyllene juxta lacum ejuſdem nominis, ut teſtatur Stephanus de urbibus, quem vide. Callimachus cùm γέροντα dicit, videtur lacum de quo Ovidius, innuere voluiſſe, quia veteres cum mare, flumina, amnesve, aut lacus repræſentare vellent, ſenis effigiem pingebant.

V. 74. Ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη] Inachus Argolidis fluvius, quæ Junoni ſacra. Horat.

Plurimus in Junonis honorem
Aptum dicit equis Argos, diteſque Mycenas.

Cæterum Inachus Luciani tempore non extabat, ſed cubile tantum vel foſſa: & alicubi apud eum error eſt, cum de illo loquitur: legitur enim τάφος, & legendum eſt τάφρος, ut Pater reſtituit. Locus eſt in Charonte, ut puto. *Anna Fabri.*

V. 75. Φεῦγε καὶ Ἀονίη] Per Aoniam Thebas Bœotias intelligit: Ἄονες γὰρ ἔθνος βάρβαρον οἰκησάν ποτε ἐν Βοιωτίᾳ, ut annotat Euſtath. in Dionyſium de ſitu orbis, ex Strabone; unde & apud eundem Dionyſium, Ἀονίῳ τμηθεῖσα πολυγλώχινι σιδήρῳ interpretatur Ἀονίῳ, Βοιωτίῳ. *Vulcanius.*

V. 78. Βαρύγουνος] Dicitur & βαρυγούνατος, Theocrit. Idyll. XVIII. v. x.

ἦ ῥά τις ἐσσὶ λίαν βαρυγούνατος;
ἦ ῥα φίλυπνος;

Anna Fabri.

Ibid. Πεπάλακτο] Apud Scholiaſtem eſt error typographi, ὁ δὲ ἤρξατο διώκειν αὐτόν, corrige αὐτήν. *A. Fabri.*

V. 80. Αὐτόχθων μελίη] Αὐτόχθονες, alias γηγενεῖς. ὑπόχλοον vero ὑπόχλωρον. Fit enim χλωρὸς, ἐκ τῆς χολῆς, καὶ ὑπερβίσει χλοή. *Vulcanius.*

V. 90.

Ηλικος ἀθμαίνουσα περὶ δρυὸς, ὡς ἴδε χαίτην
Σειομένην Ελικῶνος. ἐμαὶ θεαὶ εἴπατε Μοῦσαι,
Η ῥ' ἐτεὸν ἐγένοντο τότε δρύες ἡνίκα νύμφαι.
Νύμφαι μὲν χαίρουσιν ὅτε δρύας ὄμβρος ἀέξει,
Νύμφαι δ' αὖ κλαίουσιν ὅτε δρυσὶν οὐκ ἔτι φύλλα.
Ταῖς μὲν ἔτ' Απόλλων ὑποκόλπιος αἰνὰ χολώθη,
Φθέγξατο δ' οὐκ ἀτέλεστον ἀπειλήσας ἐπὶ Θήβῃ·
Θήβη, τίπτε τάλαινα τὸν αὐτίκα πότμον ἐλέγχεις;
Μήπω μή μ' ἀέκοντα βιάζεο μαντεύεσθαι.
Οὔπω μοι Πυθῶνι μέλει τριποδήϊος ἕδρη,
Οὐδέ τί πω τέθνηκεν ὄφις μέγας, ἀλλ' ἔτι κεῖνο
Θηρίον αἰνογένειον ἀπὸ Πλειστοῖο καθέρπον
Παρνησὸν νιφόεντα περιστέφει ἐννέα κύκλοις.
Αλλ' ἔμπης ἐρέω τι τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης,
Φεῦγε πρόσω· ταχινός σε κιχήσομαι, αἵματι λούσων
Τόξον ἐμόν. σὺ δὲ τεκνα κακογλώσσοιο γυναικὸς
Ελλα-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Ελικῶνος] Ορος Βοιωτίας. Ταῖς μὲν ἔτ' Απόλλων] Ταῖς μὴ δεξαμέναις δηλαδὴ τὴν Λητώ. Θήβη, τίπτε τάλαινα αὐτίκα] Τὸ ἑξῆς, ὦ Θήβη, τί αὐτίκα ἐλέγχεις ἐσόμενόν σοι πότμον. Τριποδήϊος] ὁ Δελφίνης. Απὸ Πλειστοῖο] Πλειστὸς, ποταμὸς Φωκίδος, παρὰ τὸν Παρνασὸν ῥέων, ὅ ἐστιν ὄρος Φωκίδος. Τομώτερον] σαφέστερον. Κακογλώσσοιο] τῆς Νιόβης. ἐν Θήβαις γὰρ κατῴκει.

V. 90. τριποδήϊος ἕδρη] Pro ὁ Δελφίνης quod apud ſcholiaſtem ſcriptum eſt ad exponendam vocem τριποδήϊος, videndum an ſcribi poſſit δελφική. *Stephanus.*

Ibid. τριποδήϊος ἕδρη] Schol. ὁ Δελφίνης. Illuſtris Huetius ſuſpicatur legendum ἡ δελφική. Qua conjectura quantumvis veriſimili, aliam tamen ea veriſimiliorem idem propoſuit; ſuſpicatur enim e veteribus Callimachi ſcholiis excidiſſe aliquid hoc loco, nimirum Scholion vocis hujus τριποδήϊος, cui ſubjunctum fuiſſe opinatur illud v. 91. ὄφις ὁ δελφίνης, & pro eo legendum ὁ δελφύνης: ſic enim dictum fuiſſe Pythium ſerpentem ab Apolline interfectum teſtari Apollonium Rhodium & Dionyſium Periegeten. *Anna Fabri.*

Ibid. τριποδήϊος ἕδρη] Negat vero Apollo nondum ſibi curæ eſſe oraculum Delphicum, quippe quod illo tempore Themis tenebat. Nam vete-

res

Coætaneam ingemiſcens propter quercum, ubi vidit comam
Moveri Heliconis. Meæ deæ dicite Muſæ,
An vere natæ ſint tum quercus cum *extiterunt* nymphæ.
Nymphæ quidem gaudent ubi quercus imber irrigat;
Nymphæ rurſum flent, ubi quercubus non amplius folia.
His igitur *quercubus* Apollo adhuc in utero latens graviter iratus fuit,
Dixitque haud irritum *verbum* interminatus Thebæ:
Thebe, quid miſera brevi tibi affuturum exitium ſciſcitaris?
Ne quæſo, ne me invitum cogas vaticinari.
Nondum mihi Pythone curæ eſt tripodis ſedes,
Nondum etiam mortuus eſt ſerpens prægrandis: ſed adhuc illa
Fera terribilis a Pliſto *amne* prorepens
Parnaſum nivalem circumdat novem ſpiris.
Sed nihilominus dico tibi verius quam a lauro,
Fuge procul: velox te comprehendam, ſanguine tincturus
Sagittam meam. tu autem liberos maledicæ mulieris

Nacta

res ante Apollinem oraculo præfectam Themidem commemorant. Hinc eſt illud ap. Ovid. Metam. lib. 1.

—— numina montis adorat,
Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.

Et apud Æſchyl. in initio Eumenidum:

—— ἐκ ϟ τῆς Θέμιν,
Η δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ᾽ ἕζετο
Μαντεῖον, ὡς λόγος τις.

i. e. *Poſt hanc vero Themin; Hæc nimirum a matre ſecunda huic inſedit Oraculo, ut fertur.*

V. 94. -ἐρέω τὶ τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης] Huc pertinet ille locus Lycophronis (ut alios aliorum omittam) de ſua Caſſandra:

Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Stephanus.

V. 94. τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης] Eadem ſignificatione, qua *ex tripode*, ob certitudinem oraculorum Apollinis. Ita Cicero in apiſtola quadam ad Brutum: *Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi putes.* Scholiaſtes interpretatur τομώτερον, σαφέστερον. cum alioqui τομώτερον ſignificet ὀξύτερον, ἤτοι διατέμνον τέμνειν. *Vulcanius.*

V. 94. Ἐρέω τὶ τομώτερον] Explica τομώτερον PLUS NET, PLUS COURT, EN MOINS DE MOTS. Terent.

—— non Apollinis magis verum
Atque hoc reſponſum eſt.

Anna Fabri.

Ελλαχες. οὐ σύ γ' ἐμεῖο φίλη τροφὸς, οὐδὲ Κιθαιρὼν
Εσσεται· εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.
Ως ἄρ' ἔφη. Λητὼ δὲ μετάτροπος αὖθις ἐχώρει.
Αλλ' ὅτ' Αχαιϊάδες μιν ἀπηρνήσαντο πόληες
Ερχομένην, Ελίκη τε Ποσειδάωνος ἑταίρη,
Βοῦρά τε, Δεξαμενοῖο βοόστασις Οἰνιάδαο,
Αψ δ' ἐπὶ Θεσσαλίην πόδας ἔτρεπε. φεῦγε δ' Αναυρος,
Καὶ μεγάλη Λάρισσα, καὶ αἱ Χειρωνίδες ἄκραι·
Φεῦγε δὲ καὶ Πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ Τεμπέων.
Ηρη, σοὶ δ' ἔτι τῆμος ἀνηλεὲς ἦτορ ἔκειτο.
Οὐδὲ κατεκλάσθης τε καὶ ᾤκτισας, ἡνίκα πήχεις
Αμφοτέρους ὀρέγουσα, μάτην ἐφθέγξατο τοῖα.
Νύμφαι Θεσσαλίδες, ποταμοῦ γένος, εἴπατε πατρὶ
Κοιμῆσαι μέγα χεῦμα· περιπλέξασθε γενείῳ,
Λισσόμεναι τὰ Ζηνὸς ἐν ὕδατι τέκνα τεκέσθαι.
Πηνειὲ Φθιῶτα, τί νῦν ἀνέμοισιν ἐρίζεις;
Ω πάτερ, οὐ μὴν ἵππον ἀέθλιον ἀμφιβέβηκας.
Η ῥά τοι ὧδ' αἰεὶ ταχινοὶ πόδες; ἢ ἐπ' ἐμεῖο
Μοῦνοι ἐλαφρίζουσι; πεποίησαι δὲ πέτεσθαι
Σήμερον ἐξαπίνης; ὅδ' ἀνήκοος. ὦ ἐμὸν ἄχθος,
Ποῖ σε φέρω; μέλεοι γὰρ ἀπειρήκασι τένοντες.

Πήλιον

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

Κιθαιρὼν] Ορος Θηβῶν. Ελίκη] Πόλις Βοιωτίας. Βοῦρά τε, Δεξαμενοῖο] Βοῦρα, πόλις Αχαΐας· ᾤκησε δὲ αὐτὴν Δεξαμενὸς ὁ Κένταυρος. ἐκεῖ δὲ αὐτοῦ τὰ βοοστάσια ἐφυλάττετο. διὸ καὶ Βοῦρα ὠνομάσθη. Καὶ αἱ Χειρωνίδες ἄκραι] Τὸ Πήλιον, ὄρος τῆς Θεσσαλίας, διὰ τὸ τὸν Χείρωνα ἐκεῖ οἰκῆσαι. Πηνειὸς] Ποταμὸς Θεσσαλίας. Τεμπέων] Τέμπη, αἱ στενώταται διεκβολαὶ τῶν Θεσσαλίας ὀρῶν. Θεσσαλίδες] αἱ περὶ τὸν Πηνειόν. Πεποίησαι] Προσποιῇ τὸ ὀξέως τρέχειν.

V. 98. εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην] Non dubito quin cum εὐαγέων ſubaudiendum ſit υἱοῖς, ut dicat, Sed curæ ſim iis, quorum patres ſancti fuerunt

Nacta es: neque tu mihi cara nutricula, neque Cithæron
Erit: ſed ſancti mihi, & ego ſanctis curæ ſum.
Sic dixit: Latona vero ſolum vertens illinc abibat.
Cæterum quum Achivæ ipſam reſpuiſſent civitates
Advenientem, Heliceque Neptuni ſocia,
Buraque Dexameni boarium ſtabulum OEnidæ,
Retro pedes in Theſſaliam convertit. Fugiebat autem Anaurus,
Et magna Lariſſa, & Chironides rupes:
Fugiebat etiam Peneus qui fluit per Tempe.
Juno, tibi vero etiamnum immite pectus inerat:
Neque fracta es, neque miſerta es, quando lacertos
Scholiaſtes Homeri Iliad. Σ. Ζεὺς Καλλιστοῦς τῆς Λυκάονος ἐρασθεὶς ἐμίσγετο αὐτῇ λανθάνων Ἥραν. ἐπιγνοῦσα δὲ ἡ θεὸς μετέβαλλεν αὐτὴν ἐς ἄρκτον, καὶ ὡς θηρίον Ἀρτέμιδι προσέταξε τοξεῦσαι. Ζεὺς δὲ εἰς οὐρανὸν αὐτὴν ἀναγαγὼν, πρώτην κατηστέρισεν. Η ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ.

CCCLXXXVI.

Hyginus in Poetico Aſtronomico cap. XVIII. *Callimachus autem ait, quod deſierit venari & colere Dianam, in quam ſupra ſpeciem diximus, eam Dianam convertiſſe*: De Hippe Chironis filia in equam converſa.

CCCLXXXVII.

Idem ibidem cap. XXXIV. *Alii dicunt cum Callimacho, Orionem cum Diana vim voluit afferre, ab ea ſagittis eſſe confixum, & ad ſidera propter venandi conſimile ſtudium deformatum.*

CCCLXXXVIII.

Proclus ad Heſiodum p. 12. Ἓν κακὸν ἀμφαγαπῶντες] μέμφονται τὸν Ησίοδον οἱ περὶ Απολλώνιον, ὅτι ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο. Ὁμοίως δὲ καὶ Καλλίμαχος αἰτιᾶται διὰ τὸ αὐτό.

CCCLXXXIX.

Harpocration v. Μαργίτης. Ἐκάλουν δὲ τοὺς ἀνοήτους οὕτω διὰ τὸν εἰς Ομηρον ἀναφερόμενον Μαργίτην. ὅπερ ποίημα Καλλίμαχος θαυμάζειν ἔοικε.

CCCXC.

Tatianus apud Euſebium Præp Euang. lib. X. Περὶ μὲν γὰρ τῆς Ομήρου ποιήσεως γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασε προηρεύνησαν πρεσβύτατοι μὲν Θεαγένης τε ὁ Ρηγῖνος κατὰ Καμβύσην γεγονὼς καὶ Στησίμβροτος ὁ Θάσιος, καὶ Καλλίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Ηρόδοτός τε ὁ Αλικαρνασσεὺς, καὶ Διονύσιος Ολύνθιος. μετὰ δὲ ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, καὶ Φιλόχορος ὁ Αθηναῖος, Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαιλέων οἱ Περιπατητικοί. Επειτα γραμματικοὶ, Ζηνόδοτος, Αριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ερατοσθένης, Αρίσταρχος, Απολλόδωρος. Ex hoc loco Voſſius in libello poſthumo de poetis laudat *Callimachum Colophonium*: ſed lege apud Euſebium Αντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, ut recte habetur apud ipſum Tatianum. Sed hoc video doctiſſimum Jonſium ante me animadvertiſſe.

CCCXCI.

Athenagoras in Legatione p. 34.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ' οὐ θάνες.

Πιστεύων, Καλλίμαχε, ταῖς γοναῖς τοῦ Διὸς, ἀπιστεῖς αὐτοῦ τῷ τάφῳ. καὶ νομίζων ἐπισκιάζειν τὸ ἀληθὲς, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι κηρύσσεις τὸν τεθνηκότα.

CCCXCII.

Plinius, Hiſtoriæ Nat. lib. III. c. XXI. *Pars ejus* (gentis Liburnorum) *fuere Mentores, Hymani, Encheleæ, Buni, & quos Callimachus Peucetias appellat.*

CCCXCIII.

Ibid. c. XXVI. *Inter quam* (Corcyram) *& Illyricum Melita; unde Catulos Melitæos appellari Callimachus auctor eſt.*

CCCXCIV.

Idem: lib. IV. c. XII. *Ipſam* (Andron) *Myrſilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit: Callimachus Laſiam; alii Nonagriam, Hydruſſam, Epagrin.*

CCCXCV.

Ibidem: *Telos unguento nobilis a Callimacho Agathuſſa appellata.*

CCCXCVI.

Ibidem: *Melos cum oppido, quam Ariſtides Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Sophnum & Acyton.*

CCCXCVII.

Ibidem: *Samothrace; Callimachus eam antiquo nomine Dardaniam vocat.*

CCCXCVIII.

Idem: lib. V. c. IV. *Ab his non procul a continente palus vaſta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho, & citra minorem Syrtin eſſe dicta.*

CCCXCIX.

Idem: lib. VII. c. XLVII. *Conſecratus eſt vivus ſentienſque oraculi ejuſdem* (Delphici) *juſſu, & Jovis Deorum ſummi adſtipulatu Euthymus pycta, ſemper Olympiæ victor & ſemel victus. Patria ei Locri in Italia. Ibi imaginem ejus, & Olympiæ alteram, eadem die tactam fulmine. Callimachum, ut nihil aliud, miratum video: ad eumque juſſiſſe ſacrificari, quod & vivo factitatum & mortuo. Nihilque adeo mirum aliud, quam hoc placuiſſe Diis.*

CCCC.

Plinius XXV. c. XIII. *Erigeron: Nomen hoc Græci dederunt, quia vere caneſcit. Caput ejus numeroſa dividitur lanugine, qualis eſt ſpinæ, inter diviſuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum.*

CCCCI.

Etymologicon Magnum: Ἀπόλλων &c. Βαρύνεται. εἰ μὴ περιεκτικά, ἀμπελὼν, μηλὼν. Σεσημείωται δὲ Βαβυλὼν καὶ Μιμαλλὼν. οὕτω Καλλίμαχος. Idem: Μιμαλῶνες ἐκλήθησαν κυρίως αἱ γυναῖκες (πολεμικαὶ γάρ.) παρὰ τὸ μιμεῖσθαι τοὺς ἄνδρας. ἤτοι διὰ Μακεδονικὴν ἱστορίαν, ἥτις κεῖται ἐν τοῖς Καλλιμάχου. Pro Μιμαλῶνες vera lectio Μιμαλλόνες.

CCCCII.

Etymologicon Magnum: Κεραϊστής, τόπος Μιλήτου ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀπόλλωνα κέρατα τοῦ ἄῤῥενος τράγου τοῦ ἀμελγομένου ὑπ᾽ αὐτοῦ πῆξαι ἐκεῖ, ὡς Καλλίμαχος.

CCCCIII.

Etymol. Magnum: Τελτύν θυσίαν. Καλλίμαχος, τὴν ἐκ κριοῦ καὶ ταύρου καὶ κάπρου. Photius in Lexico inedito. Τελτύαν, θυσίαν. Καλλίμαχος μὲν τὴν ἐκ κριοῦ, ταύρου, καὶ κάπρου. Ἴστρος δὲ, ἐν μὲν Ἀπόλλωνος ἐπιφανείαις, ἐκ βοῶν, αἰγῶν, ὑῶν ἀῤῥένων, πάντων τελείων.

CCCCIV.

Scholiaſtes Apollonii II. v. 4. Μελίαν φησὶν αὐτὴν, διὰ τὸ τινὰς τῶν Νυμφῶν Μελίας καλεῖσθαι, ἀπὸ Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ, ὥς φησι Καλλίμαχος.

CCCCV.

Scholiaſtes Euripidis Phœniſſ. v. 658. Κᾶπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ] νῦν τὸν κάματον, ἢ τὸ τῆς ὁδοῦ ἆσθμα γινόμενον. ἄλλοι δὲ ἆπος, τὸ ὕψος. νῦν δὲ καταχρηστικῶς τὸ μῆκος, ὡς καὶ ποὺς ὀλέθριος ἐν Καλλιμάχῳ. Neſcio quid ſibi velit ποὺς ὀλέθριος; & ἐν Καλλιμάχῳ; Dictum ſane oportuit, παρὰ Καλλιμάχῳ, ſi Callimachum ut auctorem laudare voluiſſet. An pro καὶ ποὺς ὀλέθριος legamus καὶ ἆπος πλεθριαῖον, *jugeri longitudo.* Nam apud Euripidem κᾶπος ſecundum Grammaticos eſt καὶ ἆπος. Euſtath. Iliad. Γ. p 288. Εὐριπίδης δὲ ἆπος οὐδετέρως τὸν κάματον ἔφη. Heſychius: Αἶπος, κάματος, ἢ ὑψηλὸς τόπος ἢ ὑλώδης.

CCCCVI.

Tzetzes ad Lycophronem p. 150. narrat Hiſtoriam, ut Locri quotannis binas virgines Trojam miſerint ſacrificandas, idque per ſpatium mille annorum: χιλίων δὲ ἐτῶν παρελθόντων μετὰ τὸν Φωκικὸν πόλεμον, ἐπαύσαντο τῆς τοιαύτης θυσίας, ὥς φησι Τίμαιος ὁ Σικελός. μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος.

CCCCVII.

Servius ad III. Æneid. *Ænam, oppidum Thraciæ Euphorion & Callimachus hoc dicunt etiam, quod Ænum dicatur a ſocio Ulyſſis illic ſepulto, eo tempore quo miſſus eſt ad frumenta portanda.*

CCCCVIII.

Varro de Lingua Latina lib. IV. *Lana Græcum, ut Polybius & Callimachus ſcribunt.*

CCCCIX.

Varro de L. L. lib. VI. *Caſmillus verbum Græcum arbitror: quod apud Callimachum in poematis ejus inveni.* Macrobius Saturnal. III. c. 8. *Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo ait, dixiſſe Callimachum Tuſcos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo ſignificant præminiſtrum Deorum.*

CCCCX.

Scholiaſtes Apollonii I. v. 1216. Περιϊζυόμενος δὲ Δρυόπων Ἡρακλῆς, καὶ ἀνελὼν τὸν Θειοδάμαντα, ἀνεδέξατο τὸν τούτου υἱὸν Ὕλαν, καὶ τὸ πᾶν δὲ ἔθνος διὰ τὴν λῃστείαν μετῴκισεν περὶ Τραχῖνα τὴν Θεσσαλικὴν πόλιν καὶ τὴν Οἴτην τὸ ὄρος πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Φωκίδος. ἵνα τῇ πολλῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμιξίᾳ τοῦ λῃστρικοῦ ἤθους ἀπόσχωνται. τούτων δὲ καὶ ὁ Καλλίμαχος μέμνηται. Vide Etymol. Magnum in Ἀσινεῖς; ubi habes Callimachi Fragmentum: Δειλαίοις Ἀσινεῦσιν ἐπὶ τριπῖῆρες ἁρπάσαι.

CCCCXI.

Scholiaſtes Euripidis ad Medeam v. 1334. Παρὰ τὴν Ἑστίαν καὶ τὸν βωμὸν ἀνεῖλεν, ὡς Ἄψυρτον· ἢ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς Ἀπολλώνιός φησιν. ἢ ἔποικον ἐν τῇ πατρίδι, ὡς Καλλίμαχος.

CCCCXII.

Euſtathius ad Iliados Λ. p. 758. Καὶ Πανὸς δὲ λεγομένου τοῦ κατὰ κλῆσιν δαιμονίαν, ἕτερον ἀπ' ἐκείνου φασὶ τὸν καταφερῆ καὶ συνουσιαστικόν. ὅθεν παρὰ Καλλιμάχῳ τὸ πᾶν τρύπανον αἰπολικόν.

CCCCXIII.

Johannes Tzetzes Chiliad. IV. n. 138.

Καὶ τί φημί σοι τὰ φυτά; Ῥόδιόν ἐστιν ὄρος
Τὴν κλῆσιν Αταβύριον, χαλκᾶς πρὶν ἔχον βόας.
Αἱ μυκηθμὸν ἐξέπεμπον, χωροῦσης Ῥόδῳ βλάβης.
Πίνδαρος καὶ Καλλίμαχος γράφει τὴν ἱστορίαν.

CCCCXIV.

Tertullianus de Corona militis cap. VII. Junoni vitem Callimachus induxit; ita & Argis ſignum ejus palmite redimitum, ſubjecto pedibus corio leonino, inſultantem oſtentans novercam de exuviis utriuſque privigni. Hercules nunc populum capite præfert, nunc oleaſtrum, nunc apium Habes tragœdiam Cerberi; habes Pindarum atque Callimachum, qui & Apollinem memorat, interfecto Delphico Dracone, lauream induiſſe qua ſupplicem. Erant enim ſupplices coronarii apud veteres.

CCCCXV.

CCCCXV.

Phlegon de Mirabilibus, cap. IV. Ἱϛορεῖ δὲ Ησίοδος, καὶ Δικαίαρχος, καὶ Κλείταρχος, καὶ Καλλίμαχος, καὶ ἄλλοι τινες περὶ Τειρεσίου τάδε. *Sequitur fabula de Tireſia & ſequentibus coeuntibus.*

CCCCXVI.

Idem cap. V. Οἱ αὐτοὶ ἱϛοροῦσι κατὰ τὴν Λαπιθῶν χώραν &c. *De Cænide muliere in virum mutata.*

CCCCXVII.

Stephanus Byzantius: Αἰθιόπιον, χωρίον Λυδίας παρὰ Ὕλλῳ, πλησίον τοῦ Ευρίπου, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία. οἱ δὲ, ὅτι παρὰ τοῖς Αἰθίοψι διάγουσαν Ἀπόλλων ἤγαγεν αὐτήν. Οἱ δὲ, τὴν αὐτὴν τῇ Σελήνῃ, παρὰ τὸ αἴθειν, ὡς Καλλίμαχος. In MSStis legitur Αἰθόπιον, & Ἄρτεμις Αἰθοπία: & profecto veriſſima ea lectio eſt, ΑΡΤΕΜΙΣ ΑΙΘΟΠΙΑ. DIANA ÆTHOPIA. Quod verbum, quia hactenus inauditum eſt, gemina auctoritate confirmabimus. In Anthologia inedita eſt Epigramma quoddam, *ſupervacuum & prorſus mendoſum*, ſi fides librario, qui περισσὸν vocat & ὁλόσφαλτον, id utrinque conſcribillatum exhibens ad hunc modum:

Ὡς Σαπφοῦς

Εἰς τὸ ἀντίϐολον οὐ κεῖται τοῦ Κυροῦ Μιχαήλου. πόθεν οὖν ἐγράφη, οὐκ οἶδα.

		Ο
Π	Παῖδες ἀιφωνος ἐοῦσα τε τ' εἰνέπω αἰ τί σε ρητα	Λ
Ε		Ο
Ρ	Φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα περὶ ποδῶν	Σ
Ι	Αἰθοπία με κόρα Λατοῦς ἀνέθηκεν ἀείςα	Φ
Σ	Ερμοκλείταιο πως αυν αΐδα.	Α
Σ	Σὸς πρόπολος δέσποινα γυναικῶν ἄσυχα ρεισα	Λ
Ο		Τ
Ν	Πρόφρων ἁμετέραν εὐκλεΐσον γενεάν.	Ο
		Ν

Ubi illud, quod dixi, clare docetur, Dianam vocari Αἰθοπίαν κόραν Λατοῦς. Totum autem Epigramma vide annon hoc modo poterit emendari:

Παῖδες, ἄφωνος ἔοισά τ', ἔτ' ἐννέπω, ἄι τις ἔρηται.
Φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα περὶ ποδῶν.
Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀρισὼ
Ερμοκλείδαο τῶ Σαϊωνιάδα,
Σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ᾇ σὺ χαρεῖσα,
Πρόφρων ἁμετέραν εὐκλεΐσον γενεάν.

Pueri

Pueri; & ſi muta ſim, adhuc loquor, ſi quis interroget:

Vocem non defecturam ante pedes ponens.
Æthopiæ Latonæ filiæ me dedicavit Ariſto
Filia Hermoclidæ filii Sajonis,
Tua miniſtra, o domina mulierum: qua tu lætata,
Lubens familiam noſtram fac celebrem.

Statua dicit, ſe vel mutam loqui poſſe; ſi quis inſcriptionem quatuor qui ſequuntur verſiculis conſtantem legere velit, ante pedes in baſi poſitam. Proprie autem dictum κατθεμβῶα. Nam καταπίθεσθαι eſt, *literis aliquid mandare*. Recte quoque emendavimus, ᾧ σὺ χαρεῖσα. Dii tum χαρῆναι dicuntur, cum victimas vel dona lubentes accipiunt, aut donantibus ſunt propitii. Ariſtophanes Nubibus:

Επακύσατε δεξάμεναι θυσίαν, καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι.

Quamobrem & illud Phædri Epigramma ineditum eodem modo corrigendum:

Καλλίστρατός σοι, Ζηνὸς ὦ διάκτορε,
Εθηκε μορφῆς ξυνὸν ἥλικος τύπον,
Κηφισιεὺς ὁ κῦρος. ᾧ χαρεὶς, ἄναξ,
Απολλοδώρε παῖδα καὶ πάτερα σάω.

In Codice MSto legitur, ὦ χάρις ἄναξ. Alterum teſtimonium de Diana ÆTHOPIA extat in Antipatri Epigrammate, quod ex Cod. MSto edidit Vir Clariſſimus Lucas Holſtenius; in Notis ad Stephanum v. Αμφόπολις. Αντιπάτρε ἐπίγραμμα ἐπιτύμβιον δυσνόητον καὶ ἐσφαλμένον.

Στρύμονι καὶ μεγάλῳ πεπολισμένον Ελλησπόντῳ
Ηειον Ηδώνης Φυλλίδος Αμφιπόλει
Λοίπατοι Ανθιόπης Βραυρωνίδος ἴχνια νηῷ
Μίμνει, καὶ ποταμῦ τ' ἀμφιμάχητον ὕδωρ
Τὴν δὲ πότ' Αἰγείδῃσιν μεγάλην ἔριν ὡς ἁλιανθεὶς
Τρῦχος ἐπ' ἀμφοτέραις δερκόμεθ' ἠϊόσιν.

Quod quidem Epigramma non injuria *mendoſum* appellat *& intellectu difficile* librarius Græcus. Vide autem, an hoc pacto clarius & ſincerius reddi poſſit.

Στρύμονι καὶ μεγάλῳ πεπολισμένη Ελλεσπόντῳ
Ηειον Ηδονῆς Φυλλίδος Αμφιπόλει.

Λοιπά

Λοιπά τοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια ναῷ
Μίμνει, πὰρ ποταμοῦ τἀμφιμάχητον ὕδωρ,
Τῆνδε πότ' Αἰγείδαις μεγάλην ἔριν. ὡς ἁλιανθὲς
Τρῦχος, ἐπ' ἀμφοτέραις-δερκόμεθ' ἠϊόσιν.

In Strymone & magno Helleſponto conditâ
Amphipoli ſepulchrum eſt Edonæ Phyllidis.
Cætera autem veſtigia in Æthopiæ Brauronidis templo
Manent, prope fluvii aquam de qua pugnatum eſt,
Magnum illud olim Ægidis certamen: tanquam cæruleus
Pannus, in ambobus conſpicimur littoribus.

Phyllidi mulieri Threſſæ (ſcio Φυλλίδα Thraciæ regionem eſſe; ſed nihil ad hoc Epigramma) monumentum poſitum Amphipoli, quæ urbs ſita eſt in oſtio Strymonis in Helleſpontum influentis: Ejuſdem vero Phyllidis anathemata viſuntur in Dianæ fano ſito in adverſa ripa Strymonis, de quo fluvio ſtrenue olim ab Athenienſibus pugnatum eſt, duce Cimone: adeo ut utroque Strymonis littore Phyllidis reliquiæ conſpiciantur; veluti cæruleum vexillum de malo navis ſuſpenſum.

DE

DE
CALLIMACHO
TESTIMONIA VETERUM.

Lucianus de ſcribenda Hiſtoria p. 371. Οἷον ὁρᾷς τί καὶ Ὅμηρος ὡς μεγαλόφρων ποιεῖ. καί τοι ποιητὴς ὤν, παραθεῖ τὸν Τάνταλον, καὶ τὸν Ἰξίονα, καὶ Τίτυον, καὶ τοὺς ἄλλους. Εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε; &c.

Scriptor incertus apud Suidam: Σεβηριανὸς ἀπὸ Δαμασκοῦ —— τὰ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ποιητῶν ἀπεδέχετο μετρίως. τὸν δὲ Καλλίμαχον εἰς χεῖρας λαβὼν, οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ κατέσκωπτε τὸν Λίβυν ποιητήν. ἀνιώμενος δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἤδη πολλαχοῦ καὶ τῷ βιβλίῳ προσέπτυσε.

Proclus in Timæum Platonis p. 28. Εἴπερ γάρ τις ἄλλος, καὶ ποιητῶν ἄξιος ὁ κριτὴς ὁ Πλάτων, ὡς καὶ Λογγῖνος συνίστησιν. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προυτίμησε, καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις, ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς.

Strabo lib. XVII. p. 837. Λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου, πρόγονον δὲ τοῦτον ἑαυτοῦ φάσκει ὁ Καλλίμαχος. Et ibidem: Κυρηναῖος δέ ἐστι καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν; ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὁ δὲ καὶ ταῦτα καὶ περὶ φιλοσοφίαν καὶ τὰ μαθήματα εἴ τις ἄλλος διαφέρων.

Scriptor vitæ Apollonii Rhodii: Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων (ὁ Ἀπολλώνιος) Καλλιμάχου μαθητὴς, τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ τῷ ἰδίῳ διδασκάλῳ. Et ibidem: Οὗτος ἐμαθήτευσε Καλλιμάχῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὄντι γραμματικῷ. —— τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἐπανῆλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ αὖτις ἐκεῖσε ἐπιδειξάμενος εἰς ἄκρον ἐνδοκίμησε, ὡς καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ Μουσείου ἀξιωθῆναι αὐτὸν, καὶ ταφῆναι δὲ σὺν αὐτῷ τῷ Καλλιμάχῳ. Suidas: Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς —— μαθητὴς Καλλιμάχου.

Scriptor vitæ Arati: Συνήκμασε δὲ Ἄρατος Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ, καὶ Καλλιμάχῳ, καὶ Μενάνδρῳ, καὶ Φιλητᾷ. Et ibidem: Γηραιῷ δὲ τῷ Κυρηναίῳ ἐπεβάλλετο, παρ' οὗ καὶ ἐπιγράμματος ἠξιώθη. Notandus eſt eorum error, qui Geræum neſcio quem Cyrenenſem poetam ex his verbis ſibi comminiſcuntur: legendum enim γηραιῷ; & ſententia eſt, *Aratum innotuiſſe Callimacho jam ſeni; a quo & Epigrammate dona-*

tum

tum eſſe. Nimirum illud ipſum eſt Epigramma; quod ſupra a nobis editum & explicatum eſt;

> Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος. &c.

Scriptor vitæ Theocriti. Ἐγένετο δὲ ὁ Θεόκριτος ἰσόχρονος τούτου Ἀράτου καὶ Καλλιμάχου καὶ Νικάνδρου.

Aulus Gellius lib. XVII. c. 21. Neque diu poſt Callimachus poeta Cyrenenſis Alexandriæ apud Ptolemæum regem celebratus eſt.

Solinus cap. XXVII. Major Syrtis oſtentat oppidum, Cyrenas vocant: quæ domus Callimacho poetæ fuit patria.

Suidas: Ἀσυάγης γραμματικός. τέχνην γραμματικὴν —— καὶ εἰς Καλλίμαχον τὸν ποιητὴν ὑπόμνημα.

Idem: Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου, γραμματικός. τῶν Καλλιμάχου ἐπιγραμμάτων ἐξήγησιν.

Idem: Μαριανός, —— ἔγραψε μετάφρασιν Καλλιμάχου Ἑκάλης, Ὕμνων, καὶ τῶν Αἰτίων, καὶ τῶν Ἐπιγραμμάτων ἐν Ἰάμβοις ςων

Idem: Νικάνωρ ὁ Ἑρμείου Ἀλεξανδρεὺς γραμματικός, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος —— ἔγραψε περὶ στιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ.

Idem: Ἐρατοσθένης Κυρηναῖος, μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίστωνος Χίου, γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου, καὶ Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ.

Strabo lib. XIV. Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ Ἁλικαρνασσοῦ —— Ἡράκλειτος ὁ ποιητής, Καλλιμάχου ἑταῖρος. In hunc Heraclitum extat Epigramma.

> Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε, τεὸν μόρον. &c.

Etymologicon Magnum: Ἀλυτάρχης, ῥαβδοφόροι ἀλύται. Ἥδυλος δὲ εἰς τὴν ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας, ἀλλύτας.

Athenæus lib. 8. 331. Φιλοστέφανος δὲ, ὁ Κυρηναῖος μὲν γένος, Καλλιμάχου δὲ γνώριμος, ἐν τῷ περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν.

Suidas: Ἴστρος, Μενάνδρου Ἴστρου, Κυρηναῖος ἢ Μακεδών. Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος. Unde a veteribus paſſim vocatur Ἴστρος ὁ Καλλιμάχειος.

Anthologiæ lib. III. c. 25. Ἄδηλον.

> Ὦ μάκαρ ἀμβροσίῃσι συνέστιε φίλτατε Μούσαις,
> Χαῖρε, καὶ εἰν Ἀΐδεω δώμασι Καλλίμαχε.

Ibidem: lib. II. Εἰς Γραμματικούς. Philippi.

> Γραμματικοὶ, Μώμου στυγίου τέκνα, σῆτες ἀκάνθων,
> Τελχῖνες βίβλων, Ζηνοδότου σκύλακες,
> Καλλιμάχου στρατιῶται, ὃν ὡς ὅπλον ἐκτανύσαντες
> Οὐδ' αὐτοῦ κείνου γλῶσσαν ἀποστρέφετε. &c.

Antiphanis.

> Τῶν μεγάλων κηλῖδες; ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες,
> Πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες.

Incerti.

Γινώσκοιμ' ὅσα λευκὸν ἔχει στίχον. ἡ δὲ μέλαινα
Ισοβίη τύχοι τὺς παρακαλλιμάχυς.

Palladæ. lib. I. c. XVII.

Καλλίμαχον πωλῶ καὶ Πίνδαρον, ἠδὲ καὶ αὐτὰς
Πτώσεις γραμματικῆς, πλῶσιν ἔχων πενίης.

Propertius II. I.

Sed neque Phlegræos Jovis Enceladique tumultus
Intonet anguſto pectore Callimachus.

III. I.

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ,
In veſtrum, quæſo, me ſinite ire nemus.

III. VIII.

Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos:
Et ceciniſſe modis, pure poeta, tuis:

II. Eleg. ultima.

Tu ſatius memorem muſis imitare Philetam,
Et non inflati ſomnia Callimachi.

IV. I.

Ut noſtris tumefacta ſuperbiat Umbria libris:
Umbria Romani patria Callimachi.

IV. VI.

Cera Philetеis certet Romana corymbis:
Et Cyrenæas urna miniſtret aquas.

Catullus LXVI.

Sed tamen in tantis mœroribus, Ortale, mitto
Hæc expreſſa tibi carmina Battiadæ.

XCVII.

Sæpe tibi ſtudioſo animo venante requiris
Carmina uti poſſem mittere Battiadæ.

Ovidius.

Battiades ſemper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

*

Hoc, memini, quondam fieri non poſſe loquebar,
Et me Battiades judice falſus erat.

Sit

Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota Philetæ,
Sit quoque vinoſi Teïa muſa ſenis.

Callimachum fugito; non eſt inimicus amori:
Et cum Callimacho tu quoque Coe noces.

Statius Epithalamio Stellæ.

— hunc ipſe choro plaudente Philetas,
Callimachuſque ſenex, Umbroque Propertius antro
Ambiſſent laudare ducem —

F I N I S.

AD COMAM BERENICES, CATULLI.

CALLIMACHI FRAGMENTA, QUÆ HUC PERTINENT.

Ἠδὲ Κόνων μ᾽ ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, τ Βερενίκης
Βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε Θεοῖς.

Et Conon me in æthere conſpexit, Berenicæ
Cincinnum, quem illa Diis omnibus dedicavit.

Scholiaſtes Arati p. 21. Κόνων ὁ μαθηματικὸς Πτολεμαίῳ χαριζόμενος Βερενίκης πλόκαμον ἐξ αὐτοῦ κατηστέρισε. Τοῦτο δὲ Καλλίμαχός πού φησιν,

Ἠδὲ Κόνων μ᾽ ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης
Βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

Quæ Catullus ſic παραφράζει.

Idem me ille Conon cæleſti in lumine vidit,
E Bereniceo vertice cæſariem
Fulgentem clare: quam multis illa Deorum
Levia protendens brachia pollicita eſt.

—— χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Γειόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτὸν, οἵ μιν ἔφηναν.

—— ut Chalybum genus pereat
Qui illud e terra naſcens monſtrarunt, ſtirpem malam.

Scholiaſtes Apollonii I. v. 1323. Χάλυβες, ἔθνος Σκυθίης, ὅπου ὁ σίδηρος γίνεται. Καλλίμαχος. Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος. Et lib. II. v. 375. Χαλύβων μέμνηται καὶ Καλλίμαχος.

—— Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Γειόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτὸν, οἵ μιν ἔφηναν.

Quæ Catullus ſic expreſſit:

Jupiter, ut Chalybum omne genus pereat.
Et qui principio ſub terra quærere venas
Inſtitit, ac ferri fingere duritiem.

Σὺν

Σήν τε κάρην, ὤμοσα σόν τε βίον.

Adjuro tuum caput & vitam tuam.

Etymologicon Magnum v. Θηλαμών. Κάρη θηλυκῶς, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ,

Ἦν τε κάρην ὤμοσα σόν τε βίον.

Lege:

Σήν τε κάρην;

Quæ ſic Latine vertit Catullus, v. 40.

- - *Adjuro teque tuumque caput.*

Hyginus in Poetico Aſtronomico c. XXIV. *Sunt aliæ ſeptem ſtellæ ad caudam Leonis in triangulo collocatæ, quas crines Berenices eſſe Conon Samius Mathematicus & Callimachus dicit, cum Ptolemæus Berenicen Ptolemæi & Arſinoes filiam ſororem ſuam duxiſſet uxorem, & paucis poſt diebus Aſiam oppugnatum profectus eſſet, voviſſe Berenicen, ſi victor Ptolemæus rediiſſet, ſe detonſuram crinem: quo voto damnatam crinem in Veneris Arſinoes Zephyritidis poſuiſſe templo; eumque poſtero die non comparuiſſe. Quod factum cum rex ægre ferret, Conon Mathematicus (ut ante diximus) cupiens inire gratiam regis, dixit crinem inter ſidera videri collocatum: & quaſdam vacuas a figura ſeptem ſtellas oſtendit, quas eſſe fingeret crinem. Hanc Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere, & ad Olympia mittere conſuetam fuiſſe. Alii dicunt hoc amplius, Ptolemæum Berenices patrem multitudine hoſtium perterritum fuga ſalutem petiſſe: filiam autem ſæpe conſuetam, inſiluiſſe in equum, & reliquam exercitus copiam conſtituiſſe, & complures hoſtium interfeciſſe, reliquos in fugam conjeciſſe: pro quo etiam Callimachus eam magnanimam dixit.*

NOTÆ

NOTÆ AD ELEGIAM
CATULLI
DE COMA BERENICES.

V. 1.

Omnia qui magni diſpexit lumina mundi.

Iſaacus Voſſius *lumina* illa obelo confodit; & ex Codd. ſuis MStis, qui habent *munera*, reſtituit *mœnia*:

Omnia qui magni diſpexit mœnia mundi.

Sane quidem ita veteres locutos eſſe conſtat; Lucretium ſæpe:

Maxima diſſiluiſſe capacis mœnia mundi.

& Ovidium:

Ingentia mundi mœnia.

Sed amabo an apud quenquam poetarum reperias, *Omnia* mundi mœnia? Quot enim ſunt? Mœnia hic ſunt extremum, finis, terminus. Plura itaque mundi mœnia eſſe non poſſunt, ſed duntaxat una Bene ergo ſe habet τὸ *lumina*. Fortaſſe autem pro *diſpexit*, quod cujusvis eſt qui oculos ſanos habet, legendum *deſcripſit*; quod eſt Aſtrologorum. Virgilius:

Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem:

& alibi:

Cælique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.

Lucretius:

Ut ratio declarat eorum, qui loca cæli
Omnia diſpoſitis ſignis ornata notarunt.

V. 23.

Quum penitus mœſtas]

Lego:

Quam penitus mœſtas exedit cura medullas!
Ut tibi nunc toto pectore ſollicita &c.

V. 33.

Atque ibi pro cunctis, pro dulci conjuge, divis
Non ſine taurino ſanguine pollicita es:

Legendum: Atque ibi ME cunctis &c. *me comam* pollicita es: Sic verſ. 7.

Idem ME *ille Conon - - quam multis illa Deorum*
Levia protendens brachia POLLICITA *eſt.*

Hyginus: *Voviſſe Berenicen, ſi victor Ptolemæus rediiſſet, ſe detonſuram crinem.* Certiſſima hæc eſt emendatio: Voſſius tamen *pro cunctis* interpretatur; *pro toto exercitu*: ſed melius, ni fallor, τὸ πρὶν ſervaret

varet Callimachus; quam ut Berenicen prius pro exercitu quam pro Rege & Marito vota facientem induceret. Deinde, ſi ea eſſet ſententia; dixiſſet, *ſi reditum tetuliſſent*, numero plurali. Poſtremo *cunctis* conſtruendum eſſe cum divis ex ipſo Callimacho conſtat,

Βόστρυχον, ὃν κείνη ΠΑΣΙΝ ἔθηκε ΘΕΟΙΣ.

V. 44.

Ille quoque everſus mons eſt, quem maximum in oris
Progenies Phthiæ clara ſupervehitur.

Miris modis ſe torquent interpretes, ut *Medos* per longas ambages ex ſtirpe *Phytiæ* vel *Clytiæ* vel *Thiæ* oriundos eſſe probent. Pudet me hercle inepti laboris; cum in promptu ſit vera lectio, & expedita ſententia:

Progenies Thiæ clara ſupervehitur.

Clara progenies Thiæ eſt Sol, Thiæ & Hyperionis filius. Pindarus Iſthm. v.

Μᾶτερ ἀελίου πολυώνυμε Θεία. Heſiodus:

Θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε σελήνην
Γείναθ', ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.

Vide etiam Etymologicon Magnum & Apollodorum. Et Apollonii Schol. lib. iv. Senſus eſt, *Quid crines adverſus ferrum facient; cum ferro everſus ſit Athos, omnium montium, ſupra quos Sol vehitur, maximus?* Proverbiale dictum; Maximus, optimus, pulcherrimus &c. Omnium, quos Sol videt. Plautus: *Meliorem neque tu reperies, neque vidit Sol.* Sic alii, & Latini & Græci.

V. 53.

—— Memnonis Æthiopis
Unigena impellens nutantibus aera pennis.

Omnino nutans & languidum eſt illud epitheton *nutantibus*: ſed a librariis profectum eſt, non a Catullo; qui ſine dubio ſcripſit.

Unigena impellens NICTANTIBUS *aera pennis.*

Quid ſit *nictari*, vide apud Feſtum: Lucretius lib. vi.

Cujus ubi e regione loci venere volantes;
Claudicat extemplo pennarum NISUS *inanis,*
Et conamen utrinque alarum proditur omne:
Hic ubi NICTARI *nequeunt, inſiſtereque alis.*

Virgilius iv.

Hic primum paribus NITENS *Cyllenius alis.*

V. 54.

Obtulit Arſinoes Chloridos ales equus.

Zephyri quidem uxor erat, nomine Chloris: ſed Arſinoen ſive Venerem cognomento Chlorida dictam nemo veterum memoriæ prodidit. Achilles Statius Luſitanus vir doctiſſimus, qui tres MSS. Catulli Codices verſaverat, duos ex his *Locridicos* pro Chloridos, tertium *Locritos* habere teſtatur. Quare, ut opinor, haud incerta eſt hæc emendatio:

Ob-

Obtulit Arſinoes Locridos ales equus.

Et *Locris* quidem Venus ſive Arſinoe dicetur, eadem plane de cauſa ac *Zephyritis* in verſu ſequenti.

Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat.

Et in Callimachi Epigrammate:

Κόγχος ἐγὼ, Ζεφυρῖτι, παλαίτερον. ἀλλὰ σὺ νῦν με,
Κύπρι, Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις.

Nam ut Zephyritis a Zephyrio Africæ promontorio, ita & Locris dicetur a gente Locrorum, qui regionem eam tenebant. Ptolemæus p. 101. in Pentapoli Africæ ponit Βερενίκην, Ἀρσινόην, & Ζεφύριον ἄκρον: ut vel dubitare nequeas, quin ab iſto Zephyrio dicta ſit Venus Arſinoe Zephyritis. Quod ſi itaque & Locri fuerint in Pentapoli Africæ, jam certa reddetur ratio, cur & Arſinoe Locris appellata ſit. Sed ecce tibi teſtes luculentos Virgilium & Servium: Æneid. XI.

Libycoque habitantes æquore Locros.

Ad quem locum hæc Servius: *Locri ſocii Ajacis Oilei fuerunt Epizephyrii & Ozoli. Sed hi tempeſtate diviſi ſunt — Ozoli vero delati* PENTAPOLIM, *de quibus nunc quæritur, Libycoque habitantes æquore Locros.*

V. 73.

Non ſi me infeſtis diſcerpant ſidera *dictis.*

Ferri fortaſſe poterit hæc lectio: nequeo tamen a me impetrare, ut a Catullo ſic ſcriptum eſſe credam; ſed aliud quid melius, ni fallor, & elegantius:

Non ſi me infeſtis diſcerpant ſidera dextris.

Livius de Romulo: *Fuiſſe tum quoque aliquos, qui* DISCERPTUM *regem patrum* MANIBUS *taciti arguerent.* Quid quod *diſcerpere* proprie dicatur de cirro, nodo, corolla? ſed illud manibus fit, non dictis. *Dextris* autem vel de *ſideribus* recte dictum; cum in iis pluria ſint ἀνθρωπόμορφα. Reliqua vero, quæ *dextra* carent, ea neque *dicta* proferre poſſint.

V. 91.

Sanguinis expertem ne ſiveris eſſe tuam me,
Sed potius largis adfice muneribus.

Jure, ut opinor, culpandus eſt Callimachus, qui comam inducit rogantem, ut ſanguine ſibi litetur: qui crinibus abominandus magis, quam expetendus.

Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines.

Sed omnino legendum: *Unguinis* expertem: Quid enim coma ſibi exoptet præter unguenta? Hinc eſt, quod paulo ante a novis nuptis *onychem* petat: onychem ſcilicet plenum unguento. Horatius:

Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Nota autem τὸ *muneribus* in verſu proximo: inde enim firmatur hæc emendatio; quia eadem uſurpat noſter, ubi paulo ante de unguentis loquitur: *Quam jucunda mihi munera libet onyx.*

F I N I S.

IN

CALLIMACHI
HYMNOS
ANNOTATIONES
NICODEMI FRISCHLINI.

ANNOTATIONES IN HYMNUM PRIMUM, qui eſt in JOVEM.

Verſ. 1. Ζηνὸς ἔοι τί κεν ἄλλο] Sumpta occaſione a ſacris, quæ feſto die in honorem Jovis peragebantur, γενέθλια ipſius hoc primo hymno proſequitur: a patria, parentibus, educatione admiranda, rebus geſtis, & virtutibus, quibus regnum cœleſte adeptus ſit: a rerum denique humanarum, & præcipue regnorum, cura & adminiſtratione, Jovem ſerio ac religioſe commendans. Quem quidem hymnum cæteris merito præpoſuit. Nam, a Jove principium, quoniam Jovis omnia plena. Etſi autem multa in hoc & aliis hymnis continentur quæ profana & impia in Deum ſuperſtitione non carent: (de quo tam frivola & divina majeſtate indigna proponuntur commenta) ſunt tamen in iiſdem non pauca quæ nos de maximis rebus utiliter commonefacere poſſunt. de quibus ſuo loco.

V. 3. Πηλογόνων ἐλατῆρα] Gigantes a Latinis etiam Terrigenæ & Terræ proles dicuntur, propter incertam & ignobilem generis originem. Orpheus in Hymnis,

Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν,
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο, καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Quibus verbis ad etymologiam nominis alludit. De pugna vero Gigantum lege Heſiodum in Theogonia, Ovidium lib. 1. Metam. & Faſtorum lib. 5. Item Claudianum in Gigantomachia. Ejuſdem meminit Virgil. in 6. Horat. l. 3. Carm. ode 4. Homerus in Batrachomyomachia. Quanvis autem ea quæ de Gigantibus cœlo arma inferre auſis poetæ fabulantur, etiam Cicerone teſte, dicantur & credantur ſtultiſſime, & plena ſint futilitatis, ſummæque levitatis: nihilominus tamen, ſi dextre ac ſobrie intelligantur, pauloque altius expendantur, aliquam veritatem earum rerum quas diabolus hujuſmodi figmentorum nebulis tegere & obſcurare voluit, ſub iſta fabula latere, aperte conſtabit. Quis enim e ſacris literis non didicit, primos humani generis propagatores, πηλογόνους, hoc eſt e limo terræ formatos, poſteaquam Satanæ fraudibus & technis eluſi fuiſſent, Dei mandato neglecto & ſpreto, honores divi-

divinos affectaſſe, ſed e paradiſo miſerrime ejectos & expulſos eſſe? Quis neſcit poſteros Noe excelſiſſimam turrim, quaſi coacervatis montibus erigere conatos, cujus culmen, ſummum cœli verticem attingeret? ſed ab opere incepto divina vi prohibitos fuiſſe? Quis ignorat, ipſum Satanam, cum omni cœtu cacodæmonum, in Tartarum abjectum eſſe? Quid denique Gigantes aliud (Macrobio teſte) fuiſſe credendum eſt, quam impiam quandam gentem, deos negantem, & ideo exiſtimata Deum pellere de cœleſti ſede voluiſſe? Beroſus l. 1. Antiquit. Babylonicos Gigantes vocat, qui temporibus Noe, diluvio abſorpti ſunt.

Ibid. δικασπόλον] Dionyſius Antiquit. Rom. l. 5, *Optimus rex habebatur qui eſſet juſtiſſimus & legum ſervantiſſimus, nuſquam diſcedens ab inſtitutis patriis.* id quod ex Homero liquet, appellante reges δικασπόλυς, ſive θεμιστοπόλυς, hoc eſt, *juris redditores, ſive juridicos.*

V. 4. Δικταῖον ἀείσομεν, ἠὲ Λυκαῖον;] De Jovis patria diu ac longum inter mortales certamen fuit ſemper, aliis atque aliis populis eum civem & alumnum ſibi vendicantibus. Præ omnibus autem reliquis præcipue inter ſe digladiabantur Arcades & Cretenſes: quorum hi, ut mendacium mendacio cumularent, non ſolum apud ſe natum Jovem, ſed etiam ſepultum eſſe gloriabantur. Quorum vanitatem ſalſe ridet Callimachus. Appellatus eſt autem Juppiter Dictæus, a Dicte ſeu Dicto, monte Cretenſi, in quo enutritus eſſe dicitur. (vide Strab. l. 10. Geographiæ) Lycæus vero, a monte Arcadiæ Lycæo, in quo natus eſt, templumque habuit: de quo idem Strabo, in fine 8. Geogr. At Lycæus a Lycaone Pelaſgi filio dictus eſt, teſte Pauſania.

V. 5. ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.] *Omnes* (inquit Pauſanias in Meſſeniacis) *qui Jovem apud ſe natum & educatum contendunt, enumerare difficile fuerit.* Et Euſebius Cæſarienſis lib. 3. Euangelicæ præpar. ſcribit *nationes ferme omnes deum ſibi Jovem conſtituiſſe, diverſis nominibus appellatum: eundemque apud ſe natum dixiſſe.* Plura pete ex tertio libro Ciceronis de Natura Deorum.

V. 6. Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν] Ide mons Cretæ, *tanta altitudinis* (ut refert Solinus) *ut ante ſolis ortum, ſolem videat:* quod Diod. Siculus l. 17, Idæ Phrygiæ adſcribit: quæ a Cretenſi nomen accepit, ut Virgil. 3. Æneid. autor eſt.

V. 8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] Notat Cretenſium vanitatem: de quibus proverbium natum eſt, πρὸς Κρῆτα κρητίζειν. Hoc hemiſtichion D. Paulus ex Epimenide repetit, epiſt. ad Tit. c. 3.

Ibid. καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο] De Jovis in Creta ſepulcro lege Diodorum Siculum l. 4, Ciceronem l. 3. de Nat. Deorum: Solinum in Polyhiſt. c. 16. Melam, l. 2. c. 7. Lactantium de falſa Religione, l. 1. c. 11. Lucianum item in ſacrificiis, & Politianum in Miſcell. c. 35.

V. 9. σὺ δ᾽ οὐ θάνες.] Vanitatem Cretenſium de Jovis ſepulcro nugantium a proprietate divini numinis redarguit, quæ eſt, Deum eſſe æternum, immortalem & incorruptibilem. Dii enim, ut Plutarchus περὶ δεισιδαιμονίας inquit, ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι, πόνων τε ἄπειροι, βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος.

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον·
Οὕνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

ut Homerus dixit.

V. 10. Ἐν δέ σε Παῤῥασίῃ] Diſſentientes Arcadum & Cretenſium de patria Jovis opiniones ita componit Callimachus, ut Jovem in Arcadia quidem natum, ſed in Creta educatum a Corybantibus prodat. Cujus ſententiæ Pauſan. in Arcad. Strabo l. 8. & 10. Geographiæ, Heſiodus in Theog. & Ovid. 4. Faſt. ſubſcribunt. Arcadia vero dicta eſt Parrhaſia, a Parrhaſo, uno filiorum Lycaonis: Steph. περὶ πόλεων. Ubi tamen non regionem, ſed civitatem dumtaxat Parrhâſiam fuiſſe tradit. Et Strabo Parrhaſios gentem Arcadiæ nominat. δοκεῖ, inquiens, παλαιότατα ἔθνη εἶναι τὰ Ἀρκαδικὰ τῶν Ἑλλήνων, Ἀζᾶνές τε καὶ Παῤῥάσιοι, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι.

Ibid. Ῥείη τίκεν] De Jovis natalibus, fratribus & ſororibus, lege Heſiodum in Theogonia.

V. 11. Ἔσκεν ὄρος] Nemus in monte Lycæo, ubi Rhea Jovem partu enixa eſt, a proprio quodam accidenti deſcribitur: cujus & Pauſanias in Arcadicis ſic meminit. *Spectatur*, inquit, *in jugo ſpelunca Rheæ, quo nulli hominum præterquam ſolis deæ ſacra facientibus fœminis introire fas eſt.* Et eodem in libro, *Si quis contempta religione introierit, neceſſe omnino eſt eum intra annum e vita excedere.*

V. 14. Ἀπιδανῆες] Stephanus, Ἀπιδόνες, καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἀπὸ Ἀπίδονος ποταμοῦ, ἢ τοῦ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπίδονος. Legitur etiam Ἀπιδανῆες apud Dionyſium de ſitu Orbis.

V. 16. ὦ κε τόκοιο λύματα] De Jovis recens nati lavacro & purgationibus itidem diſſimiles ſententiæ, ut de loco nativitatis, apud ſcriptores propoſitæ reperiuntur. Nam Meſſenii (ut Pauſanias confirmat) in Ithomes jugo fontem Clepſydram fuiſſe aſſeruerunt, in quo ab Ithome & Neda nymphis nutricibus Juppiter lotus fuerit. Idem in Arcadicis duorum fluminum mentionem facit, Luſii ac Lymacis, in quibus Jovem recens natum, a ſordibus emundatum fuiſſe ſcribit. Ac de Lymace quidem quæ ibi traduntur, quod huic loco lucem aliquam afferre videbantur, huc adſcribere placuit. Sunt autem iſta. *Fluvius*, inquit, *qui Lymax dicitur, Phigaliam præterfluens cum Neda conjungitur. Hoc ei nominis a Rhea purgatione inditum ferunt, quod nempe quum Jovem illa peperiſſet, in hunc amnem nymphæ puerperii colluviem abjecerunt. Colluviem a Græcis λύματα dicta fuiſſe, teſtatur Homerus, quo loco a peſtilentia Græcos purgatos dicit: eaque purgamina quæ λύματα nominat, in mare abjecta fuiſſe.* Hactenus Pauſanias. Extat autem Homeri verſus l. 1. Iliados talis,

Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Nam ad hunc mihi Pauſanias reſpexiſſe videtur.

V. 18. Λάδων ἀλλ' οὔπω] Arcadiam ante Jovis ortum ſiccam amnibuſque deſtitutam fuiſſe, ac poſtea demum nato Jove fluvios in ea promanaſſe, hoc loco tradit Callimachus. quorum præcipuos nominat, Ladonem, Erymanthum, Jaonem, Melanem, Carionem, Crathin,

Me-

Metopen, & Neden, qui omnes poſt Rheæ partum exorti ſint. Horum nomina apud Dionyſium de ſitu Orbis reperiuntur, in deſcriptione Arcadiæ,

> Καὶ δὲ μέσην νῆσον, κοίλην χθόνα ναιετάουσιν
> Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθου·
> Ἔνθα Μέλας, ὅθι Κρᾶθις, ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰάων
> Ἠχῇ καὶ Ὠγύγιος μηκύνεται ὕδασι Λάδων.

Aliqui etiam a Plinio l. 4. c. 6, a Solino c. 12. in Polyhiſt. & Strabone l. 8. Geograph. enumerantur. Ac de Ladone quidem ſigillatim hæc Strabo l. 1. Geograph. prodidit, καὶ ὁ Λάδων ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ ποταμὸς ἐπέσχε ποτὲ τὸ ῥεῦμα. Et ſub finem 8. libri, τἀναντία δ' ὁ Λάδων ἔπαθε., τοῦ ῥεύματος ἐπισχεθέντος ποτὲ, διὰ τὴν ἔμφραξιν τῶν πηγῶν. Hujus pulchritudinem commendat Pauſanias in Arcadicis. Meminit ejuſdem Ovid. Faſt. 2.

Quique citis Ladon in mare currit aquis.

Cæterum Arcadiam Jovis beneficio, poſt Phaethontis incendium, aquis irriguam eſſe factam, idem hic autor l. 2. Metam. teſtatur.

V. 18. οὐδ' Ἐρύμανθος] Fontes hic (ut Pauſanias ait) in Lampea monte habet, qui ſacer Panos eſſe dicitur. Nobilitavit hunc montem aper Erymanthius, ab Hercule Euryſthei juſſu in eo interfectus.

V. 19. ἔτι δ' ἄβροχος] Eandem eſſe fontium ac fluviorum in ortu atque interitu viciſſitudinis aleam, quæ cæterarum in hac natura rerum eſt, præter Ariſtotelem in Meteorologicis (ubi cauſæ accurate inveſtigantur) etiam Ovid. in Metam. his elegantiſſimis verſibus demonſtrat,

> *Vidi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus,*
> *Eſſe fretum, vidi factas ex æquore terras:*
> *Et procul a pelago concha jacuere marinæ.* &c.

Arcadiam vero, ante Jovem editum, omni aquarum copia deſtitutam fuiſſe, ac poſtea demum tot maximos amnes repente apparuiſſe, veri haud quaquam ſimile eſt: ſed a poeta, Jovis laudem amplificaturo, confictum videtur: tametſi de aliquibus fluviis verum eſt quod hic dicitur, ut mox patebit. Proinde veriorem judico Pauſaniæ ſententiam, quam ipſe de hac ſiccitate & irrigatione, in Arcadicis hunc in modum prodidit. *Quod ſi forte*, inquit, *ſiccitate ſolum laboret, atque ex eo ſegetes & ſtirpes exareſcant, ibi Lycæi Jovis ſacerdos ad aquam ejus fontis cum precatione converſus, riteque re divina mactatis hoſtiis peracta, e quercu ramum non alte ſed in ſummam aquam porricit. exiſtit repente commota aqua, ater halitus, nebulæ perſimilis: neque ita multo poſt nubes attollitur: moxque plurium nubium acceſſione obducto cœlo, Arcadum fines optatis imbribus perfunduntur.*

V. 23. πολλὰς δὲ Μέλας] Melanem Strabo, l. 8, juxta Olenum defluere ſcribit. (eſt autem *Olenus Achajæ civitas, finitima Arcadiæ, ubi Jovem a capra enutritum eſſe*, Aratus in Phænom. innuit) Ibidem & Crathin ad Achaicas Ægas fluere tradit. πρὸς δὲ ταῖς Ἀχαϊκαῖς, (inquiens) Αἰγαῖς ὁ Κρᾶθις ῥεῖ ποταμὸς, ἐκ δυεῖν ποταμῶν αὐξόμενος, ἀπὸ τοῦ κίρνασθαι τὴν ὀνομασίαν ἔχων. ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἐν Ἰταλίᾳ Κρᾶθις. De Carione nihil in præſentia occurrit. Pauſanias Cranionem in Alpheum, aſ-

ſumpto prius Gatheata amni, influere refert, in Arcadicis. Meminit & Carathis fluvii, ſub finem ejuſdem libri, eumque per viam Tegeatarum tranſire ſcribit. quem ego cum Crathi, cujus mentio modo facta eſt, eundem eſſe crediderim. Quis enim ignorat, regiones, montes, fluvios, & his ſimilia, aliis temporibus ſubinde alia ſortiri nomina? Metopen vero Diodorus Sicul. l. 5. Ladonis filiam & Aſopi uxorem fuiſſe teſtatur. Eandem Pindarus 6. Olymp. aviam ſuam & matrem Thebes nominat,

Ματρομάτωρ ἐμὴ Στυμφαλὶς εὐανθὴς Μετώπα.

Interpres ibidem hunc Callimachi locum citat.

V. 32. *Ἐκ δ᾽ ἔχεεν μέγα χεῦμα*] Nedæ fluvii fontem a Rhea puerpera inventum & apertum eſſe, Strabo etiam ex poetarum ſententia l. 8, Geogr. planum facit. Νυνὶ μὲν ἐν τῇ Τριφυλίᾳ πρὸς τὴν Μεσσηνίαν ὅριον ἐστι τὸ τῆς Νέδας ῥεῦμα, λάβρον ἐκ τοῦ Λυκαίου κατιὸν, Ἀρκαδικοῦ ὄρους, ἐκ πηγῆς ἣν ἀναῤῥῆξαι τεκοῦσαν τὸν Δία μυθεύουσι Ῥέαν, ἐπίλουτρον χάριν. Id eſt, *Atque nunc quidem Triphyliam a Meſſenia diſterminat Neda fluvius, copioſus e Lycæo Arcadiæ monte defluens, cujus fontem Rhea Jovem enixa lavacrorum cauſa aperuiſſe dicitur.*

V. 33. *Νέδη δέ σε δῶκε*] Pauſanias trium Jovis nutricum mentionem facit in Arcadicis. *Arcades*, ait, *Thiſoam, Nedam & Agno, Jovis nutrices nominare ſoliti: quarum prima in Parrhaſiorum finibus nomen dedit urbi, ſecunda flumini, tertia fonti in Lycæo.* &c. Alibi etiam Ithomen Jovis nutricem nominat. Præter has Adraſtea & Ida ab aliis quoque numerantur, de quibus poſtea.

V. 34. *Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον*] Cretæ deſcriptionem pete ex 10. lib. Geogr. Strabonis: ex 17. cap. Solini. & l. 2. c. 7. Melæ. Hodie Candia appellatur, major Cypro, minor Sardinia & Sicilia. par tamen omnibus ſoli ubertate. Dionyſius περὶ οἰκουμένης, de ea ſic canit,

Κρήτη τιμήεσσα, Διὸς μεγάλοιο τιθήνη,
Πολλή τε λιπαρή τε καὶ εὔβοτος. ἧς ὕπερ Ἴδη,
Ἴδη καλλικόμοισιν ὑπὸ δρυσὶ τηλεθόωσα.

Virgilius autem ita,

Creta Jovis magni medio jacet inſula Ponto,
Mons Idæus ubi & gentis cunabula noſtra:
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Qua porro ratione Juppiter in Creta editus, & quo dolo Saturnus circumventus ſit, ne recens natum puerum deglutiret, copioſe exponit Heſiodus in Theogonia, & Ovidius in Faſtis.

V. 35. *Πρεσβυτάτη νυμφέων*] Nedam nutricem ab ætate ſenili & gravi obiter commendat. Multum enim refert, quibuſcum ἐξ ὀνύχων, hoc eſt, *a teneris unguiculis*, converſemur, & quibus utamur nutriciis. Qua de re conſulendus Plut. in Pædagogia.

V. 36. *μετά τε Στύγα*] Μετὰ particula exceptiva hoc loco, ut in illo Homerico, l. 11, Odyſſeæ,

Αἴαντός θ᾽, ὃς ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε,
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ᾽ ἀμύμονα Πηλείωνα.

Sty-

Stygem vero, omnium nympharum natu maximam fuiſſe, etiam Heſiodus in Theog. affirmat,

Καὶ Στὺξ, ἣ δὴ σφέων προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

De Phillyra, a qua Chiron Phillyrides apud Pindarum & Ovidium cognominatus eſt, Hymno quarto dicetur. Secunda autem ſyllaba, quæ alias brevis eſt, propter duas ambientes longas hic producitur, ut & prima: ſed poſitionis gratia. Eſt enim alias Φιλύρη.

V. 39. Καυκώνων πτολίεθρον] Caucones vetuſtiſſimi fuerunt Triphyliæ (quæ eſt Arcadiæ regio) inquilini: de quorum ſitu ac domiciliis copioſe diſputat Strabo, l. 8. Coſmographiæ, Homericum illud ex Odyſſ. 3. libro examinans quod Minerva Neſtori ſub Mentoris forma dicit,

Νῦν αὐτὰρ ἠῶθεν μετὰ Καύκωνας μεγαθύμους
Εἶμ', ἔνθα χρεῖός μοι ὀφείλεται, οὔτι νέον γε,
Οὐδ' ὀλίγον.

Idem Strabo ibidem annotat; Φασὶ δ' ἐν Λεπρεάτιδι καὶ Καύκωνος εἶναι μνῆμα, εἴτ' ἀρχηγέτου τινὸς, εἴτ' ἄλλως ὁμωνύμου τῷ ἔθνει. Id eſt, *In agro Lepreatarum monumentum ajunt Cauconis eſſe: ſive is princeps fuit, ſive alias genti illi cognominis.* Ejuſdem monumenti Pauſanias quoque in prioribus Eliacis mentionem facit.

V. 39. ὁ Λέπριον]. Ita reliqua habent exemplaria: ego Lepreon (Λέπρεον) legere malo. Sic enim urbem hanc Arcadiæ nominat Herodotus l. 4. & Ariſtophan. in Avibus: item Strabo l. 8. & Pauſan. in prioribus Eliacis. & in Arcadicis. Plinius quoque l. 4, c. 6, Lepreon Arcadiæ oppidum facit. Idem tamen præcedenti capite ejuſdem libri Leprion civitatem Elidis nominat. Sed utri lectioni ſtandum ſit, ego non magnopere cum quoquam digladiabor. Producitur autem & hujus dictionis ſecunda ſyllaba, alias natura brevis, eadem ratione quam ſupra in Phillyre oſtendimus: ut etiam in Homerico iſto verſu, Iliad. 5,

Ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅστε μάλιστα.

Eſt enim penultima in nomine ὀπωρινὸς correpta; ut ex illo Martialis apparet,

Si daret autumnus mihi nomen, oporinus eſſem.

V. 41. Λυκαονίης ἄρκτοιο] Notatio Calliſtus matris Arcadis, a quo rege pro Pelaſgia, regio dicta eſt Arcadia, & pro Pelaſgis, incolæ Arcades. Fuit autem Calliſto Lycaonis regis filia, quam a Jove vitiatam Juno irata in urſam vertit, Diana ſagittis confixit: Juppiter exempto quem in utero gerebat Arcade, inter ſidera retulit, quæ urſa major (ἄρκτος a Græcis) dicitur. Fabulam refert Pauſanias circa initium l. 8. item Ovidius 2. Metam. & Faſtorum l. 2.

V. 42. Εὖτε Θενὰς] Thenæ, ſeu Thennæ, oppidum Cretæ, proximum Cnoſſo inquit Steph. de Urbibus. Idem de Omphalio (cujus nominis originem hic prodit Callimachus) Ὀμφάλιον, ait, τόπος Κρήτης, πλησίον Θενῶν καὶ Κνωσσοῦ. Conſentiunt cum his quæ poeta hic fingit, etiam illa apud Diodorum Siculum, l. 6, c. 15, ubi inquit, *Quum a Curetibus ferretur infans, tradunt Omphalum* (umbilicum, vertendum fuiſſe judico) *juxta fluvium Tritonem ceſſiſſe* (melius, decidiſſe) *ex quo*

& ora illa ab eo quod accidit, Deo ſacra, Omphalia cognominatur, & propinquus ager Omphalius eſt appellatus. De Cnoſſo lege Strabonem l. 10. Plinium l. 4. c. 12. Volaterr. l. 9.

V. 45. καλέουσι Κύδωνες] Cydon urbs Cretæ ampliſſima, unde poma & ſpicula Cydonia dicta, teſtibus Plinio & Strabone. Meminit Cydonum etiam Homerus, in deſcriptione Cretæ, quæ extat l. 19, Odyſſ.

Κρήτη τὶς γαῖ᾽ ἐςὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, &c.

Pauſanias in Arcadicis, Cydonem Tegeatæ filium, oppidi iſtius in Creta conditorem fuiſſe, ſcriptum reliquit.

V. 46. Κυρβάντων ἕταροι] Cyrbantes, iidem qui Corybantes & Curetes alio nomine dicuntur, a Cyrba Cretæ civitate, quæ vulgo ἱερὰ Πύτνα appellatur: inquit Stephanus. Sunt & Cyrbes legum tabulæ a Græcis dictæ, ut Plutarchus in vita Numæ teſtatur.

V. 47. Δικταῖαι Μελίαι] Meliæ, nomen proprium Nympharum, de quo infra, hymno 4, plura dicentur. Dicte, mons Cretæ, ab Ida verſus Orientem mille ſtadiis diſtans, ut autor eſt Strabo. Adraſteam autem, Jovis nutricem fuiſſe, etiam Plutarchus l. 3. Sympoſ. declarat, ὁ μὲν πατὴρ τοσοῦτον ἐπεῖπε τοῖς εἰρημένοις, ὅτι δοκοῦσιν αὐτῷ καὶ οἱ παλαιοὶ τοῦ μὲν Διὸς δύο ποιεῖν τιθήνας, τὴν Ἴδην καὶ τὴν Ἀδράστειαν. &c. Apollonius quoque Rhod. l. 3, Argon. eandem nominat; ubi Venus Cupidinem alloquitur.

V. 49. Αἰγὸς Ἀμαλθείης] Quo pacto Juppiter a capra enutritus & lactatus ſit, exponit Ovidius 5. Faſt. Amaltheam pulcherrimis verſibus depingens. Strabo l. 8, non in Creta, ſed apud Olenum Achajæ civitatem (quæ poſtea Ægeum dicta eſt) hoc accidiſſe, ſic ex Arato declarat, ἱςοροῦσι δὲ, ἐνταῦθα καὶ τὸν Δία ὑπ᾽ αἰγὸς τραφῆναι· καθάπερ φησὶ καὶ Ἄρατος,

Αἲξ ἱερὴ, τὴν μέν τε λόγος Διῒ μαζὸν ἐπισχεῖν.

Meminit & Lactantius l. 1. c. 21, de falſa Rel. Refer huc & proverbium, apud Eraſmum, *Copiæ cornu.*

V. 49. κηρίον ἴβρως] Jamum quoque apum ſucco per dracones duos ſubminiſtrato fuiſſe enutritum, refert Pindarus Ode 6. Olymp. Idem de Hierone Syracuſano & Semiramide ab aliis traditur. Sed & Pauſanias ſimile quiddam de ipſo Pindaro in Bœoticis ita refert: *Pindarum, quum eſſet adhuc adoleſcentulus, Theſpias proficiſcentem, per æſtatem meridiano calore feſſum ſomnus arctior complexus eſt. Advolarunt apes quo paululum de via diverterat, & ad ejus labia mel alleverunt.* Omen hoc fuit & præſagium futuræ in pangendis verſibus elegantiæ, mellitiſſimæque facundiæ.

V. 50. Πανακρίδος ἔργα Μελίσσης] Jovem ab apibus nutritum eſſe, Virg. 4. Georg. haud obſcure innuit, inquiens,

Nunc age, naturas apibus quas Juppiter ipſe
Addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus, crepitantiaque æra ſequutæ,
Dictæo cœli regem pavere ſub antro:

Quod vero de apibus mirabile dictu tradunt fabulæ, minime videtur prætereundum: Jovem ſcilicet, in ſempiternam amoris erga eas memoriam,

riam, illarum colorem immutaſſe, inque æris vertiſſe aurati. Diod. Sicul. lib. 6. Antiquit. cap. 15.

V. 51. τά τε κλείουσι Πάνακρα] Ibidem Diodorus, *Quamvis autem locus is*, inquit, *admodum excelſus aſperque ſitu, ventis quoque agitatus, nivibuſque ſit infeſtus, nullo tamen apes incommodo aut moleſtia afficiuntur.*

V. 52. Οὖλα δὲ Κύρητες] Curetes Rheæ ſacerdotes fuerunt, quam ipſi coluerunt, μητέρα καλοῦντες Θεῶν, καὶ Ἄιστιν, καὶ Φρυγίαν, Θεὸν μεγάλην· ἀπὸ δὲ τῶν τόπων, Ἰδαίαν, καὶ Δινδυμήνην, καὶ Πυλήνην, καὶ Πισσινουντίδα καὶ Κυβέλην, Strabo lib. 10. Pauſanias in prioribus Eliacis, Curetas, etiam Idæos Dactylos cognominatos eſſe teſtis eſt: quorum nomina fuerint, Hercules, Pæoneus, Epimedes, Jaſius, & Idas. Lapis quoque Idæus dactylus dicitur, inſulæ Cretæ alumnus, coloris terrei, humano pollici ſimilis: autoribus Plinio & Solino.

V. 52. πρύλιν ὠρχήσαντο] Cujuſmodi fuerit tripudii genus πρύλις, Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως, his verbis declarat, ἐν ὅπλοις δὲ αὐτῶν [Κυρήτων] ἡ ὄρχησις ἦν, τὰ ξίφη μεταξὺ κροτούντων πρὸς τὰς ἀσπίδας, καὶ πηδώντων ἔνθεόν τι καὶ πολεμικόν. Et Lucretius l. 2,

Hic armata manus (Curetas nomine Graji
Quos memorant Phrygios) inter ſe forte caterva
Ludunt. &c.

Eadem ſaltatio alio nomine Pyrrhiche dicitur. Sic enim de ea Strabo, l. 10, ἡ δὲ ἐνόπλιος ὄρχησις στρατιωτική, καὶ πυῤῥίχη. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Πυῤῥίχιος, ὃν φασὶν εὑρετὴν τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως τῶν νέων ἐπὶ τὰ στρατιωτικά. Dionyſius quoque Halicarnaſſ. lib. Antiquit. Rom. 7, Pyrrhichen ἐνοπλίαν, hoc eſt *armatam*, eſſe tradit. Plinius l. 7. Natural. Hiſt. *in Creta primum a Pyrrho inventam eſſe* commemorat, Cui & Solinus c. 17. aſtipulatur. Meminit ejuſdem Suetonius. Refert item Apul. l. 10. Metamorph. *pueros puellaſque Græcanicam ſaltaſſe Pyrrhichen: quum in orbem nunc flexuoſi, nunc in quadratum cuneati diſcurſus reciprocos explicarent.* Lege etiam caput 13, libri 2, Polydori Virgilii, de inventoribus rerum: & proverbium apud Eraſmum, *Pyrrhichen oculis præ ſe ferens.* De Germanis idem fere Cornelius Tacitus prodidit: *Spectaculorum*, inquit, *genus unum atque in omni cœtu idem. Nudi juvenes, quibus id ludicrum eſt, inter gladios ſe atque infeſtas frameas, ſaltu jaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decorem*, &c. Non diſſimile fuit Romanorum exercitium, quod Troja dicebatur, ab Aſcanio Julo in Italiam e Phrygia deportatum. De quo Virgil. l. 5. Æneid.

Olli diſcurrere pares, atque agmina terni
Diductis ſolvere choris. &c.

Eundem ludum Julius Cæſar inter cæteros populo ſpectandum exhibuit, teſte Suetonio: dicente quod *Trojam luſerit duplex turma, majorum minorumque puerorum.* Suetonio conſentit Xiphilinus in vita Cæſaris, quum inquit, Τήν τε ἱππασίαν τὴν Τροίαν καλουμένην οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο, καὶ ἐφ᾽ ἁρμάτων οἱ νεανίσκοι οἱ ὁμότιμοι αὐτοῖς ἡμιλλήσαντο. id eſt, *Fuit quoque equeſtris pugna, cui Troja nomen eſt, a pueris nobiliſſimis antiquo more pugnata: cum quibus*

juvenes itidem nobiliſſimi ex curribus certaverunt. Hunc ipſum Trojæ ludum edidit frequentiſſime Auguſtus, *magnorum minorumque puerorum delectu, priſci decorique moris exiſtimans, claræ ſtirpis indolem ſic noteſcere:* inquit Suet. in Auguſto, c. 43. Idem a Claudio Cæſare editus eſt, autore Tacito: qui libro 11. Annal. hæc refert, *Sedente Claudio Circenſibus ludis, quum pueri nobiles equis ludicrum Trojæ inirent, interque eos Britannicus imperatore genitus, & L. Domitius adoptione, mox in imperium & cognomentum Neronis adſcitus: favor plebis acrior in Domitium loco præſagii acceptus eſt.* Herodianus l. 4, circa initium, quo loco funebres ludos recitat, eandem videtur Pyrrhicham appellare, quam alii Trojam dixerunt. Ejus verba hæc ſunt, *ἐπὰν δὲ μέγιστον χῶμα ἀρθῇ τῶν ἀρωμάτων, πᾶς τέ ὁ τόπος πληρωθῇ, ἱππασία περὶ τὸ κατασκεύασμα ἐκεῖνα γίγνεται· πᾶν τε τὸ ἱππικὸν τάγμα περιθεῖ κύκλῳ, μετά τινος εὐταξίας καὶ ἀνακυκλώσεως, πυῤῥιχίῳ δρόμῳ καὶ ῥυθμῷ.* Hoc eſt, (Politiano interprete) *Ubi vero ingens aromatum acervus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa illud adequitant, univerſis equeſtris ordinis certa quadam lege, ac recurſu motuque Pyrrhichio, numeroque, in orbem decurrentibus.*

V. 53. *Τεύχεα πεπλήγοντες*] Corybantum ſaltu & tumultu Jovem conſervatum eſſe, etiam Ovid. l. 4. Faſt. docet,

Ardua jam dudum reſonans tinnitibus Ida,
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Pars manibus clypeos, galeas pars tundit inanes:
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

V. 55. Καλὰ μὲν ηὔξεν] Heſiodus in Theogonia,

Καρπαλίμως δ' ἄρ' ἔπειτα μένος καὶ φαίδιμα γυῖα
Ηὔξετο τοῖο ἄνακτος.

Hoc eſt,

Ocyus huic ſolido creverunt corpore membra,
Et vires, qualiſque decet præſtantia regem.

V. 57. Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς] Nam ſecundum Pindarum, *φύονται καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον.* Id eſt, *Naſcuntur & junioribus ſæpe viris cani, vel etiam præter ætatis congruum tempus.* Idem in Pythiis Demophilum laudans, *κεῖνος*, inquit, *ἐν παισὶ νέος, ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς, ἐγκύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.* Id eſt, *Ille eſt quidem ætate juvenis, conſilio vero canus: quo vel ei qui centum annos natus eſt, obviare poteſt.* Vide proverbium, *ante pilos prudens.*

V. 60. *Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν*] Vetus hæc & communis poetarum fuit opinio, regnum univerſi orbis, poſt expulſum a Jove Saturnum, inter tres fratres ſorte diviſum: ut Jovi quidem regnum cœleſte, Neptuno vero inſulæ & maria, at Plutoni inferorum regnum obtigerit. Sic enim ipſe Neptunus apud Homerum ιϛ´ Iliad.

Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, &c.

Idem apud Virgilium Æneid. 1.

Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

Lactan-

Lactantius l. 1, de falſa Religione, fabulam ita interpretatur. *Ergo*, inquit, *illud verum eſt, quod orbem terræ ita partiti ſunt, ut orientis regio Jovi cederet, Plutoni pars occidentis obtingeret: at Neptuno maritima omnia obvenerunt.* Heſiodus in Theogonia duos fratres, Neptunum & Plutonem, ſponte ſua regno ceſſiſſe, & Jovi cœlum reliquiſſe tradit, quod ejus beneficio ex vinculis patriis liberati & exempti fuiſſent. Cicero autem in libro de Natura Deorum, impiam eſſe fabulam judicat, & quomodo ratione phyſica intelligenda ſit, ibidem docet. Hujus ſententiæ noſter Callimachus ſubſcribit, figmentum hoc Jovis indignum cenſens majeſtate: ac proinde non ſortium beneficio, ſed virtute regnum cœleſte obtinuiſſe canit.

V. 68. Θήκαο δ' οἰωνὸν] De aquila loquitur, quæ

fulmina curvis

Ferre ſolet pedibus, divum gratiſſima regi.

Hæc enim & propter volatus pernicitatem & altitudinem, Jovis armiger eſſe fingitur. Pindarus Olymp. 2. hymno, aquilam Διὸς ὄρνιθα θεῖον, & alibi οἰωνῶν βασιλέα vocat. Plinius l. 10. c. 3. *Negant*, inquit, *unquam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram Jovis conſuetudo judicavit.* Virgil. l. 12. Æneid. *fulvam Jovis alitem* nuncupat.

V. 76. Αὐτίκα χαλκῆας] Summum Jovis imperium collatione amplificat, cum cæteris diis comparans, quorum majeſtatem in privatos homines, & regibus ſubjectos, Jovis autem in ipſos reges, ſe extendere demonſtrat. Locus eſt ex Heſiodo expreſſus, apud quem in Theogonia hi verſus leguntur,

Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα, καὶ κιθαρισταί.
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.

Iidem in Homericis hymnis extant. Horatius in Odis,

... Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

De Chitone Diana infra.

V. 81. Δῶκας δὲ πτολίεθρα] Regna & imperia divinitus conſtitui, & magiſtratus a Deo rerum gubernaculis præfici, ſapienter & pie docet Callimachus. Sunt enim principes & rerum domini, filii Altiſſimi, quibuſcum Deus optimus maximus τάξιν ſuam, hoc eſt ordinem & jus ſuum communicat: quod eſt hominibus imperare & dominari. Nam quum homines omnes Deo conditori obſequium debeant, & eidem ſervire teneantur, atque illud inſuper dominium quod a creatione illis fuit reliquum, adeoque omnem libertatem ſuam per peccatum & lapſum, cum ſervitute commutaverint; ſoli reges & principes hoc cum Deo commune habent, ut aliis præeſſe & dominari poſſint: ſi quidem de politica adminiſtratione hoc intelligas. Eſt enim piis etiam ſua libertas & ſuum dominium, quo, virtute Spiritus ſancti adjuti, pravas cupiditates & inſtinctus cacodæmonum, ipſamque adeo mortem vincere ac ſuperare poſſunt. De libertate ſapientum lege Ciceronis paradoxum penult. & Perſium in Sat. 5. Multum vero dignitatis & exiſtimationis ma-

magiſtratui hoc conciliat, quod intelligit τάξιν iſtam & jus dominandi ab ipſo Deo conſtitui & dependere. Quamobrem non immerito Neſtor Achillem a ſeditione dehortans, inquit,

Μήτε σὺ Πηλείδ' ἤθελ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ
Ἀντιβίην. ἐπεὶ ὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
Σκηπτῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

V. 82. Ἄκρης ἐν πτολίεσσιν ἐπόψιος] Ut cives reges & principes ſuos colant, metuant & obſervent, ita & reges ac magiſtratus Deum timeant ac revereantur. Eſt enim Deus ἐπόψιος, inſpector rerum humanarum, oculum habens vindicem. Unde Pindarus 3, εἰδη Pyth.

— *βασιλεὺς*
Λοξίας κοινᾶνι παρ' εὐ-
θυτάτῳ γνώμαν πιθὼν,
Πάντα ἴσαντι νόῳ,
Ψευδέων δ' ὐχ ἅπτεται: κλέπτει τέ μιν
Οὐ Θεὸς, ὐ βροτὸς, ἔργοις ὔτε βȣλαῖς.

Id eſt,

— *Rex*
Obliquus, Apollo, *familiari ſuo æ-*
quiſſimo fidem habens,
Cuncta dijudicanti menti,
Mendaciis non obtemperat: nec fallit ipſam
Deus, nec homo, opere aut conſilio.

Ovid. 13. Metamorph.

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia juſtis.

Vide Proverbium,

Multa noris oportet, quibus Deum fallas.

Ibid. οἵ τε δίκησι Λαὸν ὑπὸ σκολιῆς] Aurea ſententia, qua admonet poeta, non modo bonos reges ac gubernatores juſtos, ſed etiam malos & injuſtitiæ adminiſtros, a Deo rebuſpub. præfici. Quo nomine D. Paulus a Chriſtianis exigit ut profanis etiam regibus morem gerant, & ſeditiones caveant. Et apud Solomonem in Proverb. ipſe Deus de ſe inquit, δι' ἐμȣ̃ βασιλεῖς βασιλεύȣσι, καὶ οἱ δυνάσαι γράφȣσι δικαιοσύνην· δι' ἐμȣ̃ μεγιςᾶνες μεγαλύνονται, καὶ τύραννοι δι' ἐμȣ̃ κρατȣ̃σι γῆς.

V. 85. ȣ̓ μάλα δ' ἶσον] Jupiter, inquit, dona ſua (ut ſunt divitiæ, honores, ſapientia, & his ſimilia) non ex æquo omnibus largitur: ſed pro ſuo arbitrio libere diſpenſat, aliis multum, aliis parum, aliis prorſum nihil conferens. Id quod exemplo regis Philadelphi declarat, qui non modo regni Ægyptiaci amplitudine & ubertate, ſed etiam ingenii & ſapientiæ laudibus excelluit. de quibus plura lege apud Pauſaniam in Atticis. Ejuſdem potentiam Theocritus Idyllio 17, celebrat,

Ἀλλ' ὔτις τόσα φύει ὅσα χθαμαλὸς Αἴγυπτος, &c.

V. 89. Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι] Potentiæ regis Ægyptiaci opponit, per ἀντίθεσιν, aliorum imbecillitatem & inopiam, qui vix anno conſequuntur quod uno die Ptolemæus perficit: quinimo aliquorum tanta eſt infirmitas, ut omnibus exuti viribus, prorſum nihil aſſequi valeant.

Οἱ-

Οὕτως ὐ πάντεσσι Θεὸς χαρίεντα δίδωσιν
Ἀνδράσιν, ὔτε φυὴν, ὔτ' ἀγορητύν.

Deus enim liberrime agit: ſicut Æneas apud eundem poetam, Iliad. 20, probat, inquiens,

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,
Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν. ὁ γὰρ κάρτιςος ἁπάντων.

Et Pindarus 8. Pythiorum,

τὰ δ' ὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται.
Δαίμων δὲ παρίσχει,
Ἄλλοτε δ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων,
Ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν
Μέτρῳ καταβαίνων.

Id eſt,

Sed hac (bona) *in humanis viribus non ſunt:*
Deus vero illa prabet,
Alias alium extollens,
Alium premens, ſeu manu dejiciens.

Quod quum ita ſit, Οὐκ ἐπιμομητόν· μηδὲις τὰ Θεῶν ὀνόσαιτο.

V. 91. Χαῖρε μέγα Κρονίδη] Epilogus ſalutatione conſtat, qua deum hilari animo compellans, bonitatem ipſius grata mente prædicat: eamque tantam eſſe canit, ut nullo ore, nulloque præconio digne celebrare poſſit. Nam quod Pindarus in Pythiis ait,

Ἓν παρ' ἐσθλὸν πήματα σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι,

Id eſt,

Ad unum bonum duo mala impertiunt hominibus dii:

& Alcmena apud Plautum,

Ita diis placitum, voluptati ut mœror comes conſequatur,
Quin incommòdi plus malique illico aſſit, boni ſi obtigerit quid:

hoc ſolerter apud Euripidem in Supplic. refellit Theſeus, quum inquit,

ἔλεξε γάρ τις ὡς τὰ χείρονα
Πλείω βροτοῖσιν ἐςι τῶν ἀμεινόνων·
Ἐγὼ δὲ τύτοις ἀντίαν γνώμην ἔχω,
Πλείω τὰ χρηςὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς.
Εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδ', ὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει.

Quod verum eſſe, multis argumentis planum facit: quæ hic percenſere nimis prolixum foret. Sed & ipſe Pindarus 5, Pyth. hymno, omnia vult Deo accepta referri, παντὶ μὲν, inquiens, θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμενος. Et Heſiodus, θεοὶ δωτῆρες ἐάων. Pauſanias quoque in Arcad. refert, Megalopolitanis in via quadam, boni Dei templum fuiſſe: & adjicit. Quod ſi hominibus dii bonorum autores ſunt, deorum vero ſupremus eſt Jupiter, recte quidem hoc Jovi maxime proprium cognomen eſſe conjicere poſſis.

V. 95. Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ] Elegantiſſima eſt γνώμη, apud alios quoque autores celebrata: qua docet, ad veram abſolutamque felicitatem acquirendam, non modo virtutem, ſed etiam divitias cum virtute conjunctas pertinere. Nam Ariſtotele teſte, ἀδύνατον, ἢ ὐ ῥᾴδιον, τὰ καλὰ πράτ-

πρᾶτλιν ἀχορήγητον ὄντα. At neque divitiæ ſolæ poſſunt facere aut ſervare beatum, niſi cum virtute jungantur. Sicut hoc ipſum Pindarus 5. Pyth. ἤδη affirmat,

Ὁ πλοῦτος, inquiens, εὐρυσθενής,
Ὅταν τὶς ἀρετᾷ κεκραμένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ
Πότμου παραδόντος αὐτὸν ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν.

Id eſt,

Divitiæ multum valent,
Ubi quis cum virtute permixtas pura, mortalis homo,
Fortuna annuente eas protulerit:
Et harum divitiarum multi ſunt comites.

Idem in Olympicis ſummam felicitatem in his conſiſtere docet,

— ὑγίεντα δ' εἴτις ὄλβον
Ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
Εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι.

Id eſt,

— *Si quis ſanus divitiis*
Fruatur, rebus ſuis contentus,
Claro præterea adauctus nomine, ne cupiat Deus fieri.

ANNOTATIONES
IN
HYMNUM SECUNDUM,
qui eſt in
APOLLINEM.

V. 1. Οἷον ὁ τῶ᾽πόλλωνος] Solenni Apollinis feſto, poeta tum juventutem exhortatur ad laudandum & celebrandum Apollinem (præmia enumerans quibus Phœbicolæ afficiantur, longe maxima & ampliſſima) tum cives ſuos, remotis a ſacrorum communione profanis & impiis hominibus, attentos eſſe, laudeſque ac hymnos puerorum, quibus Apollo celebretur, religioſe audire

dire jubet: propoſito aquarum & lapidum exemplo, quæ muſicæ ſuavitate & vocum dulcedine moveri & affici fingit. Atque ut eo promptiores & alacriores ad laudationem Apollinis accedant, non utile tantum eſſe docet, Phœbum celebrare, ſed etiam faciliſſimum: quum nihil ſit Apollinis quod laudi materiam non præbeat: imo ipſum pallium, fibulæ, pharetra, ſagittæ, lyra, calcei, vultus, capilli, & omnia ac ſingula membra ſuis ornari poſſint præconiis. Quibus ita præmiſſis, laudes Apollinis recitare aggreditur, commendans eum a rerum & artium cognitione multiplici: & a rebus præclare geſtis, quibus multa ac varia apud diverſas gentes conſequutus ſit cognomina. Hinc occaſione ſumpta a Carnæo (quo nomine a Lacedæmoniis & Cyrenæis juxta Apollo vocatur) Cyrenarum, patriæ ſuæ originem exponit: quam a Minyis (qui Thera Thebano duce, e Lacedæmone primum in inſulam Calliſten, poſtea Theram appellari cœptam commigrarunt: deinde vero, a Batto Polymneſti filio in Libyam perducti ſunt) deſcendere, & nomen a Cyrena Hypſei filia, Apollinis nympha, ſortitam eſſe, multis rationibus docet. Poſtremo & maledico, a quo propter carminis brevitatem notatus fuerat, ſcite admodum ſapienterque reſpondet.

Ibid. ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ] Virgil. l. 3. Æneid. hoc imitatus eſt,

Vix ea fatus eram, tremere omnia viſa repente,
Liminaque, lauruſque Dei: totuſque moveri
Mons circum, & mugire adytis cortina recluſis.

Voluit enim æmulus divinæ gloriæ cacodæmon (quo enim alio nomine Delphicum & Pythium Apollinis digner?) hoc ſtrepitu & fragore majeſtatem & vires ſuas oſtentare, ut hominum animis ſui timorem ac reverentiam incuteret. Plura ad hunc locum pertinentia reperies l. 6. Æneid. & l. 5. Pharſaliæ, apud Lucanum.

Ibid. δάφνινος ὄρπηξ] Arborum genera, teſte Plinio, numinibus ſuis dicata, perpetuo ſervantur: ut Jovi eſculus, Apollini laurus; Minervæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Unde Virgil.

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Jaccho,
Formoſa Veneri myrtus, ſua laurea Phœbo.

Ariſtoph. in Pluto,

Ἔχω τιν᾽ ἀγαθὴν ἐλπίδ᾽, ἐξ ὧν εἶπέ μοι
Ὁ Φοῖβος αὐτὸς, Πυθικὴν σείσας δάφνην.

Eſt autem laurus Phœbo ſacra, vel propter Daphnes fabulam (de qua Ovid. 1. Metamor.) vel propter futurorum, quam habere creditur, præſenſionem. Sic enim Tibul. l. 2,

Laurus ubi bona ſigna dedit, gaudete coloni:
Diſtendet ſpicis horrea plena Ceres.

V. 2. ἑκὰς, ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός] Ethnici quoque a communium ſacrorum uſu impios & ſceleratos excludere & rejicere ſoliti ſunt. Unde Eurip. in Jone,

Τοὺς μὲν γὰρ ἀδίκους βωμὸν οὐχ ἵζειν ἐχρῆν,
Ἀλλ᾽ ἐξελαύνειν. οὐδὲ γὰρ ψαύειν καλὸν
Θεῶν πονηρὰν χεῖρα.

De

De Druidis idem prodit Cæſar l. 6. *Si quis*, ait, *aut privatus*, *aut publicus eorum decreto non ſtetit*, *ſacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos graviſſima eſt. Quibus ita eſt interdictum*, *ii numero impiorum ac ſceleratorum habentur*: *ab iis omnes decedunt*, *aditum eorum ſermonemque defugiunt*: *nequid ex contagione incommodi accipiant*, *neque iis petentibus jus redditur*, *neque honos ullus communicatur.*

V. 3. Καὶ δὴ πȣ τὰ θύρετρα] Claudianus de raptu Proſerpinæ, hunc locum ſic imitatur,

Jam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus, *& claram diſpergere lumine lucem*,
Adventum teſtata Dei.

Porro Græci Apollinem quoque θυραῖον, quaſi oſtiarium, dixerunt: cujus idem fuit quod Carnæ apud Romanos officium, de qua Ovid. 6. Faſt.

Prima dies tibi Carna datur. dea cardinis hæc eſt:
Numine clauſa aperit, *claudit aperta ſuo.*

V. 4. ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοῖνιξ] De palma Deliaca & olore infra hymno 4, dicetur. Ibidem de tripudio quod in honorem Apollinis fieri ſolenne erat.

V. 17. Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες] A pueris, quos canere & ſaltare juſſit, ad auditores tranſit, a quibus attentionem & applauſum requirit.

V. 18. Εὐφημεῖ καὶ πόντος] Muſicæ vim in excitandis & movendis affectibus ὑπερβολικῶς exprimit: oſtendens harmonica dulcedine & ſuavitate etiam res ſenſu carentes commoveri & excitari, ut ſunt aquæ & lapides. De Arione,

Carmine currentes ille tenebat aquas.

De Amphione Horat. in Arte,

Dictus & Amphion, *Thebanæ conditor arcis*,
Saxa movere ſono teſtudinis, *& prece blanda*
Ducere quo vellet.

Propertius l. 3.

Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem,
Sponte ſua ad muri membra coiſſe ferunt.

Tu reliqua quæ ad laudem muſicæ pertinebunt, ex 8. Polit. Ariſtotelis, & Plutarchi libro de Muſica, repetes. Interim, muſicæ contemptoribus, illud Pindari, Pyth. 1, devorandum relinquimus,

Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
Ζεύς, ἀτύζονται βοὰν
Πιερίδων, ἀνιόντα
Γᾶν τε καὶ πόντον κατ' ἀμαιμάκετον.

Id eſt,

Quæcunque autem non amat
Jupiter, *ea averſantur cantionem*
Pieridum, *ambulantem*
Per terram atque immenſum mare.

V. 20. Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα] Poteſt & hæc loci hujus ſententia eſſe; (& quidem vero propior) ut per Thetidem Achillis caſum lugentem,

non

non mare: (quod alias μετωνυμικῶς Thetis dicitur) nec per Nioben, ſaxum ipſum Phrygiæ: (in quod illa poſt tranſmutata eſſe fingitur) ſed homines luctu & mœrore confectos (quales olim fuere Thetis & Niobe) intelligamus. Nam in mœſtis & luctuoſis animis recreandis & exhilarandis plurimum valet muſica: ut ſuo exemplo oſtendunt Saul & Davides citharœdus.

Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles
Æmonia curas attenuaſſe lyra.

Cæterum luctus Thetidis apud Homerum Iliad. I.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Θέτις κατὰ δάκρυ χέουσα,
Ὤμοι τέκνον ἐμὸν, τί νύ σ' ἔτρεφον αἰνὰ τεκοῦσα; &c.

V. 21. Ὁππότ' ἰὴ παιῆον] Periphraſis Pæanum, id eſt, hymnorum Apollinis, in quibus *Jo Paan* conclamabatur. de cujus acclamationis origine poſtea dicetur. Pæanes autem in laudem Apollinis cani ſolitos, etiam ex Homero patet: apud quem Iliad. lib. I,

- - πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες Παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν.

Id eſt,

Carmine placabant irati numina Phœbi,
Toto nempe die Graji Paana canentes.

Dictus eſt etiam ipſe Apollo Pæan, vel ἀπὸ τοῦ παίειν, (id eſt, a feriendo) vel ἀπὸ τοῦ παύειν, id eſt, a placando. Vide Macrob. l. I. Sat. c. 17.

V. 22. Καὶ μὴν ὁ δακρυόεις] Niobe, Amphionis Thebani uxor, filia Tantali, copioſa ſobole elata, & formæ venuſtate ſuperba, amiſſis liberis uno die omnibus, pœnam ſuperbiæ luit. Qua filiorum jactura accepta, tantus animo orbatæ matris luctus & mœror acceſſit, ut in lapidem diriguiſſe vulgo diceretur: idque propter æternum (credo) in luctu ſilentium. quemadmodum 3. Tuſcul. l. Cicero ait. Fabulam elegantiſſimis verſibus perſequutus eſt Ovid. l. 7. Metamorph.

V. 23. Ὅστις ἐνὶ Φρυγίῃ] Viſa liberorum morte, e Thebis in Sipylum Phrygiæ oppidum tranſiit: ſeu, ut alii volunt, in Sipylum Mygdoniæ montem. Antigone apud Sophoclem,

Ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι
Τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου, Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ,
Τὰν κισσὸς ὡς ἀτενὴς,
Πετραία βλάστα δάμασεν.

Hoc eſt,

Audivi mœſtiſſimam periiſſe
Phrygiam hoſpitam,
Tantali filiam, Sipylo in ſummo:
Quam, ceu hedera pervicax,
Germinatio ſaxea circumdedit.

Ovid. in 6,

In patriam rapta eſt: ibi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiamnum marmora manant.

bb Pro-

Propertius l. 2, Eleg. 21,

Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lacrymans defluit a Sipylo.

Idem l. 3. Eleg. 9.

Et Niobes lacrymas ſupprimat ipſe lapis.

Pauſanias in Atticis, *Ego*, inquit, *Nioben ut viderem, in Sipylum montem aſcendi. Silex & prærupta crepido imminet, quæ prope aſſiſtenti, neque mulieris, neque lugentis formam oſtentat: qui vero procul aſpexerit, mulierem lacrymantem & mœrentem ſibi intueri videatur.*

V. 24. ὀϊζυρόν τι χανούσης] Ovid. in Epiſtola Acontii,

Quæque ſuperba parens, ſaxo per corpus oborto,
Nunc quoque Mygdonia flebilis adſtat humo.

V. 25. κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν] Eſt γνώμη παραινετικὴ, ſive ἀποτρεπτικὴ, qua poeta cives ſuos a rebellione adverſus tum Deos, tum magiſtratus, dehortatur. Recte enim Heſiodus,

Ἄφρων, ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν.
Νίκης τε στέρεται, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Id eſt,

Stultus quiſquis amat majori obſiſtere. nanque
Vincitur, & probrum miſera cum clade reportat.

Et apud Homerum 8. Iliad. Neptunus,

Οὐκ ἂν ἔγωγε θέλοιμι Διῒ Κρονίωνι μάχεσθαι
Ἡμέας τοὺς ἄλλους· ἐπεὶ πολὺ φέρτερός ἐστι.

Id eſt,

Nolim ego nos reliquos magnum contendere contra
Forte Jovem: quoniam multo praſtantior ille eſt.

V. 27. Ὅστις ἐμῷ βασιλῆϊ] Egregia ἀντιμεταβολή: cujus hæc eſt ſententia, qui ſuperis reſiſtit, is meo regi reſiſtit, qui ſuperorum cultum tuetur ac promovet. At qui regi meo obluctatur, is ipſi Apollini & ſummis diis obluctatur: a quibus Philadelphus rex meus amatur, & (quemadmodum primo hymno dictum) jus dominii ac regni Ægyptii conſequutus eſt. Fuit autem Philadelphus Apollini vel hoc nomine acceptus, quod literarum & artium humanitatis ſtudioſiſſimus eſſet protector & conſervator, viroſque doctos & Muſarum cultores ſummo amore & liberalitate proſequeretur. Declarat hoc Theocrit. Idyllio 17. inquiens,

Μουσάων δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον
Ἀντ' εὐεργεσίης. τί δὲ κάλλιον ἀνδρί κεν εἴη
Ὀλβίῳ, ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι;

Id eſt,

Laude canunt etiam Ptolemæi munera vates,
Quæ tribuit Muſis. quid enim præclarius eſſet
Tanto homini, multis quam durans gloria ſeclis?

Erat enim hoc ſapientiſſimorum imperatorum & regum ſtudium, ut literarum cultores foverent, unde laudum ſuarum præcones conſequerentur. Ovid. 3. de Arte,

Cu-

Cura ducum fuerant olim regumque, poeta. &c.

V. 31. Ἔστι γὰρ ἐύυμνός τις] Homerus in Apollinem,

Πῶς γάρ σ' ὑμνήσω, πάντως ἐύυμνον ἐόντα;

Id eſt,

Quomodo te facilem laudatu laudibus ornem?

V. 32. Χρύσεα τῶ 'πόλλωνι] Quomodo hæc ad Solem referenda ſint, & de radiorum fulgore intelligenda, explicat Macrob. l. 1. Satur. c. 17. in cognomento Apollinis χρυσόκομος. Variorum porro Phœbi cognominum etymologias & cauſas, præter Macrobium, ſtudioſe etiam rimatur Lil. Gyral. Syntagmate 7. Hiſtoriæ deorum. Poſſunt & hæc de ſtatua Apollinis aurea, & anathematis in templum Delphicum ex toto terrarum orbe collatis, accipi: de quibus Pauſanias in Phocicis.

V. 36. καὶ αἰεὶ νέος] Poetæ Phœbum imberbem & perpetuo juvenem eſſe fingunt: tum quia ſemper eundem ætatis vigorem ſol obtinet, neque unquam conſeneſcit: tum quod eos qui ſe ſtudiis conſecrare volunt, mature & juvenes adhuc, ad literarum culturam accedere oportet; dum vires annique ſinunt tolerare labores. Refer ad hunc locum verba Luciani de Sacrif. quæ nos ſequenti hymno de Jove barbato allegavimus.

V. 40. Ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν] *Panaces*, (inquit Plinius lib. 25, c. 4.) *ipſo nomine omnium morborum remedium promittit: numeroſum, & diis inventoribus adſcriptum. Unum quippe, Aſclepion appellatur: quoniam is filiam Panaceam appellavit.* Virgil. 12. Æneid. *odoriferam panaceam* vocat.

V. 42. Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς ὅτις τόσον] Laudat Apollinem a multiplici & varia plurimarum rerum cognitione: ab arte nimirum jaculandi, canendi, vaticinandi, medendi, paſcendi pecudes, & urbes condendi. Pind. 5. Hymno Pythiorum canit idem,

Ὁ [Ἀπόλλων] καὶ βαρειᾶν νόσων
Ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ
Γυναιξὶ νέμει· πόρεν τε κίθαριν·
Δίδωσί τε μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ.

Id eſt,

Qui & gravium morborum
Remedia viris &
Mulieribus contribuit, & dedit citharam,
Ac dat muſicam quibus voluerit.

Et apud Ovid. 1. Metam. de ſe inquit Apollo,

per me quod eritque, fuitque,
Eſtque, patet: per me concordant carmina nervis.
Certa quidem noſtra eſt, noſtra tamen una ſagitta
Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
Inventum medicina meum eſt opiferque per orbem
Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis.

V. 45. Κείνε δὲ Θριαί] Olim tres nymphæ, Apollinis nutrices, Parnaſſum incoluerunt, quæ Thriæ vocabantur.. inde poſtea receptum eſt ut calculi ſorteſque divinorum Thriæ dicerentur. Vide proverb. apud Eraſmum.

Plures thriobolos, paucos eſt cernere vates.

V. 47. Φοῖβον, καὶ Νόμιον] *Apollinem Nomion*, inquit Macrobius, *cognominaverunt, non ex officio paſtorali* (ut fabula per quam fingitur Admeti regis pecora paviſſe) *ſed quia ſol paſcit omnia, quæ terra progenerat.* &c. Qua vero occaſione Phœbus Admeti armenta paverit, id declarat Orpheus in Argonaut. his verſibus,

Ἄδμητος δ' ἀφίκανε Φεραιόθεν, ᾧ ποτὲ Παιὰν
Θητεύων ὑπόειξε. Διὸς δ' ἠλεύατο μῆνιν,
Οὕνεκά τοι Κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν ὀϊστοῖς,
Ἐν φθιτοῖσιν ἔτευξ', Ἀσκληπιοῖο ἕινεκα λώβης.

Id eſt,

Venit & ipſe Pheris Admetus, cui fuit olim
Servus Apollo, gravem quando Jovis effugit iram;
Indomitis quoniam Cyclopes ille ſagittis,
Aſclepi ulciſcens nati fera fata, necarat.

Eadem de ſeipſo fatetur Apollo apud Euripidem prologo Alceſtidis. Cæterum ibidem boves nominantur, quas equas hoc loco dicit Callimachus:

Ελθὼν δὲ γαῖαν τήν δ' ἐσυφόρβουν ξένῳ.

Ovid. ſimiliter 2. Metam. boves appellat,

Dumque amor eſt curæ, dum te tua fiſtula mulcet,
Incuſtodita Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boves.

Tibul. l. 2. Eleg. 3.

Pavit & Admeti tauros formoſus Apollo.

Apud eundem l. 3, dicit ipſe Apollo de ſe,

Me quondam Admeti niveas paviſſe juvencas,
Non eſt in vanum fabula ficta jocum.

Hoc idem Horat. lib. 1. Carm. ode 10, refert. Pauſaniæ quoque locum ex Achaicis adſcribere placuit, ubi inquit, Delectatum vero Apollinem bobus, in hymno quem in Mercurium fecit, Alcæus docet, boves ereptas Apollini a Mercurio memorans. Sed ante Alcæum verſibus prodidit ſuis Homerus, certa mercede Laomedontis armenta Apollinem paviſſe: idemque ita loquentem Neptunum fecit,

Ἦτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα
Εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄῤῥηκτος πόλις εἴη·
Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες.

Id eſt,

Ipſe ego Trojanam vallabam mœnibus urbem
Tam latis pulchriſque, ut inexpugnabilis eſſet:
At tu Phœbe boves camuras tunc paſtor agebas.

Quas autem ζευγήτιδας ἵππους Callimachus, aliique boves dicunt ab Apolline paſtas eſſe: eaſdem in Pythiis oves nominat Pindarus,

Καὶ ἀγνὸν Ἀπόλλων',
Ἀνδράσι χάρμα φίλοις,
Ἄγχιστον ὀπάονα μήλων.

Id eſt,

Et

Et ſacrum Apollinem,
Viris gaudium amicis,
Propinquum cuſtodem ovium.

V. 48. Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσῷ] Amphryſus Theſſaliæ fluvius. Strabo l. 9. Ad hunc fluvium paviſſe Apollinem armenta, præter Callimachum, Virgil. etiam initio 3. Georg. & Luc. l. 6. Pharſ. ſic docet,

& flumine puro
Irrigat Amphryſos famulantis paſcua Phœbi.

V. 55. Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι πόλιας] Apollinem urbibus condendis & delectari & multum valere. exemplis confirmat. Nam & templum atque aram ex cornibus in Delo conſtruxit, & Batto opem tulit in Cyrena, Africæ urbe, condenda. Idem cum Neptuno Trojæ muros excitavit, teſte Pindaro in 8. Olymp. & Ovid. l. 11. Metam. & in Epiſtola Paridis,

Ilion aſpicies firmataque turribus altis
Mœnia, Apollineæ ſtructa canore lyræ.

Idem Phœbus Megaram Alcathoo condidiſſe fertur a Theognide,

Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην,
Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.

De eadem re meminit Pauſan. in Atticis, circa finem.

V. 59. Καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ] Ortygia, eadem eſt inſula quæ Delus alio nomine: de qua infra. Cynthus ejuſdem inſulæ mons.

V. 62. πῆξε δὲ βωμὸν Ἐκ κεράων] Ara in Delo cornea, inter ſeptem mundi miracula celebrata, teſte Plutarcho in libello de ſolertia animalium. Ovid. in Epiſtola Cydippes, de eadem,

Miror & innumeris ſtructam de cornibus aram.

V. 65. Φοῖβος καὶ βαθύγειον] Auſpicio & ductu Apollinis Cyrenam a Batto conditam eſſe, unanimi ſcriptorum conſenſu receptum eſt. Idem enim refert Pauſan. in Laconicis, Strabo 17. Geogr. Herodot. in Melpom. Pindarus Hymno 4. & 5. Pyth. Plinius item, & Solinus: cujus verba aſcribere libuit ex c. 40. Polyhiſt. *Syrtis*, inquit, *major oſtentat oppidum (Cyrenas vocant) quod Battus Lacedamonius olympiade quinta & quadrageſima, rege Martio res Romanas tenente, anno poſt Trojam captam quingenteſimo octogeſimo ſexto, condidit. quæ domus Callimachi poetæ patria fuit.* Hæc ille. quæ ſi vera ſunt, conſentaneum eſt lapſum eſſe Plinium: qui l. 19. c. 3. oppidum Cyrenarum anno ab urbe condita 143 extructum eſſe perhibet: quum anni quibus regno Ancus Martius præfuit, euſque non pertingant. Cœpit enim regnare Martius circa annum mundi 3325: anno ab urbe condita 113. præfuitque imperio annis viginti quatuor.

V. 66. κόραξ ἡγήσατο λαῷ] Theræi (ut inquit Herodotus) accepto oraculo Apollinis, ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηστηρίου, οὔτε Λιβύην εἰδότες ὅκου γῆς εἴη, οὔτε τολμῶντες ἐς ἀφανὲς χρῆμα ἀποστέλλειν ἀποικίην. Id eſt, *Pro nihilo habuerunt reſponſum, neque ubi terrarum Libya eſſet gnari, nec coloniam ex incerto oraculo mittere auſi.* Itaque quum ſeptem annorum famem perpeſſi fuiſſent, denuo conſulto & accepto oraculo, duce Cre-

tenſi quodam Corobio, ad Platæam, inſulam Libyæ, perveniunt. Hanc biennio incolentes, quum nihilo melius haberent, quod oraculo nondum eſſet ſatisfactum, denuo miſerunt Delphos legatos: qui Pythiæ reſponſo accepto reverſi in Platæam, migrarunt in locum Libyæ inſulæ oppoſitum, nomine Aziriſtum, amœniſſimis collibus utrinque concluſum, & utrinque flumine præterlabente. Herodot. ibidem. At Callimachus populi ducem in iſta difficili migratione corvum fuiſſe dicit, qui Phœbi ductu colonis præceſſerit: quemadmodum olim picus ex Sabino agro Picenis migrantibus iter monſtravit: ut Strabo l. 5. Geogr. docet, inquiens, *ὥρμηνται δὲ ἐκ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι, δρυοκολάπτου τὴν ὁδὸν ἡγησαμένου τοῖς ἀρχηγέταις: ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. Πῖκον γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι, καὶ νομίζουσιν Ἄρεος ἱερόν.* Hæc ille. Sic Cadmum in Bœotiam bos deduxit. vide Ovid. 3. Metam. Pertinent huc fortaſſe quæ refert Ponticus Heraclides, de repub. Cyrenæorum, *Ἀρκεσιλάου δὲ βασιλεύοντος λευκὸς κόραξ ἐξεφάνη, περὶ οὗ λόγιον ἦν χαλεπόν.*

V. 69. *πολλοί σε Βοηδρόμιον*] Boedromius Apollo ab Athenienſibus cultus fuit; quaſi auxiliatorem dicas. in cujus honorem, teſte Suida, feſtum Boedromia iidem inſtituerunt; unde & menſi Boedromioni nomen factum, quo Theſeus Amazones prælio vicit. Sic enim Plutarchus in vita Theſeus Amazones prælio vicit. Sic enim Plutarchus in vita Theſei, *ἡ μὲν οὖν μάχη βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνός· ἐφ' ᾗ τὰ βοηδρόμια μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι θύουσιν.* Id eſt, *Pugna menſe Boedromione commiſſa eſt: quo menſe etiamnum Athenienſes Boedromia celebrant.* Thebis etiam Apollinis Boedromii ædem non procul a fano Dianæ Eucleæ fuiſſe tradit Pauſan. in Bœot.

V. 70. *Πολλοὶ δὲ Κλάριον*] Clarius Apollo dictus eſt a Claro, Joniæ civitate, in qua nobile fuit illius delubrum. Claron, urbem Colophoniorum fuiſſe, Pauſanias refert. Ante Colophonem Clarii Apollinis lucus fuit, in quo antiquitus oraculum erat: ut autor eſt Strabo lib. 14. Apud Corinthios etiam Clarii Apollinis ſimulacrum in communi omnium Deorum templo fuiſſe, teſtatur Pauſanias in Corinthiacis.

V. 71. *Αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον*] Originem hujus cognomenti recitat Pauſan. in Laconicis: cujus hæc ſunt verba, *habuit quidem Carnei Apollinis religio a Carno originem, qui patria fuit Acarnan, ab Apolline vero artem divinandi didicit. Hunc enim Carnum quum interfeciſſet Hippotes Phylantis filius, iratus Deus Dorienſium caſtra male mulctavit. Hippota in capitis judicium adducto, Dorienſes Acarnanem vatem ſtatuerunt ſacris & caremoniis placandum.* Græcus Scholiaſtes non ab Hippota, ſed Alete quodam, interfectum eſſe Carnum annotat. Macrobius, ſuo more allegoriam connectens, *Καρνεῖον* appellatum ait, *ὅτι καιόμενος ὁρᾶται νέος*; quod quum omnia ardentia conſumantur, hic ſuo calore candens, ſemper novus exiſtat.

V. 71. *ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω*] Nam apud Cyrenæos, perinde ut apud Lacedæmonios, Carnæa in honorem Apollinis agebantur, ut mox patebit.

V. 72. *Σπάρτη τοι Καρνεῖε*] Gradatione oſtendit, qua occaſione Carnæorum feſtiva & anniverſaria ſolennitas a Lacedæmoniis ad Cyrenæos per-

pervenerit: originem gentis ſuæ a Græcis provenire commonſtraturus. Quod autem primi omnium Lacedæmones Carnæum Apollinem coluerint, indicat eodem in loco Pauſanias: *Carnæus*, (inquiens) *quem appellant domeſticum, coli cœptus eſt apud Spartanos, antequam Herculis filii ab exilio redirent.* Meminit Carnæorum & Herodotus in Urania, Τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν· Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη. Id eſt, *Cæteris Peloponneſiis id nihil admodum curæ erat: & Olympia jam & Carnea præterierant.* Et Thucyd. l. 6. τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἀρχομένου εὐθὺς, οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὴ τὰ Κάρνεια ἤγαγον, ἐξεστράτευσαν. Id eſt, *Initio ſtatim inſequentis hyemis, Lacedæmonii, peractis Carneis, in expeditionem exierunt.*

V. 73. Δεύτερον αὖ Θήρη] Thera, inſula maris Ægei, una Sporadum, inter Cyrenaicam & Cretam, a Membliaro, ſocio & conſanguineo Cadmi, condita, & initio Calliſte appellata, ut tradit Strabo l. 8. Geograph. & Stephan. περὶ πόλεων. Poſtea Thera dicta a Thera Thebano, Auteſionis filio, qui coloniam Lacedæmoniorum & Minyarum in eam deduxit: ut ibidem Strabo. Occaſio quæ fuerit ut iſta colonia ex Lacedæmone duceretur, exponitur ab Herodoto in Melpomene. Pauſanias in Achaicis, *Uno ſeculo*, inquit, *priuſquam Jones Athenis proficiſcerentur* (quod factum eſt circa annum mundi 2900) *Lacedæmonios & Minyas e Lemno a Pelaſgo ejectos, Theras Thebanus, Auteſionis filius, in eam inſulam deduxit, quæ quum antea Calliſte appellaretur, ab eo Thera eſt vocata.* Idem in Lacon. refert *Theræos quotannis, etiam ſua ætate, Theræ tanquam coloniæ conditori, parentare ſolitos.* Pindarus quoque Pyth. 5. ᾠδῇ, ejuſdem coloniæ prolixe meminit. De eadem colonia Apollonius Rhodius in fine quarti libri Argon. quædam cecinit.

V. 74. ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο] Theras ab Oedipo ſextus, a Cadmo vero decimus in proſapia fuit. Cadmi enim filius Polydorus fuit, hujus Labdacus, hujus Lajus, hujus Oedipus, hujus Polynices, hujus Therſander, (cujus Pindarus 2. Olymp. ᾠδῇ meminit) Therſandri Auteſion, Auteſionis Tiſamenus, Tiſameni Theras. Ab hoc ad Battum 17. generationes eſſe tradit Pindarus. Herodotus tamen Auteſionem, non patrem ſed filium Tiſameni facit.

V. 75. ἐκ δέ σε Θήρης Οὖλος Ἀριστοτέλης] Tertiæ coloniæ, quæ ex Thera in Libyam ducta eſt, conditorem & ducem Ariſtotelem conſtituit: qui idem cum Batto Polymneſti & Phronimæ filio, eſſe creditur, quod, præter Callimachi Scholiaſten, etiam Pindari & Apollonii interpretes confirmant. Et Herodotus l. 4, ubi hanc coloniæ deductionem operoſe perſequitur, Battum non a parentibus, ſed in Libya demum ſic appellatum ait. Quin & ipſe Pindarus 5. hymno Pythiorum, Ariſtotelem nominat, quem alii Battum. Pindaro & Herodoto aſtipulatur Heraclides, in lib. de rebuſpub. cujus hæc ſunt verba, Κυρήνην ᾤκισε Βάττος, ὃς ἐκαλεῖτο πρότερον Ἀριστοτέλης· τῆς δὲ Πυθίας Βάττον αὐτὸν εἰπούσης, ὄνομα τοῦτο ἔσχηκεν. Id eſt, *Cyrenen Battus condidit, prius Ariſtoteles dictus, qui, quum a Pythia oraculum ei reddente Battus eſſet appellatus, nomen id poſtea retinuit.* Cyrenæi Delphis Batti ſtatuam poſuerunt in

curru, quod is ex inſula Thera eos in Africam deduxiſſet. Autor Pauſan. in Phocicis. Vide proverbium, *Batti ſilphium.*

V. 76. Ἀσβυστίδι πάρθετο γαίῃ] Herodot. l. 4. Γιγαμέων, inquit, ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται. οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι. ἐπὶ θάλασσαν δὲ οὐ κατήκουσι Ἀσβύσται. τὸ γὰρ παρὰ θάλασσαν Κυρηναῖοι νέμονται. Id eſt, *Gigamis ab occidua parte contigui ſunt Asbyſtæ, qui ſupra Cyrenen incolentes, ad mare non pertingunt. nam maritimam partem Cyrenæi tenent.* Steph. de Urbibus, Ἀσβύστα, inquit, πόλις Λιβύης. καὶ ὁ πολίτης, Ἀσβύστης. Ibidem Callimachi verſum de Tritone Libyca ex l. 1, αἰτιῶν adducit,

Οἴη τε Τρίτωνος ἐφ' ὕδασιν Ἀσβύσται.

Id eſt,

Et ſola Asbyſtæ gelidas Tritonis ad undas,

Dionyſius,

Ἀσβύσται δ' ἐπὶ τοῖσι μεσήπειροι τελέθουσι.

V. 77. Δεῖμε δέ τοι μάλα καλὸν ἀνάκτορον] Templa a Batto Cyrenis fuiſſe extructa, & ſacra in honorem Apollinis inſtituta, teſtatum facit etiam Pindarus 5. Pyth. hymno.

V. 80. τεῖο δὲ βωμοὶ] Non modo Batti conditoris (qui fuit πύργος ἄστεος, ὄμμα τε φαεννότατον ξένοισι) ſed etiam poſterorum & popularium ſuorum pietatem commendat, quos Apollinis altaribus aſſiduo operam dare & ſacra offerre perhibet: ita ut foci perpetuo igne caleant, nec unquam heſterna pruna in cinerem abeat.

V. 85. ὅτε ζωστῆρες Ἐνυοῦς] Eſt περίφρασις armatorum virorum, qui una cum Libycis mulieribus in Carnæorum feſto ἐνόπλιον ſaltabant. Nam ethnicorum veterum ſolennia fere omnia choreis & tripudiis peragebantur: ſicut ex Ovidio, Pauſania, & Luciano περὶ ὀρχήσεως, colligitur. Eſt autem Ἐνυώ, eadem quæ a Latinis Bellona dicitur, Dea belli & armorum, ſoror & conjunx Martis: per ἀντίφρασιν ſic vocata, quaſi minime ἐνηὴς (hoc eſt mitis) ſit. De ritibus quibus deæ huic ſacrificabatur, lege Tibullum l. 1. Eleg. 6. Ζωστῆρες autem ἀπὸ τοῦ ζώννυσθαι (*cingere*) quod eſt arma induere: ut docet Pauſan. in Bœoticis.

V. 88. Οἱ δ' οὔπω πηγῆς Κυρῆς] Synæreſis pro Κυρήνης. Videtur hoc loco nominis originem & cauſam reddere, quamobrem conditæ a Batto urbi poſtea nomen Cyrene ſit inditum, quum initio Zoa diceretur, teſte Herodoto. Innuit autem nomen hoc a Cyrene, filia Hypſei, regis Lapitharum, deſumptum: quam Apollo raptam amoris cauſa, e Theſſalia in Libyam tranſtulit, regnante in illis locis Eurypylo. Eo tempore quum forte leo Africam & in primis Cyrenaicam vaſtaret, præmium Eurypylus propoſuit interfecti leonis, partem regni. quem quum ſuſtuliſſet Cyrene, regnum accepit, urbique nomen fecit. Hiſtoriam ex Aceſtore repetitam vide apud Apollonii Rhodii interpretem, in librum 2. vide & apud Pindarum initio hymni noni Pyth. *Fontem* autem *Cyrenes* eundem eſſe arbitror qui ab Herodoto *fons Apollinis* dicitur: quod illic *Apollo cum Cyrena ſuam habuerit conſuetudinem.* Nam illo in loco (ut idem docet) civitas Cyrene poſtremo condita eſt, quum prius Theræi colo-

coloni Aziriſtum incoluſſent, locum Platææ (de qua ſupra memini) e regione oppoſitum.

V. 89. πυκινὴν δὲ νάπαις Ἄζιλιν] Herodotus Ἄζιλιν urbem in continente fuiſſe refert, quam Cyrenæi tenuerint. Eadem & Ἄζιλις dicta eſt. Utrunque nomen apud Stephanum legitur.

V. 91. Στὰς ἐπὶ Μυρτούσης] Stephanus, Μύρτουσα ὄρος Λιβύης. Apollon. Rhod. libro 2,

Αἳ Λιβύην ἐνέμοντο, παραὶ Μυρτώσιον αἶπος.

Id eſt,

Quæ prope Myrtoſa Libyam coluere cacumen.

V. 92. Ὑψηῒς κατέπεφνε] Cyrene Hypſeis dicitur ab Hypſeo patre,

Ὃς Λαπιθᾶν ὑπερόπλων
Τουτάκις ἦν βασιλεὺς,
Ἐξ ὠκεανοῦ γένος, ἥρως
Δεύτερος,

ut de ipſo canit Pindarus. Sed & Apollonii Rhodii interpres (cujus modo meminimus) hanc Cyrenen Hypſei filiam fuiſſe teſtatur: de Ariſtæo dicens, ὃς ἦν Κυρήνης τῆς Ὑψέως, καὶ Ἀπόλλωνος. Eos vero qui Penei filiam faciunt, ibidem reprehendit. Τινὲς δὲ, inquit, φασὶ τὴν Κυρήνην Πηνειοῦ θυγατέρα γενέσθαι, κακῶς. Unde conſtat non recte ſcripſiſſe Bocatium l. 7. Geneal. c. 28. dum aſſerit Cyrenen Penei fuiſſe filiam.

V. 93. Οὐ κείνου χορὸν εἶδε] Idem hymno eodem Apollinem Cyrenes fortitudinem admirari, & Chironem his verbis alloqui fingit,

Σεμνὸν ἄντρον Φιλλυρίδα
Προλιπὼν, θυμὸν γυναικὸς
Καὶ μεγάλαν δύνασιν
Θαύμασον, οἷον ἀταρβεῖ
Νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ
Μόχθου καθύπερθε νεᾶνις
Ἦτορ ἔχουσα· φόβῳ
Δ' οὐ κεχείμανται φρένες.

Id eſt,

Venerabile antrum o Phillyrida
Relinquens, animum mulieris
Et magnam virtutem
Admirare, quale intrepido
Certamen ſuſtineat capite,
Labore majus, etiam juvenis
Pectus habens: nec metu
Mentes ejus fluctuant.

V. 95. Μνωόμενος προτέρης ἁρπακτύος] Raptum Cyrenes ab Apolline in Libyam tranſlatæ, præter Pindarum etiam Diodorus Sicul. l. 5. c. 14. recitat. Eundem Apollonius Rhodius l. 2. Argonaut. deſcribit.

V. 97. οὔνεκα τοῦτο Δελφός τοι] Sumpta occaſione ab uſitato applauſu, quo in ſacris Apollinis populus acclamabat Jo pæan, exponit originem ejus conſuetudinis, quam a Pythio Dracone, ſagittis Apollinis

confecto, exortam eſſe demonſtrat. Ut autem huic loco aliquid lucis accedat, placet huc ea annotare quæ apud Athenæum in fine libri ultimi Dipnoſoph. de ea re leguntur. Sic enim Athenæus, Κλέαρχος ὁ Σολεὺς, οὐδενὸς ὢν δεύτερος τῶν τοῦ σοφοῦ Ἀριστοτέλους μαθητῶν, ἐν τῷ προτέρῳ παροιμιῶν, τὴν Λητὼ φησὶν ἐκ Χαλκίδος τῆς Εὐβοίας ἀνακομίζουσαν εἰς Δελφοὺς Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν, γενέσθαι παρὰ τὸ τοῦ κληθέντος Πύθωνος σπήλαιον. καὶ φερομένου τοῦ Πύθωνος ἐπ' αὐτοὺς, ἡ Λητὼ τῶν παίδων τὸν ἕτερον ἐν ἀγκάλαις ἔχουσα, προβᾶσα τῷ λίθῳ (νῦν ἔτι κειμένῳ ὑπὸ τῷ ποδὶ τῆς χαλκῆς εἰργασμένης Λητοῦς ὃ τῆς τότε πράξεως μίμημα γινόμενον, ἀνάκειται περὶ τὴν πλάτανον ἐν Δελφοῖς) εἶπεν, Ἴε παῖ. τυχεῖν δὲ τόξα μετὰ χεῖρας ἔχοντα τὸν Ἀπόλλωνα. τοῦτο δέ ἐστιν ὡς ἂν εἴποι τις, ἄφιε παῖ, καὶ βάλλε παῖ. διόπερ ἀπὸ τούτου λεχθῆναί φασι τὸ Ἴε παῖ, καὶ Ἴε παιών. Id eſt, *Clearchus, nemini ſapientiſſimi Ariſtotelis diſcipulorum ſecundus, in primo de proverb. libro refert, Latonam, quum ex Chalcide Eubœa civitate Apollinem ac Dianam in Delphos tranſportaret, juxta ſpecum in quo Pytho ſerpens latitabat, forte prateriiſſe: cumque is impetu quodam in illos ferretur, matrem alterum liberorum in ulnis gerentem, conſcenſo lapide (qui etiam ſub pedibus ſigni Latones ex ære facti jacet, & rei geſta quaſi ſpeciem, & imaginem oſtentans, juxta platanum Delphicam poſitus eſt) inclamaſſe, Je pa. Quod eſt ac ſi quis diceret, Emitte fili, Jaculare fili. Atque hoc dicto, Apollinem, qui tum forte arcum geſtabat, telum miſiſſe. Inde vocem deflexam eſſe ajunt, ut diceretur, Je pa, & Je paon.* Hæc Athenæus. Vide proverbium *Jo paan.* Quomodo autem naturali ratione fabula hæc intelligenda ſit, explicat Macrobius; a cujus ſententia non abhorrent ea quæ apud Ovid. 1. Metam. leguntur. Strabo l. 9. Geograph. *Pythonem, intolerabilem hominem, & latronem fuiſſe, cognomento Draconem, qui ab Apolline ſublatus ſit,* erudite ex Ephoro declarat.

V. 100. Πυθώ τοι κατιόντι] Pytho vel Pythea, urbs Phocidis, alio nomine Delphi. Pauſan. in Phocic. *Interjecto*, inquit, *dein tempore urbem ipſam non modo Delphos, ſed etiam Pytho nominaverunt finitimi.* Teſtantur id verſus Homeri, de Phocenſium delectu,

> Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

Id eſt,

> *Qui Cypariſſon habent, & qui Pythona petroſam.*

Stephanus Pytho, Apollinis urbem nominat.

V. 103. ἰθύ σε μήτηρ Γείνατ' ἀοσσητῆρα] Lucan. l. 5,

> *Ultor ibi expulſa premeret quum viſcera partus*
> *Matris, adhuc rudibus Paan Pythona ſagittis*
> *Explicuit.*

V. 105. Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα] Epilogus, quo calumniis maledici cujuſdam (quem Apollonium Rhodium fuiſſe nonnulli judicant) reſpondet: ipſam invidiam αὐξητικῶς eum nominans. Fuerat autem Callimachus ab eo, quiſquis ille invidus fuerit, ob brevitatem carminis notatus, ut qui breves tantum hymnos & epigrammata poſſet ludere, non autem prolixam verſuum Iliadem, aut ingens volumen: cujuſmo-

di Nonni de rebus geſtis Bacchi Atqui delectatum eſſe brevitate Callimachum, tum ipſe in Epigrammatis teſtatur, tum Athenæus in primordio libri 3. planum facit, Καλλίμαχος, (inquiens) ὁ γραμματικὸς τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. Graviſſime enim Pindarus Pyth. ᾠδῇ primo,

Καιρὸν εἰ-
φθέγξαιο, πολλῶν
Πείρατα συντανύσαις
Ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
Μῶμος ἀνθρώπων. ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
Αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας.

Id eſt,

Si opportune ce-
cineris, multorum
Summas res geſtas & virtutes complicans
Breviter, minor ſequitur
Reprehenſio hominum. Nam prolixitas
Continua obtundit celeres mentes.

Χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ, quemadmodum in proverbio dicitur. Etenim Homerus ipſe Menelaum hoc nomine commendat quod παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως dixerit. Idem Therſitem ἀμετροεπῆ καὶ ἀκριτόμυθον appellat, & loquacitatis nomine reprehendit. Qua de re vide A. Gellium l. 1. Noctium Attic. c. 15. ubi multa in hanc ſententiam adducuntur. Cautio tamen hic quædam adhibenda, ne brevitas nimium ſit conciſa: ne, dum

Brevis eſſe laboras,
Obſcurus fias,

quemadmodum vetat Horatius. Nam (ſi Pindaro credendum) magnæ virtutes longam orationem deſiderant: is vero qui de re ardua breviter dicere conſtituit, ſapientem auditorem requirit. Verba Pindari 9. Hymno Pyth. hæc ſunt,

Ἀρεταὶ δ' αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι.
Βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὰ σοφοῖς.

Scite enim Plato Antiſthenem, qui differendo erat prolixior admonuit, ὅτι τοῦ λόγου μέτρον ἐστὶν, οὐχ ὁ λέγων, ἀλλ' ὁ ἀκούων, id eſt, *quod orationis modus ſit, non qui dicit, ſed qui audit.* Extant eadem de re Philemonis verſiculi,

Τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἕν,
Μακρὸν νόμιζε, κἂν δύο εἴπῃ συλλαβάς·
Τὸν δ' εὖ λέγοντα, μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν
Μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον. &c.

Reliqua ad hanc quæſtionem de brevitate pertinentia lege apud Plinium l. 1. Epiſt. ad Cornelium Tacitum.

V. 106. Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν] Græcus Scholiaſtes annotat, Callimachum his maledictis coactum fuiſſe ut Hecalen, poema longum, conderet. De qua re Politian. in Miſcell. c. 25.

Ibid. ὃς οὐδ' ὅσα πόντος] Sententia ἐλλειπτικὴ, quæ varie exponi poteſt.

teſt. ὃς ὀ τόσα ἀείδει, ὅσα πόντος φέροι ἄν, quæ pelagus immenſum capere & ferre poſſit. Cujuſmodi eſt illa ὑπερβολὴ Homerica,

> Ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσασθαι
> Πολλὰ μάλ᾽· οὐδ᾽ ἂν ναῦς ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο.

Id eſt,

> *Quin tam multa licet convicia dicere utriſque,*
> *Ut centum remis non portent pondera navis.*

Vel ſic intelligatur, ὅσα πόντος, ſcilicet ἀείδει, hoc eſt ἠχεῖ: qui certe eſt πολύφλοισβος. Vel ὅσα πόντος, ſcilicet ὕδατα ὀχέει, quot undas mare profundit.

V. 108. Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος] Comparatione venuſtiſſima maledici calumniam egregie refellit. cujus hæc eſt ſententia, quemadmodum ingentes & copioſi fluvii aquarum bonitate non præſtant parvis fontibus, qui eos limpiditate tantum antecedunt, quantum ab iiſdem copia & exundantia ſuperantur; ſic neque operoſum ac prolixum carmen brevia & rotunda vincit epigrammata, aut hymnos. Ut enim magni fluvii, qualis eſt Euphrates in Aſſyria, plus ſordium & cœni volvunt, quam liquidi & parvi fonticuli: ita longa poemata plerumque pluribus ſcatent vitiis quam ſuccincta epigrammata & hymni. Proinde ut Meliſſæ non ex rapidis fluminibus, ſed illimibus & vivis fontibus, aquam Cereri libant, ſic ego Apollinem & cæteros deos non prægrandibus verſuum commentis, ſed rotundis & brevibus hymnis mihi placare ſtudeo.

Ibid. μέγας ῥόος] Euphratis periphraſis, qui major eſt Tigride, ſicut refert Strabo l. 11. ἔστι δὲ μείζων ὁ Εὐφράτης, καὶ πλείω διέξεισι χώραν, σκολιῷ τῷ ῥεέθρῳ. De eodem Lucanus l. 3,

> *Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnum*
> *Euphrates: quos non diverſis fontibus edit*
> *Perſis.* &c.

V. 110. Δηοῖ δ᾽ οὐκ ἀπὸ] Ceres Δηὼ Græcis dicta. de qua infra.

Ibid. φορέουσι Μέλισσαι] Qui apes interpretantur, lapſi ſunt. Meliſſæ enim dictæ ſunt Cereris ſacerdotes, ut docet Pindari interpres 4. hymn. Pythiorum: ubi Μέλισσαν Δελφίδα pro ſacerdote Pythia accipiendum demonſtrat, Μελίσσας, inquit, κυρίως μὲν τὰς τῆς Δήμητρος ἱερείας φασί· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰς πάσας, διὰ τὸ τοῦ ζώου καθαρόν. Cum his conſentit etiam Rhodiginus ille Cœlius, l. 12. c. 1. & l. 22. c. 3. inter cætera ſic ſcribens, *Cereris ſacerdotes, Meliſſas, veteres appellarunt, quaſi terreſtris deæ myſtidas.* Plura Lil. Gyraldus Syntagm. 5. Hiſt. deorum,

ANNO-

ANNOTATIONES
IN
HYMNUM TERTIUM,
qui eſt in
DIANAM.

V. 1. Ἄρτεμιν] Laudes Dianæ præſens hymnus complectitur, quam poeta a prima indole & ingenio caſtitatis laborumque amantiſſimo, a Jovis paterno in eam affectu, tum a ſtudiis & rebus apud Cyclopas in Lipara, & Panem in Arcadia, paſſimque in venationibus, geſtis: præterea a majeſtate divina, quam in reprobis puniendis declarat: a dignitate & excellentia: itemque a præcipuis locis in quibus colebatur, ac nymphis quarum conſuetudine in terris delectata eſt: poſtremo ab anathematis & templis in ejuſdem honorem dedicatis, religioſe commendat.

Ibid. Ἄρτεμιν] Plato in Cratylo Ἄρτεμιν, διὰ τὸ ἀρτεμὲς, ab integritate, propter virginitatis ſtudium, vocari tradit. Macrobius ad lunam reſpiciens, παρὰ τὸ τὸν ἀέρα τέμνειν. Id eſt, *quod aerem ſuo fulgore interſecet*, quaſi ἀεροτομὶς, deducit: in fine l. 7. Saturnalium. Ut autem omnia deorum nomina ad ſolem referri poſſe, idem autor l. 1. Saturn. aliquot demonſtrat capitibus; ita Apulejus lib. 11. De aureo Aſino, omnium dearum nomina de natura intelligenda eſſe, ſapienter docet. Ovidius 15. Metamorphoſ. lunam vocat nocturnam Dianam.

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt unquam ſemperque hodierna ſequente,
Si creſcit, minor eſt: major, ſi contrahit orbem.

Quo reſpiciens Euripides in Iphigenia Taurica, φωσφόρον θεὰν eandem appellat.

V. 5. Παῖς ἔτι κουρίζουσα] Laudat initio Dianam a bona indole, quam in prima ſtatim infantia, tanquam ſpecimen futuræ vitæ, præ ſe tulerit. Solent enim plerumque in magnis & præclaris ingeniis, futurarum virtutum ſimulacra quædam in tenera etiam ætate apparere, & quaſi fructus quidam ſuppullulaſcere: unde facile a prudentibus colligi poteſt, quæ meſſis expectanda ſit. *Nam ſtudia*, ut Cicero inquit, *quæ ſunt in adoleſcentia, tanquam in herbis; ſignificant quæ virtutis maturi-*

turitas, & quanta fruges induſtria ſint futura. Vide proverb. *Ante pilos prudens*: & *Ergini capilli.*

V. 6. *Δός μοι παρθενίην*] Ut prudentiorem quam ætas tulerit, Dianam fuiſſe probet, decoram & congruam illi orationem affingit, qua Jovem ipſa, non de rebus ludicris, infantium more, ſed arduis maximeque utilibus, interpellat. Petit enim a Jove, patre ſuo, virginitatem perpetuam cum æterna gloria & immortali fama conjunctam: deinde artem venandi una cum telis & habitu venatorio: tum laborum & curſuum tolerantiam: præterea ſatellitium pediſſequarum & comitum: denique jus obtinendi omnes montes & ſylvas. Quæ quidem omnia de luna aptiſſime intelligi poſſunt. hæc enim ſemper virgo eſt, quia eundem ætatis vigorem ſemper retinet, neque unquam conſeneſcit. Nam cœleſtia corpora mutationis iſtam aleam & metamorphoſin non experiuntur, quam res cæteræ caducæ, multiſque corruptionibus obnoxiæ. Hæc eadem ſagittas emittere, & feras venari dicitur: quia radiis ſuis per noctem diſperſis hæc inferiora colluſtrat, & iiſdem humorem & naſcendi vigorem tribuit. Hæc ipſa laborum & curſus patientiſſima eſt: quia luna in ſua periodo, quam velociſſime conficit, nunquam defatigatur. Hæc multis ſtipatur pediſſequis & nymphis, quia quum per noctem fulget, innumeris ſtellis undique cincta eſt. Hæc denique, *montium cuſtos nemorumque virgo eſt*, (ut ab Horatio dicitur) quia quum oritur, ex montibus conſcendere, quum occidit, in eoſdem deſcendere nobis videtur. Plura ex Cicerone, paulo poſt. Cæterum cum his quæ de virginitate & ſtudiis Dianæ dicuntur hoc in loco, Camillæ Virgilianæ deſcriptio conferatur, quæ l. 11, Æneid. ad hujus loci imitationem expreſſa continetur.

Ibid. *παρθενίην αἰώνιον*] Homerus in hymno Veneris,

Οὐδὲ ποτ' Ἀρτέμιδα χρυσηλάκατον κελαδεινὴν
Δάμναται ἐν φιλότητι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Καὶ γὰρ τῇ ἅδε τόξα, καὶ οὔρεσι θῆρας ἐναίρειν,
Φόρμιγγές τε, χοροί τε, διαπρύσιοί τ' ὀλολυγαὶ,
Ἄλσεά τε σκιόεντα, δικαίων τε πτόλις ἀνδρῶν.

Id eſt,

Auricomam nunquam ſuperavit amore Dianam
Luxurioſa Venus, riſu comitata jocoſo.
Namque arcus illi & cædes placuere ferarum,
Et cithara, facileſque chori, celebreſque ululatus,
Et luci umbroſi, juſtorum & tecta virorum.

V. 9. *ἐμοὶ Κύκλωπες*] Quicquid vehementer munitum robuſtumque eſſe, nec ulla vi rumpi poſſe, poetæ oſtendere volunt, id *Cyclopum manibus conſtructum* dicere conſueverunt. Sic urbs Tiryns, Cyclopum opus fuiſſe dicta, cujus muri (teſte Pauſania in Corinth.) *e rudibus extructi erant lapidibus, quorum ſinguli ea fuerunt magnitudine, ut ne minimus quidem eorum bigis jumentorum moveri loco potuerit.* Sic Argivorum mœnia manibus fabricata Cyclopum Statius prodidit. Sic turris in qua Danae incluſa fuit, a Cyclopibus facta dicitur. Sic mœnia cam-

pi

pi Elyſii *Cyclopum educta caminis*, Virgilius refert. Sic arma Achillis & Æneæ, invictorum heroum, *labores Cyclopum* eſſe feruntur. Siç denique iidem

> Ζηνί τε βροντήν τ᾽ ἔδοσαν, τεῦξαν κεραυνόν.

Id eſt,

> *Fulmenque dedere Jovi, tonitruque pararunt.*

V. 15. Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας] Amniſus, Cretæ fluvius, a quo nymphæ Cretenſes dictæ ſunt Amniſides. At Stephanus civitatem Cretæ facit, cujus nymphæ, Amniſiades & Amniſides dicuntur. Strabo l. 10, *Amniſum Minoiæ emporium fuiſſe*, prodit, *ubi fanum Lucinæ fuerit.* Pauſan. in Atticis, *Cretenſes*, ait, *incolæ Gnoſiæ regionis, ad Amniſum Lucinam genitam putant, & Junonis filiam fuiſſe.*

V. 16. Αἰτέ μοι ἐνδρομίδας] Endromis apud Juvenalem Satyra 3, veſtis eſt craſſiore lana, longioreque pilo: qua antiqui ad arcendum frigus & pluvias utebantur. Hujus deſcriptionem habes apud Martialem l. 4. Epigramm.

V. 21. Μοῦνον ὅτ᾽ ὀξείαισιν] Dianam parturientibus opitulari, Horatius quoque 3. Carm. l. teſtatur. Id ipſum in Carm. ſeculari docet. Marc. Tullius lib. 2, de natura Deorum, de eadem hæc perhibet. *Itaque ut apud Græcos Dianam atque Luciferam, ſic apud nos Junonem Lucinam in pariendo invocant: quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non a venando, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam vagantibus. Adhibetur autem ad partus* (ut ibidem Cicero) *quod ii matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, aut plerumque novem lunæ curſibus: qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.* Vide & Pindarum Ode 7, Nem.

> Ἐλείθυια πάρεδρε
> Μοιρᾶν βαθυφρόνων, &c.

V. 22. καλέουσι βοηθόον] Orpheus in thymiamate Lucinæ,

> Μούνην γάρ σε καλοῦσι λεχοὶ ψυχῆς ἀνάπαυμα·
> Ἐν γάρ τοι τοκετῶν λυσιπήμονες εἰσὶν ἀνίαι.

Id eſt,

> *Nempe vocant gravidæ ſua te ſolatia ſolam.*
> *Sola potes ſiquidem partus relevare dolores.*

Et apud Theocritum Idyllio 17, de Berenice, matre Philadelphi,

> Ἔνθα γὰρ Ἐιλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον
> Ἀντιγόνας θυγάτηρ, βεβαρημένα ὠδίνεσσι·
> Ἡ δέ οἱ εὐμενέοισα παρίστατο.

Id eſt,

> *Namque ibi Lucinam ſolventem filia zonam*
> *Antigones, partus oppreſſa dolore, vocavit:*
> *Quæ prompta auxilium tulit illi.*

Nominis cauſam Ovid. 2. Faſt. reddit.

V. 24. Ὅττι με καὶ τίκτουσα] Quomodo, inquies, Latona Dianam ſine dolore peperit, quum ſequenti hymno Aſterie ſororem τλήμονα, ὑπ᾽ ὠδῖνεσσι βαρυνομένην ὁρόωσα

intro-

introducatur ? Dicendum fortaſſe, illos dolores ab Apolline duntaxat proveniſſe. Nam eodem hymno Latona

Εἶπε δ᾽ ἀλυδθμαίνουσα, τί μητέρα κῦρε βαρύνεις.

V. 26. γενειάδος ἤθελε πατρός] Lucianus in lib. de ſacrificiis, ſolum Jovem ex omnibus diis barbatum fingi ſcribit.

V. 29. ὅτε μοι τοιαῦτα θέαιναι τίκτοιεν] Plena affectus paterni ac ſummæ benevolentiæ reſponſio, qua multo plura in filiam beneficia profundit Jupiter, quam illa vel petere vel etiam ſperare potuiſſet. Gratulatur autem ſibi de tali, tamque induſtria ac ſolerti filia, ex adulterio ſuſcepta : quod quum illi hactenus plerunque bene ceſſerit, Junoni æmulæ conjugi animoſe inſultat.

V. 30. ζηλήμονος Ἥρης] Qua ira in Latonam & alias Jovis pellices Juno graſſata ſit, ex ſequenti hymno intelligetur.

V. 31. φέρευ τέκος ὅσσ᾽ ἐθελημὸς Ἀιτίζεις] Eadem φιλοτεκνίᾳ καὶ φιλοστόργῳ liberalitate erga Phaethontem uſus eſſe Apollo fingitur apud Ovidium 2. Metamorphoſ.

quodvis pete munus, & illud
Me tribuente feres.

Eſt elegans & apud Euripidem in Iphigenia Aulid. locus, in quo ſuaviſſima colloquia, & colluſiones parentum cum liberis, in prima infantia fieri ſolitæ, delineantur.

Πρώτη σ᾽ ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ᾽ ἐμέ·
Πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ᾽ ἐμὸν,
Φίλας χάριτας ἔδωκα, κἀντεδεξάμην.

Cætera ibi vide.

V. 33. Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα] A multitudine urbium, in quibus colebatur, πολύπτολις dicta eſt Diana. Fuere tales civitates, Perga in Pamphylia, Tauri in Scythia. Aulis in Bœotia, Pitane in Æolide, Miletus, Epheſus, Cheſium in Jonia, Pelle & Patra in Achaja, Caſtabala in Cilicia: & compluresaliæ, quarum paſſim in Strabone & Pauſania fit mentio.

V. 37. νήσους τε] Ut ſunt, Chius, Epheſus, Creta, Siphus, Ægina, Icarus, & quam (autore Callimacho) præ reliquis amavit, Doliche.

V. 38. καὶ μὲν ἀγυιαῖς] Panagæa Diana apud Eraſmum proverbialiter de errabundo dicitur. Eſt etiam ἐνοδία cognomentum Dianæ.

V. 41. Λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄρος] Montes Cretæ albos (λευκοὺς) appellari autor eſt Ptolemæus, & Plinius l. 31. c. 3. Id ipſum & Solinus planum facit.

V. 44. Χαῖρε δὲ Καίρατος] Strabo l. 10, Cnoſſum refert priſcis temporibus Ceratum, a præterlabentis fluvii nomine, dictum eſſe. Verba ejus hæc ſunt, ἐκαλεῖτο δ᾽ ἡ Κνωσὸς Κέρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ παραῤῥέοντι ποταμῷ. Euſtathius in Dionyſium, καὶ Κνωσὸς, βασίλειον Μίνωος, ἥτις καὶ Κέρατος (vitioſe opinor pro Κέρατος) ἐκαλεῖτο, ὁμωνυμοῦσα ποταμῷ τινὶ παραῤῥέοντι. Utramque hanc lectionem, mendoſam, & ex hoc Callimachi loco emendandam eſſe cenſeo. Nam & Virgil. in Ciri primam ac ſecundam hujus dictionis producit,

Car-

Carpathium fugiens & flumina Caratæa.

V. 47. Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ] Cum his quæ de Lipara hic dicuntur, ea conſentiunt quæ Plinius l. 3. c. 9. refert, *Lipara*, (inquiens) *cum civium Romanorum oppido, dicta a Liparo rege, qui ſucceſſit Æolo: antea Melegonis vel Meleogunis vocitata.* Idem ſcribit Steph. de Urbibus, ubi & hos Callimachi verſus teſtimonii loco adducit. Euſtathius in Dionyſium, a *Liparo*, *Auſonis filio, nomen accepiſſe, & Cnidiorum coloniam eſſe* perhibet. Plura de Lipara lege apud Diodor. Sicul. l. 6. c. 3. apud Solinum, c. 12. in Polyhiſt. & Pauſan. in Phocicis. Eſt autem Lipara inſula una ex Æoliis in mari Tyrrheno, inter Italiam & Siciliam. Dionyſius de ſitu Orbis,

Ἑπτὰ δέ οἱ ταί γ' εἰσὶν ἐπώνυμοι ἀνδράσι πλωταί,
Οὕνεκα μέσσον ἔχουσι περίπλοον ἀμφιέλικτον.

Inter hanc, inquit Plinius, *& Siciliam, altera Lipara, antea Theraſia appellata, nunc Hiera: quia ſacra Vulcano eſt, colle in ea nocturnas evomente flammas.*

V. 49. Ἑσταότας περὶ μύδρον] Locum hunc de officina & operibus fabrilibus Cyclopum, feliciſſime imitatus eſt Virgil. l. 4. Georg. & l. 8. Æneid. Cyclopum vero mores barbaros & immanes idem poeta 3. Æneid. ex 10. Odyſſeæ Homericæ libro, itemque Euripid. in Cyclope, luculenter expreſſerunt.

V. 52. πᾶσι δ' ὑπ' ὀφρὺν Φάεα] Heſiodus in Theogonia,

Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ.
Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρα σφέων,
Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἕεις ἐνέκειτο μετώπῳ.

Hoc eſt,

Promicat his lumen mediis in frontibus unum,
Unde illi cognomen habent: in fronte quod ingens,
Unus ineſt oculus, lati ceu circulus orbis.

Virgil. 3. Æneid.

telo lumen terebramus acuto,
Ingens, quod torva ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.

V. 57. Αὖε δὲ Τρινακρίη] De Ætna Trinacria, & Corſica, ſuo loco.

V. 59. Εὖθ' οἵγε ῥαιστῆρας] Hypotypoſis, qua fabros operas ſuas exercentes, graphice depingit. Sunt enim verſus hi tam artificioſe facti; ut ſonitum malleorum, & rotarum quibus canthi inducebantur, auribus repræſentare videantur. Eos Virgil. ſic tranſtulit,

Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum: verſantque tenaci forcipe ferrum.

Hujuſmodi eſt & ille Homericus de Siſypho ſaxum volvente venuſtus locus,

Ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. ἀλλ' ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε κραταιΐς
Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής.

 Ver-

Verti jam olim ſic,

Ille quidem manibus pedibuſque innixus agebat
Saxum ingens ſurſum : ſed quando in vertice ſummo
Jam ſtabat, valida retro vi deſuper actum,
Rurſus ad arva deinde revolvitur intima ſaxum.

V. 68. Ἄργην, ἢ Στερόπην] Nomina Cyclopum ſunt, *Arges, Steropes, & Brontes.* quibus additur a Virgilio *Pyracmon.* quem Ovid. 4. Faſt. *Acmonidem* vocat.

V. 75. Βρόντεω σε σιδαροῖσιν] Laudem hæc habent magnanimitatis & fortitudinis. Quum enim virgineus & muliebris ſexus ab hirſutis & atratis fabris atque Vulcanis abhorreat, & eorum conſpectum defugiat: Diana horridi & rigidi Brontæ conſuetudinem adeo non reformidavit, ut etiam genibus ejus inſederit, & pilos e pectore evulſerit. quod a ſigno probat, & ſimili illuſtrat.

V. 79. κόμην ἐπενείμετ' ἀλώπηξ] Ponitur ἀλώπηξ per enallagen pro ἀλωπεκία. Eſt autem alopecia, morbus ſeu vitium capitis, quo pili defluunt: per metaphoram a vulpe, quæ ubi minxerit, locum ſterilem facit: ita ut herba illic naſci non poſſit, aut, ſi qua nata fuerit, illam exiccat. Remedia hujus morbi recitat Plinius l. 29. c. 6. Et alibi ſæpius meminit.

V. 81. Κύκλωπες, ἢ μοί τι] Petit a Cyclopibus arcum, pharetram, & ſagittas, ductis rationibus ab honeſto & utili.

Ibid. Κυδώνιον εἰ δ' ἄγε τόξον] *Spicula Cydonica* etiam a Virgilio in Eclogis ἐπιθετικῶς appellantur, a Cydone urbe Cretæ, de qua in primo hymno. Primam Cretam mari, navibus & ſagittis potuiſſe, refert Solinus c. 17. Luc. l. 7. Pharſ.

Illuc & Libye Numidas, & Creta Cydonas
Miſit, Ituræis curſus fuit inde ſagittis.

V. 84. μώνιον δάκος] Scholiaſtes μώνιον interpretatur quaſi κατὰ μόνας νεμόμενον, feram in ſolitudine errantem. Μονιὸς porcum ſylveſtrem ſignificat. Eſt etiam Mona Britanniæ finitima inſula, teſte Plinio l. 2. c. 73. a qua Μόνιος, Monius, denominativum. Eſt autem ſynecdoche, δάκος pro θηρίον.

V. 88. Ἀρκαδικὴν ἐπὶ Πανός] Pan, Deus Arcadiæ, cui in monte Lycæo templum, lucum & hippodromum dicatum fuiſſe, Pauſan. in Arcad. tradit. Ovidius 2. Faſt.

Pana deum veteres pecudis coluiſſe feruntur
Arcades : Arcadiis plurimus ille jugis.

Eundem venatorem fuiſſe, & a venatoribus cultum, Theocritus primo & ſeptimo Idylliis docet.

V. 90. Τὶν δ' ὁ γενειήτης] Epitheton Panos, ἀπὸ τοῦ γενείου, a barba caprina: quam Latini aruncum appellant. Pingebatur item & ſculpebatur Pan facie caprina, & hirci cruribus, autore Herodoto in Euterpe.

Ibid. κύνας ἥμισυ πηγὰς] Diverſicolores canes generóſos & bonos eſſe, etiam Xenophon in Cyneget. indicat.

V. 91. Τρεῖς δὲ παρουατίους] Xenophon ibidem vult nobilem & præſtan-

ſtantem canem venaticum, inter cætera habere *ὦτα μικρὰ, λεπτὰ, ψιλὰ ὄπισθεν*, *aures breves ac tenues, & poſteriori parte glabras.*

Ibid. *οἱ ῥα λέοντας*] Hyperbolica roboris canini amplificatio. Homerus de Argo, cane Ulyſſis, Odyſſ. P.

Οὐ μὲν γάρ τι φύγεσκε βαθείης βένθεσιν ὕλης
Κνώδαλον, ὅ, ττι, ἴδοιτο. καὶ ἴχνεσι γὰρ περιῄδη.

Id eſt,

Nulla fera illius, luſtris quam viderat imis,
Effugit curſus, veſtigia nota ſequentes.

V. 94. *κυνοσουρίδας*] Cynoſura autore Stephano promontorium Arcadiæ, a Cynoſuro Mercurii filio. Hinc Κυνοσουρεὺς & Κυνοσουρίς.

V. 95. *καὶ οὐ μύοντα λαγωὸν*] Leporem patentibus genis dormire, cum alii, tum Plinius l. 19. c. 37. tradit. Vide proverb. *Lepus dormiens.* Ælianus item naturale refert huic animali eſſe, *ut patentibus oculis ſomnum capiat.* Qua de cauſa a Nicandro *δερκευνὴς* (quaſi *apertis oculis dormiens*) cognominatur, in Alexiph. Oppianus in Cyneg. *ἀγρυπνίαν*, inſomniam, illis tribuit.

Αὐτὰρ ἐριγλήνοι χαροπὸν στράπτουσιν ὀπωπαὶ
Καινὸν ἀγρυπνίῃ κεκορυθμένοι.

Id eſt,

His oculi fulgent in glauca fronte coruſci
Pervigili muniti hirquo.

V. 96. *ὕστριχος ἔνθα καλιαί*] De Hyſtrice Plin. l. 8. c. 35. Oppianus l. 3,

Ὑστρίγγων δ' οὔπω τι πέλει κατὰ δάσκιον ὕλην
Ῥίγιον εἰσιδέειν.

Id eſt,

Hyſtrice nil ſylvis viſu magis horret opacis.

Sunt autem *ζόρκες*, eædem quæ *δορκάδες*: quarum deſcriptionem vide apud Oppianum l. 2. Cyneg.

V. 101. *μελαμψήφιδος Ἀναύρου*] Anaurus Theſſaliæ fluvius, e Pelio monte oriens. Cujus etymologiam Lucan. l. 6. Pharſ. hanc affert,

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec ventos tenues ſuſpirat Anaurus.

V. 107. *Τὴν δὲ μίαν, Κελάδοντος ὑπὲρ ποτ.*] Celadon, Arcadiæ fluvius, qui Thiſoæenſem agrum præterlabitur. A Pauſania Celadus vocatur, in Arcad. Strabo in Alpheum influere autor eſt. Ejus meminit Homerus Iliad. H. Cervæ autem hujus deſcriptionem habes apud Euripidem in Hercule & Pind. 3. εἴδει Olymp. Euripides vocat *Χρυσοκάρανον δόρκαν, ποικιλόνωτον, συλήτειραν ἀγρωστᾶν.* Id eſt, *aurea cornua habentem capream, diverſicolorem, & vaſtatricem agrorum.* De eadem Virgil. in 6. Æneid.

Fixerit æripedem cervam licet.

Pindari Scholiaſtes annotat, *ὅτι ἐπιμελῶς οἱ ποιηταὶ τὴν θήλειαν ἔλαφον κέρατα ἔχουσαν εἰσάγουσι.* Id eſt, *Quod ſtudioſe introducant poetæ cervam fœminam geſtare cornua*: idque exemplo ejus cervæ quæ Telephum nu-

cc 2 triit;

triit: & teſtimonio Anacreontis confirmat. At conſtat inter omnes, cervi fœminam non habere cornua. Cujus rei cauſam affert Ariſtot. l. 3. de partib. animal. c. 2.

V. 108. Ἥρης ἀνησσίησιν] Pindarus (ut ante patuit) Taygetæ opera hanc cervam conſervatam fuiſſe & Dianæ conſecratam refert. Scholiaſtes quoque annotat ibidem, cervæ collo, poſtquam ab Hercule tradita fuiſſet Euryſtheo, inſcriptum fuiſſe, Ταϋγέτη ἱερὰ ἀνέθηκεν. id eſt, *Taygeta conſecravit*. De odio in ſe Junonis Hercules apud Ovid. inquit,

defeſſa jubendo eſt

Sæva Jovis conjunx: ego ſum indefeſſus agendo.

Ibid. ἄεθλιον Ἡρακλῆϊ] Occaſionem cervi hujus occidendi præbuit Herculi Euryſtheus, rex Mycenarum, qui Junonis inſtinctu, ut Herculem tolleret, variis eum monſtris objecit, & periculoſiſſimis laboribus exercuit: ut Pindarus ibidem prodit. Sed τὸ χρῆν νιν (quemadmodum Iris apud Euripidem ait)

Ἐξέσωζεν. οὐδ' εἴα πατὴρ

Ζεύς νιν κακῶς δρᾷν.

Id eſt,

Fatum eum conſervabat, nec pater

Jupiter affligi eum patiebatur.

Nam Euryſthei laboribus defunctus & conſervatus eſt. Hunc Euryſtheum Jolaus Herculis comes interfecit, teſtante Pauſ. in fine Attic. Qua cæde perpetrata Heraclidæ Hyllo duce in Peloponneſum deſcenderunt. Sed quum Hyllus ſingulari certamine ab Echemo Arcade, Æropi filio, occiſus eſſet, exceſſerunt Heraclidæ Peloponneſo, & inter centum annos non eſſe ſe redituros promiſerunt. Herodot. in Calliope, & Pauſan. in Attic. De hoc & aliis laboribus Herculis vide Ovid. 9. Metamorph. & Epiſt. Deianiræ: item Theocritum Idyll. 31, & 32. Pind. in Nem. Virgil. Æneid. 8, Euripid. in Hercule furente, Senecam in Hercule Oetæo, Propertium l. 4, eleg. 10. Diodorum Sicul. l. 5. c. 2. Herodot. l. 2.

V. 109. πάγος Κερύνειος] Cerynæa, Arcadiæ mons, e quo Cerynates amnis profluit, teſte Pauſ. in Achaic. Servius in Comment. 6. Æneid. Cerynitim cervam a loco dictam eſſe perhibet. Alii in Menalo, Ovid. in Parthenio interemptam ſcribit.

V. 110. Ἄρτεμι παρθενίη, τιτυοκτόνε] Horum aliorum Dianæ cognominum & epithetorum ſignificationes, origines & etymologias ſtudioſe & accurate explicat Lil. Gyrald. Syntag. 12. Vocat autem τιτυοκτόνον, quia Tityus Jovis & Elaræ filius, teſte Apollonio Argon. 1, quum Junonis inſtinctu Latonam de ſtupro ſolicitaſſet, & jam illi vim pararet, Dianæ ſagittis interemptus eſt, & a Jove in Tartara abjectus: ubi jecur ejus a vulture corroditur. Vide Pindarum 4. ᾠδῇ Pythiorum. Cruciatum Tityi Homerus Odyſſ. 11. & eundem imitatus Virgil. l. 6. Æneid. expreſſere.

Ibid. χρύσεα μὲν τοι] Habitum & currum Dianæ deſcribit, ut majeſtatem & divinam ejus potentiam adumbret, quæ non impertinenter de aureo lunæ colore, & velocitate curſus, intelligi poſſunt. Sed ad reliqua pergendum, ne facilibus immorantes, nodum in ſcirpo quærere videamur.

V. 114.

V. 114. Αἵμῳ ἐπὶ Θρηΐκι] A rebus geſtis Dianam laudat. Æmus mons Thraciæ vaſto jugo proſcendens in portum, Plin. l 4. c. 11. Thraciam vero aſperam & ventoſam eſſe etiam Homerus innuit, quum ait,

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήκηθεν ἄητον.

Id eſt,

Cum Borea Zephyrus, qui flant a littore Thracum.

Theocritus,

Εἴης δ᾽ Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι, χείματι μέσσῳ,
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν, τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω.

Id eſt,

Montibus Edonum, media ſub frigora bruma;
Juxta Hebrum jaceas, gelidam converſus ad arctum.

Idyll. 7.

V. 116. Πῆ δ᾽ ἔταμες πεύκην] Pinus Dianæ ſacra eſt, propter temperamentum quod cum luna commune habere creditur. Horat. 3. Carm.

Imminens villa tua pinus eſto.

V. 122. Ἀλλά μιν εἰς ἀδίκων] Mea quidem ſententia, de Lacerea urbe Theſſaliæ, patria Coronidis & Æſculapii, loquitur. Quæ quomodo a Diana deleta ſit docet Pindarus 3. Pyth. hymno. Sed ſive de hac, ſive de Thebis, ſive de Calydone hoc intelligas, nihil erit abſurdi. utramque enim harum, ut & Lacercam, cauſa impietatis & ſuperbiæ, male a Diana mulctatam eſſe conſtat. Sive etiam de quacunque alia. Hinc illud Theognidis,

Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε, καὶ Κολοφῶνα,
Καὶ Σμύρνην. πάντως Κύρνε καὶ ὔμμας ὀλεῖ.

Id eſt,

Perdidit & faſtus Magnetes, & Colophonem,
Et Smyrnam: perdet vos quoque Cyrne malos.

V. 125. Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται] Calamitatum enumeratio: ut ſunt, peſtis, fames, bellum, & abortus fœminarum, ſeu orbitas liberorum: quas omnes profanis & impiis comminatur. Non diſſimiles ſunt comminationes apud Moſen, Deut. 28. impiis propoſitæ, & poſtea a Prophetis ſæpe repetitæ. Pertinent huc & illi Heſiodi verſiculi (quos imitatus eſſe Callimachus videtur)

Οἷς δ᾽ ὕβρις τε μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα,
Τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρυόπα Ζεύς·
Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνει καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.
Τοῖσιν δ᾽ οὐρανόθεν μέγ᾽ ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων,
Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.
Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν, μινύθουσι δὲ οἶκοι,
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν ὀλυμπίου.

Id eſt,

At quibus eſt cum vi conjuncta ſuperbia cordi,
Juppiter his cœlo pœnas immittit ab alto:
Sæpius & noxam populus luit unius omnis,

Qui temere peccat, res moliturque nefandas.
His deus immenſas demittit ab æthere clades,
Peſtem, atramque famem: populi hinc moriuntur egeni.
Fœmina nulla parit, pereunt cum matre penates,
Sic rectore volente Deo.

Deſcriptionem autem peſtis vide apud Ovid. 7. Metam.

Ibid. ἔργα δὲ πάχνη] Comminatio famis.

Nam ubi oves furto, morbo periere capellæ,
Spem mentita ſeges, bos eſt enectus arando,

famem ſequi neceſſum eſt. Proinde Horatius ruſticum ad pietatem & ſacrificia exhortatur, ne calamitates iſtas experiatur: in ode cujus initium,

Cœlo ſupinas ſe tuleris manus,
Naſcente luna, ruſtica Phidile.

V. 126. Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν] Bellicas clades ſigno denunciat. ſicut Crœſus Cyro reſpondit, in pace parentes a liberis, in bello liberos á parentibus ſepeliri.

V. 129. Οὐς δέ κέν εὐμενδής τε καὶ] Ut pœnas & calamitates profanis & improbis minatur, ſic præmia & commoda pietatis cultoribus promittit, uberem rerum omnium proventum, vitam longævam, & pacem domeſticam: quæ per ἀντίθεσιν prioribus calamitatibus opponit.

V. 133. Οὐδὲ διχοστασίη τρώγει βίον] Concordia domeſtica præſertim inter conjuges, maximum præbet commodum. Unde Homericus Ulyſſes,

οὐ μὲν γὰρ τοῦγε κρεῖσσον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή· πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσιν,
Χάρματα δ' εὐμενέτῃσι· μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί.

Id eſt,

Nil aliud melius, non eſt conſultius ullum,
Quam ſi concordes ſub eodem fœmina tecto
Virque habitent. mœſtum fert invidus inde dolorem:
Lætatur ſed quiſque bonus, lætantur & ipſi.

Et Medea apud tragicum,

Ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,
Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.

Id eſt,

Hæc maxima eſt mortalium vitæ ſalus,
Quum bene marito cum uxore ſua convenit.

Ibid. ἥτε καὶ εὖ περ Οἴκους ἐστῶτας ἐσίνατο] Scitum eſt illud Salluſtii, *Concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.* Vere enim Antiſthenes dixit, fratrum inter ſe concordiam quovis muro eſſe firmius munimentum. Et Severus imperator opulentiam regni ſui ac prope invictam potentiam filiis ſuis, qui mutuis diffidebant odiis, commendans, οὐδὲν ὄφελος τούτων πασῶν ἔλεγε, στασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους, τοῦ τε πολέμου ἔνδον ὄντος. *Nullum* ajebat *ex his omnibus emolumentum ad*

eos

eos rediturum, ipſis mutuo diſſentientibus, & bellum domi inteſtinum gerentibus. Herodian. l. 3. Apud Pindarum etiam huc pertinent illa Jaſonis,

> Μοῖραι δ' ἀφίσταν τ' εἴτις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις.

Recte hæc quidem & pulchre dicuntur, ſed interim fratrum gratia rara eſt. Et ne longe factorum exempla petantur,

> *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

De Heraclidarum poſteris refert Pauſanias in Laconicis, quod nulla unquam ætate aut patrueles cum patruelibus, aut eorum inter ſe liberos, ac omnes deinceps poſteros æquo jure vixiſſe contigerit.

V. 135. Εἰνάτερες γαλόῳ τε] Εἰνάτηρ & γάλως correlativa ſunt. Eſt enim εἰνάτηρ uxor fratris, quæ uno nomine fratria dicitur: γάλως autem, glos, ut ipſa indicat agnominatio, quæ eſt ſoror mariti. Sic Andromache fratria eſt Caſſandræ, Caſſandra autem glos Andromaches. Inter has porro rariſſime convenit: quemadmodum nec inter ſocrus & nurus: quoniam in animo omnes ſocrus oderunt nurus, ut eſt apud Comicum. Proinde ſingulare Dei beneficium eſſe poeta agnoſcit, quando inter affines & cognatos, fratrias, & glores, ſoceros & generos, nurus & ſocrus, mutua animorum conjunctio intercedit.

V. 136. Πότνια, τῶν εἴη] Eſt εὐχὴ. qua optat ſibi concordes & ſynceros amicos, non fucatos, qui aliud loquuntur & aliud ſentiunt, unaque manu panem, lapidem oſtendunt altera.

> Εὕρημα γάρ τὸ χρῆμα γίγνεται τόδε,
> Κοινῇ μεταχεῖν τἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ,

ut Eurip. inquit. Dicit vero & Achilles, Iliad. 9,

> Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,
> Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει.

Id eſt,

> *Hunc ego Tartareis portis infenſius odi,*
> *Quiſquis mente aliud ſimulat, quam protulit ore.*

V. 143. Ἑρμείης Ἀκακήσιος] Acaceſium urbem fuiſſe Arcadiæ, infra tumulum Acaceſium, in quo Mercurii Acaceſii ſignum marmoreum exſtiterit, ex Pauſ. Arcadicis intelligitur: Acaceſium vero ab Acaco (quaſi dicas non malo) Lycaonis filio, nomen accepit. Steph. de Urbibus & Pauſ. ibidem.

V. 146. Τιρύνθιος ἄκμων] Hercules Tirynthius eſt dictus a Tirynthe urbe Peloponneſi, quæ nomen a Tirynthe Amphitryonis ſorore accepit, ut tradit Steph. In hac enutritus eſt Hercules. Variorum autem Herculis cognominum rationes pete ex Lilio Gyraldo, Syntag. 10. Eſt autem ἄκμων pro ἀκάμων, indefeſſus, ſtrenuus. qui alias ἄκαμος dicitur.

V. 149. μάλιστα δὲ πενθερὴ αὐτὴ] Notatio Junonis, quæ ſocrus fuit Herculis, propter Heben filiam Herculi nuptui datam. Vide Pind. 1. Nem. εἶδεν, & Hom. Odyſſ. libro 11.

V. 159. Οὐ γὰρ ὅγε Φρυγίῃ] Notatio Herculis, qui in Oeta monte Trachinis, præſtructo rogo flammis ſeipſum exanimavit: ut Sophocles in Trachiniis, Seneca in Hercule Oeteo, Ovid. 9. Metam. docent. Phrygia

gia autem, cujus hic ſit mentio, locus eſt in ſummitate montis Oetæ, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα, quod ibi concrematus ſit Hercules & toſtus. Autor eſt Steph. περὶ πόλεων.

V. 160. Παύσατ' ἀδηφαγίης.] Eſt ἀδηφαγία, ſeu ἀδδηφαγία, inexplebilis voracitas. cujus exempla refert Ælianus l. 1. c. 27. ποικίλης ἱστορ. Ibidem templum Addephagias in Sicilia fuiſſe dicitur. Cujus etiam Cœlius Rhodig. l. 7. c. 11. meminit.

V. 161. συνήντετο Θειοδάμαντι.] Herculem ferunt, quum aliquando Dryopiam peragraret, & maxima inedia premeretur, forte in regem Thiodamantem, bobus terram colentem, incidiſſe, & modicum ab illo cibum petiiſſe: quod quum ille denegaſſet, Herculem iratum, occiſo Thiodamante, unum de bobus aratoribus corripuiſſe, eumque adeo integre devoraſſe, ut ne quidem oſſa ſuperfuerint. Hoc facinus Apollon. l. 1. Argonaut. recitat. Ab hoc deinde facinore pluſquam guloſo Hercules βουφάγος cognominatus eſt, ut in epigrammate,

Θείη ἀνίκατον μὲν ὁ βουφάγος.

Idem, Addephagus & Pamphagus dictus: de quibus epithetis vide Lil. Gyraldum, Syntag. 10.

V. 170. Ἡνίκα δ' αἱ νύμφαι] Expoſita Dianæ majeſtate, & divina autoritate, nunc ejuſdem feſtivitates & ſacra anniverſaria perſequitur, quæ hinc inde locorum a pleriſque omnibus gentibus & populis illi exhibebantur. Prius tamen ad religioſam cultuum obſervationem populares ſuos exhortatur. Vult enim diebus feſtis ac Dianæ ſacris omnes homines, ſuo exemplo propoſito, ab operibus maxime ruſticis feriari, addita pœna neglectoribus.

V. 171. Αἰγυπτίου Ἰνωποῖο] Inopus, Deli inſulæ fluvius, qui eodem modo quo Nilus ac pariter cum eo decreſcit augeturque, ut Plinius tradit, lib. 2. cap. 103, & Callimachus ſequenti hymno. Atque hac de cauſa Ægyptium ἐπιθετικῶς appellat, propter eam quam cum Nilo Ægyptio habet proprietatem. Delios vero Dianæ ſacrum facere ſolitos, Pauſanias in Atticis teſtatur, ubi ad aram Lucinæ hymnum Olenis cantari refert. Plura nos infra.

V. 172. Ἡ Πιτάνης] Pitane urbs Laconiæ, teſte Plin. l. 4. c. 5. & Solino c. 13. De ſacrificio Dianæ Orthiæ, quod Lycurgus apud Spartanos inſtituit, vide Pauſan. in Laconicis: quo loco etiam Pitanæ fit mentio. Eſt & alia Pitane Æolidis urbs, cujus Herodot. l. 1. Ovid. 7. Metamorph. & Steph. meminerunt.

Ibid. ἢ ἐνὶ Λίμναις] Limnæ, vicus inter Laconici & Meſſeniaci agri fines, in quo Dianæ Limnatidis templum fuit, commune Dorienſibus, Meſſeniis & Lacedæmoniis. In eo Teleclum Archelai filium, Ageſilai nepotem, interemptum, commemorant. Quæ cædes bello Meſſeniaco initium præbuit. Autor Pauſanias in Laconicis & Meſſeniacis. Eſt etiam locus Athenis Limnæ dictus, ubi etiam templum Dianæ, de quo Thucyd. l. 2. De Limnis Atticis ita ſcribit interpres Ariſtoph. in Ranis,

Λίμναι χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ Διονύσου ἱερόν.

Ibidem ex Callimacho verſum adducit,

Ai-

Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτῆς.

Cujus rei meminit etiam Lil. Syntag. 8.

V. 174. *τέθμια Ταύρων.*] De Tauris, & Diana Taurica, vide Herodotum l. 4. in Melpom. & Euripidem in Iphig. Taurica. item Melam l. 4. & Strabonem l. 12. & Ovid. 4. Triſt. Eleg. 4. & l. 3. de Ponto, Eleg. 2. necnon Pauſan. in Atticis.

V. 175. *Μὴ νειὸν τημῶντος.*] Sacrorum & feſtorum dierum religioſam obſervationem a ſuis hominibus requirit: ut nimirum omnibus operibus omiſſis, hoc agant (quemadmodum veteres Romani ſummo pontifici ſacrificanti acclamabant) id eſt, cæremoniis & ſacro cultui animos adjiciant. *ἥ τε γὰρ ἄνεσις τὸν νοῦν ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἀνθρωπικῶν ἀσχολημάτων, τὸν δὲ ὄντως νοῦν τρέπει πρὸς τὸ θεῖον,* inquit Strabo l. 10. Id eſt, *Nam feriæ mentem a rebus humanis abſtrahunt, animumque otioſum ad res divinas convertunt.* Hinc Tibullus,

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et grave ſuſpenſo vomere ceſſet opus.

Quæ tamen feſtis diebus peragi poſſint Virgil. l. 1. Georg. expoſuit. Plutarchus in lib. de Quæſt. Rom. conſuetudinem hanc in Veneralibus fuiſſe refert, ut e Veneris templo multum vini effunderent: eoque ſigno monuiſſe, dies feſtos ſobrie, non per ebrietatem agitari debere: quod dii magis delectentur merum effundentibus quam bibentibus.

V. 178. *καὶ ἐς Στυμφαλίδας.*] Stymphalus, Arcadiæ oppidum, ut ex Homeri catalogo apparet, juxta lacum Stymphalum. Ab hoc aves Stymphalides denominatæ, quæ tanto fuerunt robore, ut ænea vel ferrea corporis tegumenta facile roſtris perfodere poſſent: teſte Pauſ. in Arcad. Fuit & Stymphali Dianæ vetuſta ædes, cognomento Stymphaliæ.

V. 179. *Ἐινατεϊζόμεναι, κεραελκέες*] Boum novennium robur etiam Heſiodus laudat,

βόε ἐνναετήρω,
Ἄρσενε, κεκλῆσθαι τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν·
Ἥβης μέτρον ἔχοντε, τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω.

V. 180. *ἐπεὶ θεὸς*] Hoc de ſole intelligendum, qui poſt æquinoctium vernum (eo enim tempore, ut ex Dionyſio patet, ſacra hæc in Delo peragebantur) diutius ſuper horizontem commoratur: unde dies protrahuntur, & quo longius a meridie Delum verſus recedit, eo longiores ſunt: uſquedum fiat ſolſtitium. Itaque Homerus ſolis converſionem in Delo conſtituit: ita canens, l. Odyſſeæ 15,

Ὀρτυγίης καθύπερθεν, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο.

Quem imitatus Virgil. l. 4. Æneid. iſta retulit,

Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta,
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo,
Inſtauratque choros. &c.

V. 183. *Τίς δὲ νύ τοι*] Locos & urbes enumerat in quibus Diana potiſſimum culta; ac perſonas, ſeu nymphas, quarum converſatione maxime delectata fuit. Perga, oppidum Pamphyliæ, a quo Diana Per-

gæa, ſive Pergaſia, ut indicat Steph. Doliche inſula Sporadum, ante Macris & Ichthyœſſa cognominata eſt. poſtea Icarus dicta, cum duobus oppidis, tertio amiſſo: Plin. l. 4. c. 12. Taygetus mons Laconiæ, Spartæ & Mycenis imminens: de cujus ruina Plin. l. 2. c. 79. & alibi. De eodem Pauſan. *Qualibet*, inquit, *parte ſui Taygetus venatoribus luculentam caprearum, aprorum, cervorum & urſorum copiam facit.* Euripus, fretum anguſtum inter Aulidem Bœotiæ portum & Eubæam, quod unius diei noctiſque ſpatio ſepties recurrit, eo impetu ut navigia repugnantibus ventis ſecum rapiat. Plinius tam modicum eſſe tradit, ut ponte jungatur. In hoc portu Dianæ templum fuit, in quo Agamemnon Iphigeniam filiam immolavit. Ovid. 12. Metam.

V. 189. Ἔξοχα δ' ἀλλάων Γορτυνίδα] Nymphæ quarum conſuetudinem præcipue amavit Diana, fuerunt, Britomartis, Cyrene, Procris, Anticlea, & Atalanta. Britomartim laudat a patria, quod Cretenſis fuerit: a ſtudiis, quod ἐλλοφόνος, cervorum venatrix: (ἔλλος enim & ἐλάφος Græci cervos vocant, teſte Suida) a viſu, quod fuerit εὔσκοπος, id eſt, acie oculorum valuerit: denique a pudicitia, quod magno ſtudio & labore pudorem ſuum a violentia Minois defenderit. Qua occaſione originem & cauſam nominis Dictynnæ adfert.

V. 190. ἥς ποτὲ Μίνως Πτοιηθεὶς] Pauſanias in Corinthiacis *Britomartim Jove & Charme genitam* refert, eamque, *quum ſe totam in currendi venandique ſtudia tradidiſſet, fuiſſe Dianæ multo chariſſimam. Verum quum Minoem præ amore inſequentem fugeret, ac ſe in mare abjeciſſet, in retia quæ ad piſces in mare miſſa fuerant, incidiſſe, & a Diana in dearum numerum relatam.* Eandem fabulam Virgil. in Ciri verſibus expoſuit. At Diodorus Siculus l. 5. eos procul a vero abeſſe docet, *qui Dictynnam a retibus piſcatoriis, in quæ fugerit, Minoe inſequente concubitus gratia, denominatam velint. Non enim credendum, deam Jove natam, in tantam egeſtatem compulſam: nec Minoa regem juſtiſſimum tam impium fuiſſe.* Strabo l. 10, expreſſe hunc Callimachi locum perſtringit. οὐκ εὖ, inquit, οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασὶν, ὡς ἡ Βριτόμαρτις φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέα δίκτυα· καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν, Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνίων προσαγορευθείη, Δίκτη δὲ τὸ ὄρος. Id eſt, *Nec recte Callimachum ſcripſiſſe referunt, quod Britomartis, quum Minois vim fugeret, a Dicte monte piſcatoriis retibus inſiluerit. Unde illa Dictynna a Cydoniis, mons autem Dicte appellatus ſit.*

V. 204. Οὖπι ἄνασσ'] Diana, Upis dicta, ab Upi puella Hyperborea, de qua infra hymno 4. vel παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τικτούσας, quod parientes reſpiciat. Palæphatus, καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν Κυρηναῖοι Γοργόνην· ὥσπερ τὴν Ἄρτεμιν, Θρᾶκες Βένδειαν, Κρῆτες δὲ Δίκτυνναν, Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν.

V. 205. Κρηταιέες καλέουσιν] Solin. in Polyhiſt. *Cretes, (inquit) Dianam religioſiſſime venerantur, Βριτόμαρτιν gentiliter nominantes. quod ſermone noſtro ſonat dulcem virginem.* Herodot. in Thalia Dictynnæ ſepulcrum a Cretenſibus monſtrari tradit.

V. 206. Καὶ μὴν Κυρήνην] De Cyrene hymno 2. dictum eſt. Hujus ſtudia quæ fuerint, Pind. 9. ᾠδῇ Pyth. commemorat.

'A

Ἃ μὲν οὔθ᾽ ἱστῶν παλιμβά-
μους ἐφίλασεν ὁδοὺς,
Οὔτε δείπνων οἰκουρίαν
Μεθ᾽ ἑταιρᾶν τέρψιας.
Ἀλλ᾽ ἀκόντεσσί τε χαλκέοις
Φασγάνῳ τε μαρναμένα
Κεραΐζειν ἀγρίους
Θῆρας.

hoc eſt, Virgilio interprete.

Bellatrix, non illa colo calathiſve Minervæ,
Fœmineas aſſueta manus, ſed prælia virgo
Dura pati, curſuque pedum prævertere ventos.

V. 208. παρὰ τύμβον Ἰώλκιον] Jolcos Magneſiæ in Theſſalia civitas, ad radices montis Pelii in qua Peleus habitavit, teſte Homero in 11. Odyſſ. libro. Ejuſdem ſepulcrum in ea fuit. Hunc propter Acaſti inſidias Peleus evertit, & Theſſaliæ ſubjecit, teſte Pindaro in Nem. hymno 3. & 4.

V. 209. Καὶ Κεφάλου ξανθὴν ἄλοχον] Notat Procrin, quæ propter pudicitiam ſuam a marito Cephalo tentatam,

genus omne peroſa virorum,
Montibus errabat, ſtudiis operata Dianæ.

Eſt autem Δηϊονίδαο pro Δηϊονίδου, patronymicum a Δηϊονεὺς, *Deioneus*, qui pater Cephali fuit, Euryti, Oechaliæ regis, filius, teſte Plutarcho in Theſ.

V. 211. Καλὴν Ἀντίκλειαν] Anticlea, mater Ulyſſis fuit, filia Dioclis, vel (ut Homero placet) Autolyci, Dianæ & venationum ſtudioſa, ut ex 9. Odyſſ. colligitur, ubi Ulyſſes eam compellat.

V. 215. ποδορρώην Ἀταλάντην] Atalanta Schœnei filia, ſeu (ut hic Callimachus vult) Jaſii Argivorum regis, perniciſſimi curſus puella,

de qua nec dicere poſſes,
Laude pedum, formævé bono præſtantior eſſet.

Hæc quo pacto ab Hippomene, in curſu victa ſit, leges apud Ovid. 10. Met.

V. 216. Κούρην Ἰασίοιο] Propertius l. 1, Jaſidem vocat, ab Jaſi patre,

Mimalion nullos fugiendo, Tulle, labores;
Sævitiam duræ contudit Jaſidos.

Ælian. l. 13. c. 1. de varia Hiſt. Ἰασίωνος filiam fuiſſe refert, & Dianæ æmulam.

V. 218. Οὔ μιν ἐπίκλητοι Καλυδωνίου] Apri Calydonii venationi interfuiſſe Atalantam, Ovid. 8. Metam. docet. Pauſan. l. 8. in Arcad. quo loco Tegeatarum res geſtas celebrat. *Privatim*, inquit, *propria eorum fuerunt decora; quod & aprum Calydonium Ancæus Lycurgi filius accepto etiam vulnere ſuſtinuit: & Atalanta, quum prima omnium belluam ſagitta transfixiſſet, virtutis ergo, capite & pelle apri donata eſt.*

V. 221. Οὐδέ μιν Ὑλαῖον] Hylæus & Rhœtus duo Centauri fuerunt, quos Virgilius l. 2. Georg. a Baccho occiſos eſſe ſcriptum reliquit. Callimachus vero in monte Mænalo ab Atalanta ſagittis confoſſos eſſe indicat. Cui Ælianus conſentit, l. 13. c. 1, ubi & mores procaces ac petulantes utriuſque venuſte perſequitur. Hylæi meminit etiam Horat. l. 2. Carm. Ode 2. & Rhœti gigantis, Ode 19, ejuſdem. & Ode 4. l. 3.

V. 226.

V. 226. *Μιλήτῳ ἐπίδημος*] Miletus, illuſtris Cariæ civitas, ab Jonibus duce Neleo condita; patria Thaletis. Steph. plura de eadem, & Strabo 14, ubi a Sarpedone, Cretenſium colonorum duce, primum conditam tradit. Ovid. 9. Metamorph: a Mileto ex inſula Creta in Aſiam profecto, extructam eſſe ſcribit. Vide Pauſ. in Achaicis.

Ibid. *σοὶ τὸ ποιήσατο Νηλεύς*] Dianæ celebritatem a templis & anathematis exornat. Recitat autem quatuor fana: unum Mileſium, duo in Luſis: & poſtremum Epheſium, longe omnium auguſtiſſimum. Ac Mileſium quidem, a Neleo Codri filio excitatum eſſe oſtendit, eo tempore quo coloniam Athenis in Aſiam deduxit. Cujus rei occaſio fuit diſſidium fraternum inter Medontem & Neleum. Quum enim Neleus fratris altero pede claudicantis imperium ferre non poſſet, Jones qui ante paucos annos Athenienſium civitate donati erant, una cum Androclo & cæteris Codridis in minorem Aſiam deduxit: ubi duodecim urbes condiderunt: Androclus Epheſum, Neleus Miletum, Ægyptus Prienen, Cyaretus Myuntem, Andræmus Lebedum, alii alias. De quibus vide Pauſan. in Achaic. & Herodot. in Clio. Strabonem 14. & Ælianum l. 8. variæ Hiſt. c. 5. Eadem autem tempeſtate qua Neleus Miletum condidit, Homerum natum eſſe, Plutarch. in ejus vita teſtatur.

V. 228. *Χησιὰς, Ἰμβρασίη*] Cheſium, promontorium, & Imbraſus fluvius Sami inſulæ, ubi culta fuit Diana. Vide Gyrald. Syntag. 12.

Ibid. *σοὶ δ' Ἀγαμέμνων*] Strabo l. 14, Agamemnonem refert Munychiæ Dianæ, non procul ab Epheſo, in oppido cui Pygela nomen fuit, templum condidiſſe. Pauſan. in Atticis ſcriptum reliquit, Agamemnonem Dianæ templum erexiſſe, quum ad Calchantem, qui Megaris habitabat, veniſſet, ei, ut ſe ad bellum Trojanum ſequeretur, perſuaſurus.

V. 232. *Ἑλένη Ῥαμνουσίδι*] Hiſtoriam de raptu Helenæ cum plerique omnes poetæ, tum in primis Euripides in Helene, Coluthus, & Ovid. in Heroidibus, pertractarunt. Cæterum hujus epitheti cauſam Græcus Scholiaſtes a Rhamnunte Atticæ pago attulit, quod in eo loco Jupiter cum Nemeſi concubuerit, quæ ovum inde conceptum peperit, quod inventum poſtea Leda foverit: unde Dioſcuri & Helena nati ſunt. Nemeſis fanum in Rhamnunte conſpici, Pauſanias in Atticis & Mela tradunt.

V. 233. *Ἦ μὰν τοι Προῖτος*] Prœtus Abantis filius, & Acriſii Argivorum regis frater fuit: cujus filias furore correptas Melampus, Amythaonis filius, apud Luſos in Arcadia juxta fontem Clitorium, inſania liberavit, & in Dianæ templo luſtravit. Quo beneficio accepto, pater duo templa, unum Dianæ Coreſiæ, alterum Dianæ Hemereſiæ extruxit. Vide Ovidium 15. Metam. Virgilium 6. Ecloga: Pauſan. in Arcadic. Politianum in Miſcell. c. 50. Plinium l. 25. c. 5. Vitruvium l. 8.

V. 234. *Ἄλλον μὲν Κορίης*] Pauſanias in Arcad. tradit, *Minervæ Coriæ* (quam Stephanus *Coreſiam* vocat) *templum ſignumque fuiſſe in vertice montis, ferme 30 ſtadia ab urbe Clitorio.* Sed quid obſtat quo minus idem templum, Callimachi ætate, Dianæ, Pauſaniæ vero temporibus, everſa jam Græcia, Minervæ ſacrum fuerit, aut utriſque ſimul dedicatum? *Coriæ* tamen *Minervæ* etiam Cic. lib. 3. de Nat. Deorum, me-

meminit. Aliud de *Coria Diana* quid legerim, in præſentia non occurrit. Atqui hunc locum ut ſic exponam, non me magis veterum interpretum commenta, quam unius viri, Martini Cruſii, undiquaque doctiſſimi, & in Græca lingua facile principis, autoritas commovit: qui & ipſe *Corien*, Dianæ cognomentum a Prœti filiabus inditum eſſe judicat: ſicut & ſequens in verſu etymologia declarat. In eadem ſententia & Græcus Scholiaſtes eſſe mihi videtur.

V. 236. Ἡμέρη] Pro Ἡμέρας καθ' ἀποκοπήν: ab ἥμερος, manſuetus. De Hemereſia Diana locum Pauſ. ex Arcad. adducere placuit. ubi hæc leguntur, *Filias certe Prœti Melampus Luſos compulit, luſtrataſque in Diana, inſania liberavit. Ab eo ſane tempore ad hodiernum uſque diem, Hemereſiam, quaſi placabilem dixeris, Dianam templi ejus præſidem, Clitorii nuncupant.* Hæc ille. ἀπ' ἄγριον εἵλεο, pro ἀφείλεο. tmeſis.

V. 237. Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες] Templum Epheſiæ Dianæ toto orbe celebratiſſimum, interque ſeptem miracula mundi numeratum (cujus etiam in Actis Apoſtolicis fit mentio) alii ab aliis conditum eſſe aſſerunt. Strabo l. 14. Geograph. ab Archiphrone. Pauſan. in prioribus Eliacis, a Xenophonte Grylli filio. idem in Achaicis, a Crœſo & Epheſo Iſtæi filiis. Vitruvius l. 7, a Cteſiphonte Gnoſio, & filio ejus Metagene conſtitutum, ac poſtea a Demetrio ipſius Dianæ ſervo, & Pæonio Epheſio, perfectum eſſe, memoriæ prodiderunt. At Callimachus ab Amazonibus ædificatum eſſe affirmat. Cujus ſententiæ, Plin. l. 5. c. 29, Solinus cap. 43, Pomp. Mela l. 1. c. 17, ipſe Pauſ. in Meſſenicis, & Dionyſius de ſitu orbis, ſubſcribunt. Atqui hæc opinionum varietas ex eo proveniſſe mihi videtur, quod illud templum ſæpius vaſtatum, dirutum, incenſum, & aquarum inundatione deſolatum, ac poſtea ab aliis rurſum erectum & inſtauratum fuit.

V. 245. Ἔργον Ἀθηναίης] Tibiam a Minerva inventam eſſe, vetus poetarum opinio obtinuit: ſicut & Pindarus 12. ᾠδῇ Pythiorum docet. Atque hanc opinionem Ariſtoteles 8. Politic. perſtringit. Ejuſdemque rei Ovidius Faſt. 6, meminit, apud quem Minerva ſic loquitur,

> *Prima, terebrato per rara foramina buxo,*
> *Ut daret effeci tibia longa ſonos.*
> *Vox placuit: faciem liquidis referentibus undis*
> *Vidi, & virgineas intumuiſſe genas.*
> *Ars mihi non tanti eſt, valeas mea tibia, dixi.*
> *Excipit abjectam ceſpite ripa ſuo.* &c.

Atque hac de cauſa Alcibiades tibiam contemnebat, καὶ τὸ αὐλεῖν ἔφευγεν, ὡς ἀγεννὲς καὶ ἀνελεύθερον, teſte Plutarcho. Plura apud eundem in vita Alcibiadis, ab hoc loco non aliena. Pauſanias in Atticis prodit, Marſyam Silenum a Minerva occiſum; quod tibias quas ipſa abjecerat, ſuſtuliſſet.

Ibid. ἐλάφῳ κακόν] Quia νέβρεια δ' ὀςέα, ex cervinis & hinnulorum oſſibus olim tibiæ parabantur, ut ex Acharnenſibus Ariſtoph. patet: apud quem Bœotus ait,

> Ὑμεῖς δ' ὅσοι Θήβαθεν αὐλητὰ πάρα,
> Τοῖς ὀςίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

Ὀςί-

Ὀσίνοις δὲ ἔφη (ut interpres addit) ἐπεὶ τὸ παλαιὸν ἀπὸ τῶν ἐλαφείων ὀϛέων κατεσκεύαζον τὺς αὐλὺς. Atqui Plinius etiam ex aſininis oſſibus tibias fieri, ſcriptum reliquit. Et apud Plutarchum, ἐν ἑπ̓ͅὰ σοφῶν συμποσίῳ Æſopus inquit, οἱ αὐλοποιοὶ πϱοέμϑμοι τὰ νέϐρεια, χϱώμϑμοι τοῖς ὀνείοις, βέλτιον ἠχεῖν λέγυσιν. Id eſt, *neglectis hinnulorum oſſibus, tibiarum artifices aſininis utuntur, eaque multo argutius ſonare dicunt.* ὥϛε θαυμάζειν (ut mox ſubjungit) τὸν ὄνον, ἐι παχύτατος καὶ ἀμυσότατος ὢν τἆλλα, λεπ̓ͅότατον καὶ μυσικώτατον ὀϛέον παρέχεται. Id eſt, *ut mirandum ſit, aſinum tam craſſum & a muſica alienum animal, maxime tenuia & muſicis inſtrumentis aptiſſima oſſa prabere.*

V. 246. Σάρδιας] Sardes nota urbs Lydiæ, regia olim Crœſi. Berecynthus Phrygiæ mons, in quo Cybele mater deum colebatur. Unde ipſa Berecynthia dicta eſt. Steph. Plin. l. 16. & Strabo in fine 12.

V. 249. τῦ δ' ὔτι θειότερον] Templi Epheſiæ Dianæ commendatio: cujus deſcriptionem pete ex 14. cap. lib. 36. Plinii. Ejuſdem Martial. lib. 1. Epigramm. initio ſtatim meminit. Heroſtratus quum nullo honeſto facinore nomen aliquod acquirere poſſet, hoc templum incendit, ut ſaltem ob hoc ſcelus & ſacrilegum incendium nominaretur. Eadem nocte qua deflagravit, Alexander natus eſt, ut Cic. l. 2. de Nat. Deorum ex Timæo annotat: quem adjunxiſſe ait, minime id mirandum eſſe, quod Diana, quum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo.

V. 252. Λύγδαμις ὑϐριστής] Cimmerios ſæpe invaſiſſe Joniam, & Aſiam minorem aliquantiſper tenuiſſe, Herodot. l. 1. & 4. teſtatur, quos tandem a Scythis illinc expulſos eſſe refert. Strabo item l. 1. Geograph. Lygdamis & Cimmeriorum meminit. Sunt autem *Cimmerii, populi Septentrionales, ad Boſporum ponti Euxini fretum habitantes: cujus ora*, teſte Plinio, *curvatur in Mæotin, Scythiæ paludem.* Horum regionem Scythæ a Maſſagetis Aſia expulſi, poſtea tenuerunt. Herodot. in Melpom. Unde non raro Cimmerii & Scythæ apud poetas pro iiſdem populis ſumuntur, propter crebram coloniarum permutationem. Natio Cimmeriorum caliginoſa & denſis tenebris opaca eſſe dicitur. Unde Ovidius *regiam ſomni* apud hos populos conſtituit, 11. Metamor. lib. & Homerus 11. Odyſſ. de iiſdem.

Ibid. ἱππημολγῶν] Eſt epithetum χλευαϛικὸν, quod Homerus alibi Myſis attribuit. Tametſi Strabo l. 7. Hippemolgos & Galactophagos & Abios, quos eoſdem cum Scythis Hamaxobiis eſſe tradit: itemque Sarmatas, diverſas ab Homero gentes, & terrarum terminis finitimas conſtitui affirmat. Herodot. initio l. 4. Scythas & lacte vivere & ex equabus illud mulgere autor eſt, modum exponens, quo gentes iſtæ in mulgendis equabus utantur.

V. 254. βοὸς πόρον Ἰναχιώνης] Boſpori Cimmerii deſcriptionem pete ex Plinio, l. 6. c. 6. Nomen accepit ab Jo filia Inachi, quæ in bovem mutata locum illum trajecit, priùſquam in Ægyptum perveniret. De Jo a Jove in vaccam mutata, vide Ovid. 1. Metam. Æſchylum in Prometheo.

V. 257. ἐν λειμῶνι Καϋϛρίῳ] Cayſter, amnis Joniæ celebratiſſimus juxta Epheſum, Ptol. l. 1, Plin. l. 5. c. 25. Cayſtrium campus Epheſiæ. Ste-

Stephanus idem fluvio nomen, διὰ τὸ ἔχειν κεκαυμένην χώραν πλησίον, quod finitimam habeat exuſtam terram, impoſitum eſſe perhibet.

V. 259. Πότνια Μουνυχίη] Munychia, tumulus eſt Atticæ terræ, *χερρονησίζων, καὶ κοῖλος, καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος, φύσει τε καὶ ἐπιτηδὲς, ὥστε οἰκήσεις δέχεσθαι· στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων.* Id eſt, *peninſula ſimilis, & concavus, magnaque ex parte cuniculis ſubrutus, tum natura loci, tum hominum induſtria: ita ut habitationibus aptus ſit: acceſſum tamen per anguſtas fauces habeat.* Hæc Strabo lib. 9. In Munychia portum cum Dianæ Munychiæ templo eſſe, Pauſ. in Atticis tradit. Stephanus locum a Munycho denominatum eſſe refert. Dianæ Munychiæ Xenophon l. 2. Ἑλληνικῶν meminit.

Ibid. *χαῖρε Φεραίη*] Diana Pheræa dicta, a Pheris civitate Theſſaliæ, quæ Alexandri Theſſalorum tyranni patria fuit: cujus meminit Plutarchus in vita Pelopidæ: Cic. 2. Offic. & Pauſanias in poſt. Eliac. Pherææ vero Dianæ (ut idem Pauſan. in Corinth. ſcripſit) tam apud Sicyonios quam apud Athenienſes, ſignum fuit: quod ad ſe Pheris, quæ in Theſſalia (ut diximus) civitas eſt, deportatum Argivi tradunt.

V. 260. *Μή τις ἀτιμήσῃ τὴν Ἄρτεμιν*] Propoſitis exemplis pœnarum quibus Dianæ contemptores affecti ſunt, ad pietatem & religioſum cultum alios exhortatur. Eſt enim pietas, tutiſſima virtus. & quidem Theocritus inquit,

> *Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷα, δυσσεβέων δ' οὔ.*

Id eſt,

> *Præmia certa pios, reprobos mala fata ſequuntur.*

Quia

> *Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν οὐκ ἀποτίσει.*

Id eſt,

> *Nemo malorum hominum pœnas non ſuſtinet æquas.*

Ibid. *οὐδὲ γὰρ Οἰνεῖ*] Oeneus Calydonis rex fuit, qui quum omnibus diis ſacra feciſſet, ſolam Dianæ aram contempſit ac neglexit. Hoc ægre dea ferens, ad bellum excitavit Cretenſes, ut arma Ætolis inferrent, & Calydonem expugnarent. Neque ſic contenta malis, aprum inſuper immanem agris immiſit, qui quum omnia devaſtaſſet, bellicæ calamitati etiam fames acceſſit. Hujus rei memoriam Phœnix apud Hom. 9. Iliad. repetit. Oenei etiam impietatem ibidem exprimit: de qua & Ovidius Metamor. 8.

V. 263. *Οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδης*] Hiſtoriam ex Dicty Cretenſi adſcribendam duximus, apud quem lib. 1. hæc leguntur, *Quum nulla jam res profectionem niſi abſentia militis retardaret, cuncti duces velut ſigno dato, uno atque eodem tempore Aulidem confluunt. Interim in ipſa navigandi feſtinatione Agamemnon, quem a cunctis regem omnium declaratum ſupra docuimus, longius paulo ab exercitu progreſſus, forte conſpicit circa lucum Dianæ, paſcentem capream: imprudenſque religionis quæ eo in loco erat, jaculo transfigit. Neque multo poſt ira Dianæ, ob mutationem aeris corporibus pertentatis, lues invadit: atque interim in dies*

ma-

magis magiſque ſæviens, multa millia fatigare & promiſcue pecora atque exercitum gravari. &c.

Ibid. ὀλίγῳ ἐπεκίμπασε μισθῷ] Non enim levi pretio Dianæ iram placavit, cui filiam chariſſimam Iphigeniam mactare coactus eſt. ſicut teſtatur Euripides in Iphigen. Aulid. & Theognis in prooemio.

V. 264. οὐδὲ γὰρ Ὦτος] Otus & Ephialtes Aloei & Iphimediæ filii fuerunt, teſte Hom. 11. Odyſſ. qui quum Dianæ vitium offerre conati eſſent, in Naxo inſula perempti ſunt. Vide Pindarum Pyth. ᾠδῇ 4. & ejus Scholiaſtem. Apollonius Rhod. 1. Argon. ab Apolline peremptos refert, propter linguæ maledicæ in deos petulantiam. Apollonio autem Homerus Odyſſ. l. 11. aſtipulatur.

V. 265. Οὐδὲ μὲν Ὠαρίων] De hac lectione Politian. c. 69. Miſcell. Dicitur autem Oarion pro Orion, ἐπενθέσει τοῦ α. Orionem porro Dianæ pudicitiæ inſidiatum eſſe, ex Horatio patet, lib. 3. Carm. Ode 4. Meminit etiam Hom. Odyſſ. ε.

V. 266. οὐδὲ γὰρ Ἱππώ] Hippo Amazonum una fuit (ut ex præcedentibus intelligitur) quæ prima Dianæ ſacerdotio perfuncta eſt. Heſiodus in Theogonia Hippo Oceani & Tethyos filiam inter Oceaninas nominat. Fuit & Romanis Hippo dea equorum. de qua Juvenal. Sat. 8.

— *jurat*

Solam Hippo, & facies olida ad præſepia pictas.

ANNOTATIONES
IN
HYMNUM QUARTUM,
qui eſt in
DELUM.

V. 1. Τὴν ἱερὴν] Continet hic quartus hymnus χωρογραφίαν & lavacrum inſulæ Deli, quæ una Cycladum eſt, & patria Apollinis ac Dianæ. Eam commendat poeta a deo tutelari, Apolline: a veteri infortunio, quo erratica in mari jactata fuit: a nomine antiquo & recenti, ab immobili ſitu, quem beneficio nati in ſe Apollinis conſequuta eſt, quum ante Latonæ partum in nullo certo conſiſteret loco. Hinc occaſione a partu Latonæ ſumpta, in miſeriam ejus &

& pariendi difficultatem digreditur: oſtendens, Latonam a duobus ſpeculatoribus Marte & Iride, quos Juno conſtituerat, ubique terrarum & inſularum, a partu fuiſſe prohibitam, nec ullibi locorum hoſpitio receptam. Quod ἐπαρχιθμήσει amplificat. nam gravidam Latonam ab univerſa Peloponneſo, Achaja, Theſſalia, Corcyra, aliiſque locis & inſulis compluribus excluſam, a ſola autem Delo ſuſceptam fuiſſe commemorat. Quæ ad laudem hoſpitalitatis Delo conciliandam, plurimum faciunt. Et in hac quidem digreſſione maxima pars hymni abſolvitur. Facto deinde reditu ad eandem inſulam, ab admiranda & divina Apollinis ac Dianæ nativitate laudat: quam ipſam a conjunctis & conſequentibus luculenter deſcribit: præterea a ſingulari autoritate & prærogativa, quam præ cæteris inſulis habet, itemque a pace ſempiterna, denique a ſacrificiis, quæ ab ultimis terrarum oris huc adferantur, Delum ſtudioſe laudat. Cæterum defectus, quibus hic & ſequentes hymni laborabant, ex Henrici Stephani, viri longe doctiſſimi & clariſſimi (quo meliorem ac diligentiorem ſui inſtauratorem Græcæ literæ nullum unquam habuerunt) venuſtiſſima illa Græcorum poematum editione, ſupplevimus.

V. 2. Ἀπόλλων κυρ.] Principium hymni, a rebus ipſis, hoc eſt a dignitate & præſtantia Deli inſulæ, deductum, quam collatione amplificat, dum oſtendit inter omnes Cycladas præſtantiſſimam & laude digniſſimam eſſe Delum, propterea quod Apollinem Muſarum & poetarum antiſtitem in lucem ediderit. Exornantur hæc interrogatione, qua poeta ſeipſum alloquitur.

V. 3. Κυκλάδες] Cyclades maris Ægæi inſulæ ſunt. de quibus lege Strab. l. 10. Geogr. Plinium l. 3. c. 12. Solinum c. 17. Melam l. 2. c. 7. Nominis cauſam Dionyſius de Situ hanc adfert,

> Αἳ δ' Ἀσίης προτέρην αἶσαν λάχον ἀμφὶς ἰοῦσαι,
> Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσί.

Id eſt,

> *Quaque Aſiæ primas attingunt Cyclades oras,*
> *Sic dictæ, Delum quia cingant more coronæ.*

Ammianus quoque Marcell. l. 22, Cycladas ait ſic dictas quod *omnes ambiunt Delon, patriam deorum inſignem.* Ab Euſtathio ibidem hæ numerantur: Cythnus, Parus, Amorgus, Delus, Tenus, Jos, Seriphus, Myconus, Niſyrus, Syrus, Siphnus, Andrus, Naxus. quibus annumerandæ, Rhenæa, Gyarus, & aliæ.

V. 7. Ὡς Μοῦσαι τὸν ἀοιδὸν] Delum laudandam eſſe, non modo ab honeſto & pio, ſed etiam per contrarium a periculoſo confirmat: dicens, eum in Apollinis odium incidere, qui patriam ejus non laudet. quod comparatione illuſtrat. Quali etiam Ovidius 4. l. de Ponto, Eleg. 14. utitur,

> *Quam grata eſt igitur Latonæ Delia tellus,*
> *Erranti tutum quæ dedit una locum,* &c.

Eſt autem Pimplea mons Macedoniæ, olim a Thracibus poſſeſſus: in cujus radicibus fons fluit Pimpleus, & antrum Pimpleum, Muſis con-

 ſecratum.

ſecratum. Strabo l. 9. Geograph. Θρᾷκες, inquit, τὴν Πιερίαν, καὶ τὸ Λείβηθρον, καὶ τὴν Πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέδειξαν. ἐκαλοῦντο δὲ Πίερες. ἐκλιπόντων δὲ ἐκείνων Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα. Id eſt, *Pieriam, Libethrum & Pimpleam Thraces iiſdem deabus conſecrarunt, antea Pieres dicti: qui quum a reliqua Thracia defeciſſent, Macedones iſta loca obtinuerunt*. Hinc Muſæ Pimpleæ & Pimpleides, ut apud Horatium,

Necte meo Lamiæ coronam
Pimplea dulcis.

lib. 1. Ode 26.

V. 9. Δήλῳ νῦν οἴμης] Propoſitio hymni cum amplificatione utilitatis.

V. 10. Κύνθιος αἰνήσῃ] Apollo Cynthius eſt dictus a Cyntho Deli inſulæ monte, de quo Strabo lib. 10. ὑπέρκειται δὲ, inquit, τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κύνθος, καὶ τραχύ. Id eſt, *Civitati in Delo mons adjacet Cynthus, miræ altitudinis & aſperitatis*. Stephanus de Urbib. ipſam inſulam prius Cynthum appellatam eſſe prodidit, ὑπὸ τοῦ Κύνθου, τοῦ Ὠκεανοῦ, *a Cyntho Oceani filio*.

V. 11. Κείνη δ' ἠνεμόεσσα] Narrationem a topographia orditur, quam Virgilius 3. Æneid. lib. imitatus eſt.

V. 16. Ἀλλά οἱ οὐ νεμεσητὸν] Collatione Delum laudat, quam omnibus inſulis & terris longe præſtantiorem & ſuperiorem eſſe affirmat. Quod ne odioſum ſit, huic collationi προθεραπείαν iſtam præmittit.

V. 19. Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος] Cyrnus inſula maris Liguſtici, quam Latini Corſicam vocant: cujus deſcriptionem pete ex Plinii l. 3. c. 6. Cæterum epitheta quæ hic Corſicæ a poeta attribuuntur, Sardiniæ magis competunt: ad quam reſpicere voluiſſe autorem veriſimile eſt, quum inquit, μετ' ἴχνια ὀπηδεῖ. Sardinia enim Ichnuſa primum dicta eſt, quod formam habeat ſummi veſtigii. Eadem Phœniſſa commodius dicitur quam Corſica, qnod Libyes duce Sardo in eam duxerunt colonias: ὕστερον δὲ Φοίνικες κατεκράτησαν οἱ ἐκ Καρχηδόνος, καὶ μετὰ τούτων Ῥωμαίοις ἐπολέμουν. Id eſt, *Deinde vero & Pœni Carthaginenſes eam tenuerunt, qui una cum incolis bellum Romanis intulerunt*. Strabo l. 5.

V. 20. Οὐκ ὀνοτὴ] Neque hoc epitheton Corſicæ ſatis convenit, quod pauper & ſterilis non ſit: quum Strabo contrarium apertiſſime affirmet. Ita enim de Corſica lib. 5. ſcriptum reliquit, οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖά τε οὖσα, καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως· ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη, καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας, ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων. Id eſt, *Male habitatur Corſica, quum aſpera & pleriſque in locis invia ſit. Quo fit ut incolæ montana inhabitent, vitamque latrociniis ſuſtentent, ac ipſas feras immanitate ſuperent*. Dionyſius,

Ὕλῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσον ὅσσον ἐκείνη.

Ibid. καὶ Μάκρις Ἀβαντιὰς] Periphraſis Eubœæ, quæ & Macris & Abantias olim vocata fuit, teſtibus Strabone & Stephano. quorum ille, l. 10. Geogr. Ellopiam quoque ἀπὸ Ἔλλοπος τοῦ Ἴωνος, id eſt, *ab Ellope filio Jonis*, appellatam fuiſſe, memoriæ prodidit. τὸ ἐθνικὸν Ἐλλοπιεὺς, Steph. Plinius refert aquas Eubœæ calidas *Ellopias dici*, l. 4. c. 12. Eſt autem Eubœa maris Ægæi inſula, exiguo freto Euripo a Bœotia dirempta.

V. 12.

V. 21. *Σαρδώ θ' ἱμερόεσσα*] Sardinia, Græce *Σαρδὼν*, inſula maris Liguſtici, diſtans a Corſica 60 ſtadiis, ut Strabo docet. vel novem millibus paſſuum, ut Plinius tradit. Pauſanias tamen Sardiniam a Corſica non amplius quam decem ſtadia lato mari dividi exiſtimat, l. 10. Hujus fertilitatem Strabo l. 5. ſic expoſuit, *ἔστι δὲ τὸ πολὺ μέρος τραχὺ καὶ οὐκ εἰρηναῖον· πολὺ δὲ καὶ χώραν ἔχον εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως.* Id eſt, *Magna pars Sardiniæ aſpera & impacata eſt: magna etiam ſolum habet cum omnibus rebus, tum in primis frumento beatum & fertile.* Lucanus quoque Sardiniæ & Siciliæ fertilitatem his verſibus l. 3. celebrat,

Utraque frugiferis eſt inſula nobilis arvis:
Nec plus Heſperiam longinquis meſſibus ullis,
Nec Romana magis complerunt horrea terra. &c.

Ibid. *καὶ ἣν ἐπενήξατο Κύπρις*] Notatio eſt inſulæ Cytherorum, quæ in mari Myrtoo, contra Maleam promontorium ſita eſt. (Strab. l. 2.) ſeu Cytherorum urbis in Cypro, ad quam Venus concha primum advecta fuit: ut ipſa apud Statium l. 1. Sylvarum ait,

Hæc & cæruleis mecum conſidere digna
Fluctibus, & noſtra potuit conſidere concha. &c.

V. 24. *τί δὲ στιβαρώτερον ἕρκος*] Eſt *γνώμη* qua divinæ præſentiæ ac tutelæ magnitudinem & utilitatem commendat. Nam ſi Archidamus merito de civibus ſuis dixit, *ταῦτ' ἐστὶ Λακεδαιμονίων τείχη.* quanto rectius hoc & verius de Deo opt. max. dici poteſt & debet? *πολλὸν γὰρ θνητῶν κρείσσονες ἀθάνατοι*, ut inquit Theognis. Atenim propitio Deo, omnia nobis poſſibilia: ſicut Pindarus præclare dixit,

Θεῶν τελεσάντων οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον.

Nam Jovis taxilli, ut proverbio dicitur, ſemper cadunt feliciter. Quare ſi Deus eſt pro nobis, quis contra nos?

V. 25. *Τείχεα μὲν*]

Tabida conſumit ferrum lapideſque vetuſtas.

Nihil enim eſt opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat & conſumat ætas.

V. 26. *Στρυμονίου βορέαο*] Citatur hoc hemiſtichium a Stephano de Urb. in dictione *Στρυμών.*

V. 30. *Ἣ ὡς ταπεινότερα*] Deum in prima creatione terram a mari ſeparaſſe, & inſulas condidiſſe, etiam poetæ crediderunt, & ſaniores philoſophi: quemadmodum ex Homeri, Heſiodi, Ovidii & aliorum poetarum monimentis, & Timæo Platonis, certo colligitur. Ad hanc *κοσμοποιΐαν* præſens locus referendus mihi videtur.

Ibid. *ὄρεα θείνων Ἄορι τριγλώχινι*] Hac notatione, divina potentia & majeſtas exprimitur: quam Deus fulminibus, tonitrubus & grandinibus immiſſis demonſtrat. Venus apud Virgilium,

— o qui res hominumque deumque
Æternis regis imperiis & fulmine terres.

Horat.

Nec fulminantis magna Jovis manus.

Faceſſat ergo Plinii furor, qui iſta omnia fortuita, ac fulmina bruta eſſe cenſet, ut quæ nulla veniant ratione naturæ.

V. 31. Ἄορα τερλωχῖνι] Periphraſis fulminis: cujus deſcriptionem & cauſam lege apud Ariſtot. l. 3. Meteor. c. 1. Interpres Ariſtoph. In equitibus tria fulminum genera recenſet. τῶν κεραυνῶν, ait, οἱ μὲν, καταιβάται, οἱ δὲ, ψολόεντες, οἱ δὲ, ἀργῆτες καλοῦνται, ὡς Ὅμηρος ὀνόμασεν. Ideſt, *Fulminum alia recta deſcendunt, quædam ſunt fuliginoſa, quædam raptim emicant.* Naturam fulminis Lucanus poeta eleganter ſic deſcripſit,

Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen,
Ætheris impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque diem, populoſque paventes
Terruit, obliqua præſtringens lumina flamma:
In ſua templa furit, nullaque exire vetante
Materia, magnamque cadens magnamque revertens
Dat ſtragem late, ſparſoſque recolligit ignes.

Ibid. ὃ οἱ Τελχῖνες] Cyclopes Jovi fulmina fabricare a poetis creduntur. Unde Ovid. 1. Metamorph.

Tela reponuntur, manibus fabricata Cyclopum.

Vide Heſiodum in Theog.

V. 32. πέρθε δὲ πάσας] Ovid. 1. Metamorph.

Tum freta diffudit, rapidiſque tumeſcere ventis
Juſſit, & ambitæ circumdare littora terræ.

V. 36. Ἀλλ' ἄφετος πελάγεσσιν] Delum vetuſtiſſimis temporibus mobilem fuiſſe, & ſub aquis latuiſſe, teſtatur apud Strabonem l. 10, Pindarus, Virgilius 3. Æneid. Ovid. 6. & 15. Metam. & Plin. l. 2. c. 86, & 87. Herodot. quoque l. 6. in Erat. refert, eo tempore quo Datis Perſicus ſatrapa bellum Græciæ intulit, Delum commotam eſſe, & intremuiſſe: idque hoc oraculo ante ſignificatum fuiſſe,

Κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.

Id eſt,

Et Delum, quamvis ſit adhuc immota, movebo.

Idem de Rhodo Pindarus ſcripſit 7. ᾠδῇ Olymp. Cauſam hujus rei pete ex Ariſt. l. 1. Meteor. c. 14.

Ibid. ὄνομα δ' ἦν σοι Ἀστερίη] Delus variis appellata fuit nominibus: quæ ex Solino adſcribere volui: apud quem in Polyhiſt. c. 17. ea exponuntur; *Eadem Delus*, inquit, *& Ortygia, quæ clariſſima eſt in Cycladum numero, multifarie traditur. Nunc Aſterie, a cultura Apollinis: nunc a venantibus Lagia, vel Cynthus: Pyrpole etiam, quoniam ignitabula ibi & ignis inventa ſunt.* In hac primum viſæ coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant. &c. Apollonii Rhodii enarrator Aſterien dictam putat a figura, & prius Delum quam Aſterien nominatam. Δῆλος, μία τῶν Κυκλάδων νήσων, ἱερὰ Ἀπόλλωνι· ἣ πρὶν μὲν, Δῆλος, ὕστερον δὲ Ἀστερία, διὰ τὸ σχῆμα. Callimachus hoc nomen ab Aſterie nympha (quæ Cœi & Phœbæ filia, ſoror Latonæ fuit) ſortitum eſſe tradit, quod ea Jovis vim fugiens, cælitus in hanc inſulam, tunc Ortygiam dictam, inſiluerit.

V. 83.

V. 38. ἀςίρι ἴση] Scil. ἀλαθιόντι. Saltum Aſteries confert trajectioni ſtellarum, de qua vide Ariſtot. lib. 1. Meteor. cap. 4.

V. 41. Πολλάκις ἐκ Τροιζῆνος] More poetico rem amplificat, oſtendens hanc inſulam de uno loco in alium fuiſſe delatam. Trœzen, civitas Peloponneſi, a Trœzene Pelopis filio nominata, quæ alio nomine Aphrodiſias, alio Saronia, alio Apollonias, alio Poſidonias, alio denique Anthemis dicebatur. Steph. & Strabo, lib. 8.

V. 42. Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου] Iſthmus Corinthiacus duos ſinus efficit, quorum unus mare Jonium verſus occidentem ſpectat, & Corinthiacus dicitur, cujus anguſtiæ Cenchreæ vocantur: alter in Ægeum tendit verſus ortum, & Saronicus ipſe, anguſtiæ vero Lecheæ appellantur. Utrumque Dionyſius deſcribit. Plura vide apud Plin. l. 4. c. 4. & Strab. l. 8.

Ibid. Ἐφύρηθι] Quatuor civitatibus hoc nomen competere Strabo & Stephanus docent. Fuit enim Ephyre Achaica, Theſprotica, Theſſalica & Corinthiaca: quarum poſtrema hic intelligenda eſt. De ea Glaucus Homericus,

Ἔςι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο.

Ipſa Corinthus olim Ephyra dicta, ab Ephyre Oceani filia, quæ prima in iis finibus conſedit: poſtea demum a Corintho Marathonis filio nomen accepit: teſtibus Pauſ. & Plinio. Idem & Heraclides de Rebuſpub. refert, Κόρινθος, inquiens, Ἐφύρα πρότερον ἐκαλεῖτο, μέχρι Κορίνθου, ἀφ' οὗ τοὔνομα ἔχει.

V. 45. Ἐδέξατο Εὐρίποιο] De Euripo ſupra dictum. Sunium autem eſt promontorium Atticæ de quo Strabo l. 9. & Pauſ. initio l. 1. Chius & Samus inſulæ in mari Jonio clariſſimæ, illa quidem vino præſtantiſſimo, hæc vero fortuna Polycratis, templo Junonis, & Pythagora nobilitata. De utraque hæc canit Dionyſius de Situ,

Ταῖς δ' ἔπι, νῆσοι ἔασιν Ἰωνίδες· ἔνθα δὲ Καῦνος,
Καὶ Σάμος ἱμερόεσσα, Πελασγίδος ἕδρανον Ἥρης,
Καὶ Χίος, ἠλιβάτου Πελληναίου ὑπὸ πέζαν.

Id eſt,

Hos ſuper, Jonio ſunt inſulæ in æquore: Caunus,
Et peramœna Samus, Junonis maxima templo,
Et Pellenæi tumulo Chios ardua montis.

Vide Plinium l. 5. c. 31. Strabonem 14. Geogr.

V. 48. νήσοιο Ἀλάσροχον] Samum aquis irriguam eſſe, etiam Strabo his verbis teſtatur, ἐςὶ δ' αὐτῆς ἐν ἐπιπέδῳ τὸ πλέον, ὑπὸ τῆς θαλάττης κλυζόμενον μέρος δὲ καὶ εἰς τὸ ὄρος ἀνέχει τὸ ὑπερκείμενον. Id eſt, *Minor ejus pars in planitie mari perluitur: pars quædam etiam in montem, qui ſupra imminet, inſurgit.*

V. 49. Παρθενίης] De variis Sami vocabulis ibidem inquit, ἐκαλεῖτο δὲ Παρθενίας πρότερον, οἰκούντων Καρῶν, εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλλος, εἶτα Σάμος, εἴτ' ἀπό τινος ἐπιχωρίου ἥρωος, εἴτ' ἐξ Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας ἀποικίσαντος. Id eſt, *Prius Parthenias dicta eſt, Caribus eam obtinentibus: deinde Anthemus, poſtea Melamphylus, denique Samus, ſive ex heroe aliquo indigena, ſive advena, qui ex Ithaca & Cephalenia colo-*

niam ee deduxit. At Steph. iſto ordine recenſet, ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία, καὶ Δρύουσα, καὶ Ἀνθέμουσα, καὶ Μελάμφυλλος.

Ibid. νύμφαι Μυκαλησσίδες] Nymphæ Mycaleſides a Mycaleſo e regione Sami monte dicuntur. Eundem Steph. Mycaleſſum, Plin. l. 4. c. 7. Mycaleſum, Strabo Homerum ſequutus Mycalen vocat. Sic enim Hom. in hymno Apoll.

> Καὶ Σάμος ὑδρηλὴ, Μυκάλης τ' αἰπεινὰ κάρηνα.

Id eſt,

> *Atque undoſa Samos, Mycalæque cacumina celſa.*

V. 50. Γείτονος Ἀγκαίου] Ancæus Neptuni & Aſtypaleæ filius, Lelegum rex, qui Mæandri filiam Samiam uxorem habuit, ex qua Perilaum, Evadum, Samum, Alitherſen, filios, & Parthenopen filiam ſuſcepit. Pauſan. in Achaicis. Ejuſdem mentionem facit Strabo ab initio 14. libri, τὴν δ' ἑξῆς παραλίαν μέχρι Φωκαίας, καὶ Χίου, καὶ Σάμου, ὧν Ἀγκαῖος ἦρχε, Λέλεγες εἶχον. De eodem vide proverbium,

> *Multa cadunt inter calicem.* &c.

V. 53. Οὕνεκεν οὐκέτ' ἄδηλος] Nominis Deli rationem hic aſſignat, quod Δῆλος ſit appellata quaſi manifeſta, quum prius obſcura ſub aquis latuiſſet. Solinus aliam profert, cujus hæc ſunt verba. *Meminiſſe*, inquit, *hoc loco par eſt, poſt primum diluvium, Ogygii temporibus notatum, quum novem & amplius menſibus diem continua nox inumbraſſet, Delon ante omnes terras, radiis ſolis illuminatam, ſortitamque ex eo nomen quod prima reddita foret viſibus.*

V. 55. Οὐδ' Ἥρην κοτέουσαν] Ab hoſpitalitate Delum commendat, quod quum omnes terræ & inſulæ gravidam Latonam hoſpitio prohibuiſſent: ſola Delus, poſthabito Junonis odio, eam exceperit, & Apollini ac Dianæ ſolum natale & prima vitæ incunabula præbuerit. Hanc laudem ἐπαριθμήσει locorum amplificat, in qua totius Peloponneſi & Græciæ regiones ordine commemorat.

Ibid. ἡ μὲν ἁπάσαις] Exemplo ſunt, Jo, Calliſto, Semele, Alcmena, Danae, Antiopa, Leda & aliæ.

V. 58. φιλαίτερον Ἄρεος υἷα] Cauſa eſt odii Junonii: quam Homerus etiam expreſſit, inquiens,

> — ὅτ' ἄρ' υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε
> Λητὼ τέξεσθαι καλλιπλόκαμος τότ' ἔμελλε.

Quam vero charus Jovi Apollo fuerit, Hom. indicat in ejus hymno,

> Τῷ δ' ἄρα νέκταρ ἔδωκε πατὴρ δέπαϊ χρυσείῳ,
> Δεικνύμενος φίλον υἱόν. &c.
> *Juppiter huic nectar pater e cratere bibendum*
> *Præbuit, oſtendens charum ſibi filium.*

Vide ejuſdem hymnum in Mercurium. Callimachus etiam a dextris Jovis conſidere, & omnia poſtulata facile a patre obtinere poſſe, ſupra oſtendit.

V. 62. ὁ μὲν πέδον ἠπείροιο] Juno duos ſpectatores conſtituiſſe fingitur, qui omni loco Latonam arcere debuerunt: quorum alter, Mars in Æmo, Thraciæ monte, conſtiterit, unde longe lateque in Macedoniam, Theſſaliam & Pontum proſpectus illi patebat: (eſt enim mons

cel-

celſiſſimus, ut Strabo lib. 7. docet) altera vero, Iris, Mimantem tenuerit, unde inſulas maris Ægæi proſpicere poterat. Eſt enim Mimas Joniæ mons, 250 mill. paſſuum excurrens, atque in continentibus campis reſidens, cujus vertices de nubibus ſupervolantibus futuræ tempeſtatis ſignificant qualitatem: autoribus Plinio & Solino. Mimantem Alexander perfodere cœpit, teſte Pauſ. in Corinth.

V. 67. *κόρη Θαύμαντος*] Notatio Iridis, quæ a patre etiam Thaumantias apud poetas nominatur. Heſiod. in Theog.

Θαῦμας δ' Ὠκεανοῖο βαθυῤῥείταο θύγατρα
Ἠγάγετ' Ἠλέκτρην· ἣ δ' ὠκεῖαν τέκεν Ἶριν.

Id eſt,

Oceani natam Thaumas ſibi junxit amœnam
Connubio Electram, celerem quæ protulit Irim.

Dicitur autem filia Thaumantis, *ἐπεὶ καὶ θαύματός ἐστιν ἀξία. ὁρῶντες γὰρ αὐτὴν θαυμάζομεν, καὶ περιφέρομεν λόγῳ.* Tzetzes ibidem. Eſt enim Iris arcus pulcher, & ob eam cauſam quia ſpeciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur eſſe nata. ut & Cic. lib. 3. de Nat. Deorum, docet.

V. 70. *Φεῦγε μὲν Ἀρκαδίη*] In prima fugitivarum regionum acie Arcadiam collocat, atque adeo totam Peloponneſum, quæ afflictam & exulem Latonam odio Junonis expulſam, deſeruit. Eſt enim vere a Pindaro dictum, *παῦροι ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν, καμάτων μεταλαμβάνειν.* Id eſt, *Pauci ſunt in periculo fidi amici, qui laborum velint eſſe ſocii.* Et recte Polynices apud Euripidem,

Τὰ φίλων δ' οὐδὲν, ἤν τις δυστυχῇ.

Id eſt,

Res amicorum nullæ ſunt, quum quis affligitur.

Theognis,

Παύρους εὑρήσεις Πολυπαίδη ἄνδρας ἑταίρους,
Πιστοὺς ἐν χαλεπῇ, Κύρνε διχοστασίῃ.

De Arcadia primo hymno dictum eſt. Parthenius ejuſdem regionis mons a Tegeatide ad Argiam uſque pertingens: Strabo in fine 8. Dicitur & Parthenium. *In hunc montem Alaus Telephum ex Auge filia & Hercule natum expoſuit, ubi a cerva enutritus eſt*, teſte Pauſ. in Arcadicis. Fuit & Auge *μελοποιὸς Τεγεάτις*, poetria Tegeatis, autore Stephano, ad quam hoc loco Callimachus forte reſpexit. De Pheneo Arcadiæ, qui *Φενεὸς* alias dicitur, lege Strabonem in fine 8. & Plin. lib. 4. cap. 6. Sed & Ovidius 15. Metam. de aquis ejuſdem hæc,

Eſt lacus Arcadiæ (Pheneum dixere priores)
Ambiguis ſuſpectus aquis: quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Eſt & urbis nomen, quæ inter Arcadicas tertio loco ponitur a Pauſania.

V. 72. *φεῦγε δ' ὅλη Πελοπηὶς*] Peloponneſus a Pelope nomen accepit, qui e Phrygia pulſus circa annum mundi 2670, in eam regionem, prius Apiam dictam, pervenit, & occiſo Oenomao Piſæam & Olympiam initio obtinuit: mox ampliatis imperii finibus, toti regioni a ſe nomen impoſuit. Vide Pauſ. in Eliac. priorib. Herod. l. 7. Thucyd. l. 1. Pind. 1.

hym. Ol. De Iſthmo Corinthiaco Plin. l. 4 c. 4. & Solin. c. 13. Ægialus, media inter Sicyonem & Bupraſium urbs, ab Ægialo Inachi filio dicta. Steph. & Pauſ. in Corinth. Hom. Iliad. 2, Αἰγιαλὸν τ' ἀνὰ πάντα. citatur ab interprete. Argos nobiliſſima eſt Peloponneſi civitas, quæ Argolicæ ditioni de ſe nomen fecit. Strabo in 8. annotatum ex Homero reliquit, totam illam peninſulam communi vocabulo Argos, & omnes Græcos, Argivos, ut & Danaos & Achæos, ſæpe appellari.

V. 74. ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη] Inachus Argolidis amnis, de quo plura ſequenti hymno. Hunc amnem Junonem tenuiſſe fingitur: quia Juno ab Argivis religioſiſſime colebatur. Unde Argiva ipſa dicta eſt. Virgil. 7. Æneid.

Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis.

V. 75. Φεῦγε καὶ Ἀονίη] Bœotiam intelligit, quæ olim Aonia appellata eſt, ab Aonibus barbaris, qui initio eam tenuerunt: teſte Strab. l. 9. Poſtea demum a Cadmo nomen hoc illi impoſitum eſt, propter bovem illic inventam, de qua Phœbi oraculum illi dixerat,

Bos tibi (Phœbus ait) ſolis occurret in arvis,
Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri:
Hac duce carpe vias: & qua requieverit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.

Dirce, fluvius ſive fons Bœotiæ, Thebas præterfluens: cujus & Pindarus Thebanus 1. Iſthm. ᾠδῇ meminit: a quo ipſe Dircæus vates appellatur apud Horatium. In eadem regione Iſmenus & Aſopus nobiliores ſunt fluvii, de quibus Strabo l. 9, Plin. l. 4. c. 17.

V. 78. ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ] Reſpicit ad fabulam quæ vulgo a poetis hoc modo circumfertur. Æginæ pater Aſopus fuit, quam quum Jupiter in ignem converſus compreſſiſſet, & Æacum ex ea ſuſcepiſſet: iratus re cognita Aſopus, aquas ſuas in cælum evomuit. quam ob rem a Jove fulmine percuſſus eſt. Ovid. 6. Metam. & Pind. in Nem.

V. 80. Μελίη] Meliæ, arborum nymphæ (perinde ut Dryades & Hamadryades) ſic dictæ a Melia Pelaſgi filia, Iſmeni ſorore & Temeni matre. Heſiod.

Νύμφας θ' ἃς Μελίας καλέουσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

Id eſt,

Quaſque vocant Melias terra per climata nymphas.

Μελίη alioquin fraxinus, arboris ſpecies, Latinis eſt: de qua Plin. l. 16. c. 13. *Procera hæc ac teres, pinnata & ipſo folio: multumque Homeri præconio, & Achillis haſta nobilitata.* Vide l. 4. Iliad. & 20. apud Hom. & Ruell. l. 2. de Stirp. c. 82. Dicitur autem αὐτόχθων, quaſi ex ipſa terra genita: quo nomine Athenienſes ſuperbiebant, quod indigenæ eſſent, αὐτόχθονες: non advenæ, aliarumve gentium coloniis permiſti. Cornelius etiam Tacitus Germanos αὐτόχθονας eſſe cenſet. Vetus porro ſuperſtitio obtinuit, ut arboribus & ſylvis, cæteriſque terra naſcentibus vim quandam numinis ineſſe crederent. Hinc tot Oreades, Dryades, Hamadryades, Napææ, Najades.

Καὶ τρὶς μύριοι ἦσαν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἀθάνατοι,

ut inquit Heſiodus. Melias itaque nymphas indoluiſſe fingit, quod quercus in Helicone commoveri & ſterni viderent, Apolline Thebis ac toti Bœotiæ iraſcente, & propter inhoſpitalitatem ſuccenſente.

V. 88. Θήβη, τίπ]ε τάλαινα] Comminatio Apollinis nondum nati, qua pœnas minatur Thebanis ob inhoſpitalitatem erga Latonam matrem. Thebe, & Thebæ in plurali, urbs Bœotiæ celebris, a Thebe, Promethei filia, nomen adepta, teſtibus Pauſ. in Bœot. & Stephano: a quo novem Thebæ recitantur. De tripode Apollinis Pythii lege Diodorum Sicul. l. 16. Ariſtophanis interpretem in Pluto, Eraſmum in proverbio, *Ex tripode.*

V. 91. ὄφις μέγας] Notatio Pythonis ab Apolline interfecti: de quo plura Strabo lib. 9. Coſmogr. Homerus in hymnis, & nos ſupra in hymnum 2. Parnaſſus, mons Phocidis,

Heſperio tantum quantum ſubmotus eoo
Cardine,

ut de ipſo canit Lucanus. Hujus altitudinem exprimit ſic Ovidius,

Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſſus, ſuperatque cacumine nubes.

Statius medium cæli vocat, Lucanum ſequutus, & Strabonem, qui l. 9. refert, emiſſas duas a Jove aquilas, alteram ab occidente, alteram ab oriente, illic recta linea coiviſſe. Qua de cauſa Pindarus Delphos umbilicum terræ vocat, 6, 8, & 11, Pythiorum ᾠδῖσι. Vocat autem Parnaſum νιφόεντα a nivium copia; quoniam ὅ, τε Παρνασὸς καὶ ὁ Ἑλικὼν (teſte Strabone) ὄρη ὑψηλὰ καὶ νιφόβολα, & in Septentrionem vergentia.

V. 92. ἀπὸ Πλειστοῖο κατθέρπον] *Pliſtus, fluvius Phocidis, ad Cirrham Delphorum navalem ſtationem & proximum mare defluens. Hujus aquam in obſidione Cirrhæorum Solon ex alveo, unde in urbem influebat, alio avertit.* Pauſan. in Phocicis.

V. 96. κακογλώσσοιο γυναικὸς] Nioben notat, ob cujus maledicentiam & ſuperbiam omnes liberi ab Apolline & Diana uno die perempti ſunt. De numero liberorum variant ſcriptores, quorum diverſas ſententias Ælianus l. 12. Var. hiſt. recitat. Hom. lib. ult. Iliad. ſex filios & ſex filias meminit. Homerum ſequutus Ovidius totidem ponit, quorum nomina recitat l. 6. Metamorph. Plutarchus in libro de ſuperſtitione figmentum hoc poetarum perſtringit, tanquam indignum Latona, ut quam hujuſmodi crudelitatis & immanitatis ream agere nefas ſit.

V. 98. μελοίμην] Dicitur μελοίμην ἐναγέων, active, pios & ſanctos curæ habeo: at μελοίμην ἐναγέεσσι, paſſive, piis viciſſim curæ ſum, qui me amant, colunt & venerantur.

V. 100. Ἀλλ' ὅτ' Ἀχαιϊάδης] Pro Ἀχαιΐδης per ἐπένθεσιν. De Achaja vide Plin. l. 4. c. 5. Pauſ. in Achaicis, Strabonem l. 8. & Stephanum. *Helice, Achajæ urbs, Neptuni templo & ſimulacro nobilis, ante pugnam Leuctricam terræ motu & fluctibus abſorpta eſt, Olympiadis primæ & centeſimæ anno quarto*: teſte Pauſania. Cujus deletionis cauſa fuit, quod Achæi, ſupplices e templo Neptuni abſtractos trucidaſſent, ut ibidem refert Pauſan. Heliconii Neptuni meminit Homerus (teſtibus Strabone

& Pauſania) l. 20, ubi Ἑλικώνιον ἄνακτα appellat. *Bura*, alterum *Achaja oppidum, a Bura Xanthi & Helices filia, ſic dictum: quod idem terræ motus qui Helicen evertit, tam vehementer perculit, ut in templis priſcis omnia deorum ſimulacra corruerint.* Pauſanias in Achaicis. Meminit & Ovid. Metam. 15.

V. 103. Ἄψ δ᾽ ἐπὶ Θεσσαλίην] De Theſſalia ejuſque civitate Lariſſa, Peneo fluvio, & Tempis, Plin. l. 4. c. 8. Solinus, c. 14. Mela l. 2, c. 4. Strabo l. 9. Herodot. l. 7. in Polyhymn. Lucan. l. 6. Pharſal.

V. 104. καὶ αἱ Χειρωνίδες] Pelii montis notatio, in quo Chiron Theſſalus, λίθινον τέγος (ut Pindarus vocat) id eſt *lapideam domum*, habuit: ubi Jaſonem, Achillem & alios heroas educavit. Heſiod. in Theog.

V. 105. διὰ Τεμπέων] Ælianus l. 3, c. 1, διὰ μέσων δὲ Τεμπῶν ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ἔρχεται, σχολῇ καὶ πράως προϊὼν, ἐλαίου δίκην. Id eſt, *Per media Tempe Peneus amnis tarde leniterque ac in morem olei defluit.* Vide locum.

V. 118. Πήλιον ὦ Φιλύρης νυμφήϊον] Pelion Theſſaliæ mons in ſinum Pelaſgicum incumbens, in quo Philyre Oceani filia Chironem ex Saturno conceptum enixa eſt, teſte Apollonio Rhodio, Argon. 2. Vide & Pindarum hymno 4. Pyth.

V. 121. Τὴν δ᾽ ἄρα] Elegans προσωποποιΐα, qua fingit Peneum fluvium Latonæ benigniſſime reſpondentem, ut qui paratus ſit ad omnes amicitiæ ac benevolentiæ partes deſcendere, & poſthabitis omnibus periculis, eam hoſpitio ſuo fovere ac protegere. Quod beneficium ut amplificetur, prius pericula exponit, quæ ſibi a Latonæ inimicis imminere atque inferri poterant.

V. 122. Ἄνασσα, μεγάλη θεὸς] Exordium a loco communi ductum, quo vim neceſſitatis exaggerat, deam magnam ac potentem vocans, ut cui nemo reſiſtere queat. Vere enim Prometheus apud Æſchylum,

Τὸ τῆς ἀνάγκης ἐςὶ ἀδῄριτον σθένος.

Id eſt,

Neceſſitatis vis inexpugnabilis.

Et rurſum,

Τέχνη δ᾽ ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ.

Id eſt,

Ars eſt neceſſitate longe infirmior.

Tecmeſſa apud Sophoclem,

Ὦ δέσποτ᾽ Αἴας, τῆς ἀναγκαίας τύχης
Οὐκ ἔςιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.

Id eſt,

O domine mi Ajax, non eſt grandius malum
Mortalibus datum ullum quam neceſſitas.

Orpheus in Thymiamate Noctis,

- δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατύνει.

Id eſt,

Omnia vis fati certa cum lege coercet.

Menelaus apud Euripidem in Helena,

Ac-

Λόγος γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμὸς, σοφῶν δ᾽ ἔπος
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

Id eſt,

Non eſt meus ſermo, ſed vox ſapientium,
Dura neceſſitate eſſe nihil validius.

Plura in hymnum 6, intra.

V. 129. Τλήσομαι εἵνεκα σεῖο] Poſtquam Peneus ſecum deliberavit utrum ſatius ſit Latonæ afflictæ opem ferre, an temere ſe in diſcrimen aliquod conjicere: tandem hæc alternanti potior ſententia viſa eſt, ut malit vitæ ac capitis, fortunarumque ſuarum diſcrimen ſubire, omniaque ſua in dubium vocare, quam honeſti amici officium in ſupplice relevanda turpiter deſerere. Qua in re viri boni præ ſe fert imaginem Peneus, ut qui nullis hoſtium minis nulliſque periculis ab honeſte & laudate factis dimoveri ſe patitur: &

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

V. 132. κάλει μόνον Εἰλείθυιαν] Quomodo Latona imploret opem Lucinæ, quum ea nondum nata ſit? ſiquidem Diana eadem eſt quæ Lucina alias dicitur: ut ſupra demonſtravimus, & ex Platonis Theæteto clare intelligi poteſt. Nodus hic ex Pauſania explicari poterit, qui in Atticis aliam Lucinam, & a Diana diverſam, filiamque Junonis eſſe refert: quæ ab Hyperboreis profecta, Latonam in partu adjuverit. Homerus in hymn. Apollinis fingit Lucinam a Junone detentam, ne Latonæ parturienti ſuccurreret.

V. 134. Παγγαίου προθέλυμνα] Pangæum Thraciæ promontorium, Macedoniæ conjunctum, cujus Herodot. l. 5. & 7. meminit: item Plin. l. 4. c. 11, Strabo 14. Ejuſdem Pindarus 4. Pyth. meminit.

V. 137. ἔτρεμε δ᾽ Ὄσσης οὔρεα] Amplificatio fragoris ὑπερβολική. Oſſa & Pindus, montes: Cranon urbs Theſſaliæ. de quibus Plinius l. 4. c. 8. Strabo l. 9.

V. 141. Ὡς δ᾽ ὁπότ᾽ Αἰτναίου] Similitudine, ſeu comparatione, terræ ac montium tremorem exornat, ab Ætna, Siciliæ monte, deſumpta, quam Virgil. l. 3. Æneid. feliciſſime imitatus eſt. Cæterum quod hic Briareo Callimachus, idipſum Encelado Virgilius, & Virgilium imitatus Claudianus: Ovidius vero Typhoeo tribuit, ut eorum loci oſtendent. De Ætna autem monte Siciliæ, vide Plin. l. 3. c. 8, Strabonem l. 6. Solinum c. 11. Cæterum Sicilia, Trinacria etiam dicitur a poetis, & Triquetra. Callimachus ſupra, Αὖε δὲ Τρινακρίη Σικανῶν ἕδος. Vocatur autem Τρινακρία, quaſi τρία ἄκρα ἔχουσα, autore Euſtathio, quod tria habeat promontoria. Dionyſ. de Situ Orbis.

Ἄκρα δέ οἱ, Πάχυνός τε, Πελωρίς τε, Λιλύβη τε·
Ἀλλ᾽ ἤτοι Λιλύβη μὲν ἐπὶ ῥιπὴν Ζεφύροιο
Εἰσανέχει, Πάχυνος δὲ πρὸς αὐγάς· αὐτὰρ ἐπ᾽ ἄρκτους
Ἠνεμόεσσα Πελωρὶς, ἐς Αὐσονίην ὁρόωσα.

Ovid. 13. Metam.

—— tribus hæc excurrit in æquora linguis,
E quibus imbriferos verſa eſt Pachynos, ad auſtros,

Molli-

Mollibus expoſitum Zephyris Lilybæon, ad arctos
Æquoris expertes ſpectat Boreamque Pelorus.

Eſt & apud Claudianum l. 1, de raptu, elegans Siciliæ deſcriptio, quæ huc referri debet.

V. 150. *Εἰσόκεν οἱ Κοιηκὶς*] Latona Cœi & Phœbes filia fuit. unde Cœis ipſa & Cœantis ab Orpheo dicitur Heſiod. in Theog. & Ovid. Metam. 6. A nomine Κοῖος fit Κοιηκὶς, ſicut ἀπὸ τῦ Πέλοπος fit Πελοπηὶς: & vitandi hiatus cauſa, κ interponitur.

Ibid. *Σώζεο χαίρων, Σώζεο*] Mutuæ benevolentiæ ſignum & exemplum eſt Latona, quæ non vult nt Peneus in ſui gratiam periclitetur: ſed Theſſalia potius excedere parata eſt, quam ſua præſentia mali quippiam periculive toti regioni conciliare.

V. 153. *ἔστιχε νήσους*] Expoſita inhoſpitalitate Græciæ & finitimarum regionum, in terra continenti, nunc ad inſulas ſe convertit.

V. 156. *φιλοξεινωτάτη ἄλλων*] Corcyram hoſpitalem fuiſſe ex Homero intelligitur, apud quem Ulyſſes Alcinoi regis Phæacum hoſpitio beniginiſſime ſuſcipitur.

V. 160. *Ὠγυγίην δ' ἤπειτα Κόων Μεροπηΐδα*] Cos inſula maris Ægæi, una Sporadum, olim Meropos dicta, ἀπὸ τῦ γηγενῦς Μέροπος, ab indigena quodam Merope: deinde & Cos ἀπὸ τῆς Κῶ τῆς Μέροπος θυγατρὸς, a quo filia Meropis. Dicitur & Κόως & Κώοος, Steph. Hujus inſulæ deſcriptionem pete ex Strab. l. 14. & Plin. l. 5. c. 31.

V. 161. *Χαλκιόπης*] Orphens in Argon. Chalciopen quandam nominat, Phrixi conjugem, & Argi matrem, quam Ovid. in epiſt. Helenæ Medeæ ſororem facit.

Ἄργος ἐϋμμελίης Φρίξου παῖς, ὅν ῥα ἔτικτε
Χαλκιόπη.

Id eſt,

Argus, quem Phrixo conceptum patre ſub auras
Chalciope peperit.

Plutarchus in quæſt. Græcorum, quo loco cauſam adfert ob quam Herculis ſacerdos apud Coos veſtitu muliebri ſacra faciat, Alciopi regis meminit, cujus filiam ab Hercule ductam eſſe refert.

V. 162. *Μὴ σύ γε μῆτερ*] Gratulaturus poeta Ptolemæo Philadelpho, Ægyptiorum regi, fingit Apollinem in Co inſula pronaſci voluiſſe: ne honori & gloriæ Ptolemæi aliquid decederet, qui in iſta inſula natus & educatus eſt: eamque nativitate ſua, non minus qnam Apelles aut Hippocrates, illuſtriorem ac nobiliorem fecit. Quod idem Theocritus Idyllio 17. affirmat. ubi etiam Con geſtientem & blandiſſime ſalutantem τὸ νεογιλὸν βρέφος (*puerum recens editum*) fingit, ſibique adeo de illuſtri hoc alumno gratulantem.

V. 164. *ἐπεὶ λιπαρή τε καὶ εὔβοτος*] Fertilem eſſe Con, etiam Strabo teſtatur.

V 166. *ᾧ ὑπὸ μίτρην*] Mitra, regium diadema: pro regno, metonymice.

V. 167. *Μακηδόνι κοιρανέεσθαι*] Ptolemæus dicitur Macedo a majoribus,

bus, qui Macedones fuerunt, & Alexandro magno in imperio ſucceſſerunt. Pauſanias in Atticis refert, Ptolemæum, patrem Philadelphi, re, Philippi Amyntæ filii, verbo tantum, Lagi filium fuiſſe. Idem in Eliac. poſterioribus tradit Ptolemæum in Olympia ſtatuam dedicaſſe, cui ſe Macedonem inſcribendum curarit, quum rex Ægypti eſſet.

V. 168. Ἀμφοτέρη μεσόγεια] De potentia Ptolemæi primo hymno quædam diximus: plura apud Theocritum Idyllio citato reperies.

V. 171. Καὶ νύ ποτε ξυνός τις] Vaticinium Apollinis de bello Celtico, quod Brennus Gallorum dux Olympiadis 125 anno ſecundo, circa annum mundi 3723, toti Græciæ intulit, & templum Apollinis Delphicum ſpoliavit. Quo a Græcis pugna ſuperato, reliquiæ Celtarum, quorum erant quatuor millia circiter, a Maga Cyrenæorum præfecto conductæ ſunt, ut ſibi in Ægypto occupanda auxilio eſſent. Eos Philadelphus in deſertam inſulam per Nilum deduxit, quo in loco ad unum omnes, cum mutuis confoſſi vulneribus, tum fame enecti perierunt. Pauſ. in Atticis. Qua de cauſa commune ſibi cum Philadelpho bellum hoc Celticum fore, Apollo vaticinari fingitur.

V. 173. Κελτὸν ἀναστήσαντες ἄρηα] Bellum hoc copioſe deſcripſit Pauſanias l. ult. in Phocicis: unde reliqua quæ huc pertinebunt, petenda ſunt.

V. 174. Ὀψίγονοι Τιτῆνες] Gigantum poſteros vocat, quoniam ut gigantes cœlum expugnare aggreſſi & arma cœleſtibus inferre non dubitarunt, ſic Celtæ Apollinem bello adorti ſunt, ejuſque templum diripuerunt, & incendiis everterunt. Propertius lib. 3,

Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum,
Dum petit intonſi Pythia regna dei.

V. 175. νιφάδεσσιν ἐοικότες] Multitudinem & numerum Celtarum Pauſanias in Phocicis expreſſit. *Nomina*, inquit, *in hanc jam tertiam expeditionem dederunt, peditum centum & quinquaginta millia, equites vicies mille & quadringenti. Atque hæc quidem equitum manus, tota ad pugnam idonea. nam verior numerus fuere ſupra ſexaginta equitum millia, amplius mille & ducenti. Nam ſingulos equites famuli ſequebantur duo, in equis & ipſi, & equeſtrium artium maxime gnari.*

V. 178. Φρύρια, καὶ κῶμαι Λοκρῶν] *Locri, populi Græciæ, finitimi Ætolis, qui latus Parnaſſi occiduum accolunt*, teſte Strab. in 9. Geogr. Reliqua Plin. l. 4. c. 3. De campo Criſſæo Strabo hæc prodidit: πρόκειται τῇ Κίῤῥᾳ τὸ Κρισαῖον πεδίον, εὔδαιμον. id eſt. *Ante Cirrham Locrorum urbem ſitus eſt Criſſæus campus, uber & felix.* Ejuſdem mentionem facit Pind. hymno 5. Pyth. Κρισαῖον λόφον appellans. De Delphis ſupra diximus.

V. 181. Ἀλλ' ἤδη περὶ νηὸν] Apollo de futuris olim rebus, ut de præſentibus, narrat, quia Deo omnia præſentia. Vide quæ Centaurus Apollini apud Pindarum in Pythiis reſpondet.

V. 182. ἤδη δὲ παρὰ τριπόδεσσιν] Templum Delphicum a Gallis direptum & expilatum eſſe, præter Pauſaniam etiam Strabo l. 4. Geograph. teſtatur, qui Delphicam pecuniam a Tectoſagibus domum Toloſam

repor-

reportatam eſſe refert: cujus ſacrilegii Cæpio poſtea particeps & ſocius factus ſit. Vide proverbium, *Aurum habet Toloſanum.*

V. 185. *τίων αἵ μοι ἐμοὶ γέρας*] Quanta majeſtate & quibus prodigiis Apollo Delphicus templum & aras ſuas, immiſſis fulminibus & furiis in Celtas, vindicaverit, copioſe explicat Pauſanias.

V. 191. *Ἔσι δινευμένη*] Topographia inſulæ Deli, in qua errabundam in fluctibus agitationem deſcribit & amplificat. Huc refer epiſtolam Cydippes apud Ovidium.

V. 199. *Γεραίστιον ἔπιπτε φῦκος*] Geræſtus Eubœæ promontorium, verſus meridiem reſpiciens. Plin. l. 4. c. 12. Quod autem in medio inſularum conſtitiſſe dicit, eo ſitum Deli indicare voluit. nam reliquæ inſulæ circuli more eam circundant: unde & nomen habet, teſtibus Plinio & Dionyſio.

V. 200. *Ἔσης δ' ἐν μέσσησι*] Apud Lucianum in Dialogis marinis, Neptunus accepto ab Iride Jovis mandato, Deli errorem ſiſtere, & radices in maris fundo terræ alligare fingitur. Sic enin ait, *Στῆθι ὦ νῆσε, καὶ ἀνάδυθι αὖτις ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρου· ἀλλὰ βεβαίως μένε, καὶ ὑπόδεξαι, ὦ εὐδαιμονεστάτη, τοῦ ἀδελφοῦ τὰ τέκνα δύο, τοὺς καλλίσους τῶν Θεῶν.* id eſt, *Siſte curſum inſula, ac rurſum e fundo emerge, nec poſt amplius aberres: ſed firmiter perſiſte ac ſuſcipe, beatiſſima inſula, fratris tui liberos duos, omnium deorum longe formoſiſſimos ac pulcherrimos.*

V. 201. *Φῦκος ἅπαν κατέφλεξας*] Hæc propter Deli ſterilitatem mihi dici videntur, in qua ne algæ quidem proveniunt, propter ſolum informe & ſabuloſum. Itaque Homerus de eadem in hymnis,

Οὐδ' εὔβων σε ἔσεσθαι ὀΐομαι, οὐδ' εὔμηλον·
Οὐδὲ τρύγην οἴσεις, οὔτ' ἄρ φυτὰ μυρία φύσεις.

Id eſt,

Non tu bobus eris ovibuſve opulenta ſuperbis:
Nec vinum paries, nec germina multa creabis.

V. 206. *Ἔζετο δ' Ἰνωποῖο*] Inopus, Deli fluvius, non magnus, quando & ipſa inſula parva eſt, ut ait Strabo. De hoc in præcedenti hymno dictum.

V. 207. *ὅτε πλήθοντι ῥέεθρῳ Νεῖλος*] De Nili Ægypti fluvii incremento & annua exundatione, qua totam Ægyptum, pingui fimo relicto, olim irrigavit, variæ philoſophorum fuere ſententiæ: quas Plutarch. l. 4. de placit. philoſ. c. 1. recitat. Herodotus in Euterpe, quum plures eaſque diverſas veterum ſcriptorum opiniones enumeraſſet ac rejeciſſet, tandem & ſuam adjicit: cujus & Plutarchus meminit, quem vide, necnon Diodorum Siculum. Plinio maxime probabiles hujus incrementi cauſæ videntur, Eteſiarum eo tempore ex adverſo flantium repercuſſus, ultro in ora acto mari: aut imbres Æthiopiæ æſtivi, iiſdem Eteſiis nubila illo referentibus e reliquo orbe. Ab hac autem poſteriori ſententia non diſſentit Strabo apud quem l. 17. Geogr. hæc reperiuntur, *οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι σοχασμῷ τὸ πλέον, οἱ δ' ὕσερον, αὐτόπται γενηθέντες, ᾔσθοντο ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον, τῆς Αἰθιοπίας τῆς ἄνω κλυζομένης, καὶ μάλισα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄρεσι· παυσαμένων δὲ τῶν*

ὄμ-

ὄμβρων, παυσομβρίων καὶ ὀλίγον τὴν πλημμυρίδα. Id eſt, *Antiqui, conjectura, recentiores etiam viſu ipſo deprehenderunt, ab imbribus æſtivis qui ſuperiorem Æthiopiam, maxime in extremis montibus, proluunt, Nilum augeri: ceſſantibus vero imbribus, paulatim ceſſare & ipſam inundationem.* Atque eodem Callimachus reſpicere videtur, quum inquit Nilum, quando augetur, ἀπὸ κρημνῶν Αἰθιοπῆος κατέρχεσθαι. id eſt, *ex montibus Æthiopiæ eminentiſſimis deſcendere.* Tibull. l. 1. eleg. 7, ad priorem cauſam reſpicit,

Qualis & albentes quum findit Sirius agros
Fertilis æſtiva Nilus abundat aqua. &c.

Eodem alludit Ovid. 1. Metamor. Plura qui cupit, is Lucan. lib. 10. legat, & Claudianum de Nilo fluvio: præterea Lucretium l. 6. & Senec. l. 3. Natural. Ariſtotelis quæ ſit ſententia, pauciſſimis ab autore in 1. Μετεωρ. exponitur. quo loco Nili fontem e monte Argyro derivat. Sed plura de his diſputare, non eſt hujus loci: ne (quod proverbio dicitur) Nili fontes quærere videamur.

V. 210. Φοίνικος ποτὶ πρέμνον] Palma in Delo, omnium arborum vetuſtiſſima fuit, quæ multis ſæculis,

Religione patrum & multos ſervata per annos,

in illa inſula floruit. Cic. 1. de legib. in Delo eam vidiſſe ſe profitetur. Et Plin. de eadem lib. 16. cap. ultimo, *Necnon*, inquit, *palma Deli ab ejuſdem dei Apollinis ætate conſpicitur.* Pauſanias in Arcadicis eandem inter vetuſtiſſimas arbores nominat. Eandem ante Homeri tempora viguiſſe ex 6. l. Odyſſ. clare intelligitur. Jam ab Homeri ætate, qua arborem hanc extitiſſe certum eſt, ad Pauſaniam qui temporibus Adriani Cæſaris floruit, anni ſunt mille nongenti, & amplius. Callimachus vero multo vetuſtiorem facit, utpote ad quam Latona Apollinem & Dianam pepererit. Quod idem Homerus fatetur in hymno Apollinis. Meminit ejus & Theognis & Ovidius 6. Metam. inter duas arbores enixam eſſe Latonam ſcribit, oleam nimirum & palmam. Verſus hi ſunt,

Illic incumbens cum Palladis arbore palma,
Edidit invita geminos Latona noverca.

Idem in epiſt. Cydippes,

Miror & innumeris ſtructam de cornibus aram,
Et de qua pariens arbore nixa dea eſt.

Ut autem de Jovis patria diverſæ gentium ac populorum fuerunt ſententiæ, modo his, modo aliis eum ſibi vindicantibus: ita de Apollinis & Dianæ patria & natalibus aliæ atque aliæ gentes digladiatæ ſunt. Nam Tegyræi apud ſe natum Apollinem ajebant, & in ſua civitate duos fontes monſtrabant, quorum alter Palma, alter Oliva dicebatur: montemque Delum nomine, ubi ea acciderint quæ de Pythone & Tityo referebantur. Cujus rei teſtis eſt Plutarchus in vita Pelopidæ. Cornelius Tacitus l. 3. Annal. Epheſios ejuſdem rei gloriam ſibi vindicare refert. Herodot. autem in Euterpe Apollinem & Dianam, ex Dionyſio & Iride procreatos, & in inſula Plote editos eſſe, de ſententia Ægyptiorum prodidit.

V. 215.

V. 215. Νύμφα Διὸς βαρύθυμε] Apoſtrophe, qua orationem a Latonæ doloribus ad Junonem convertit, quam βαρύθυμον (hoc eſt *iracundam & biliosam*) vocat, ut quæ offenſa crudeliſſime perſequebatur quos oderat.

V. 216. πρωσίδεσμον ἀγγελιῶτις] Iridem, Junonis famulam & ſpeculatricem, fingit de Aſteries injuria & Latonæ partu conquerentem, & pœnam deorum contemptoribus (qualis videbatur illi Aſterie ſeu Delus) divinitus irrogari cupientem. Principium conſtat benevolentia, quæ a perſona Junonis captatur. Narratio brevis eſt & perſpicua. Inde additur petitio. Homerus tamen Iridem Latonæ benevolam facit, in hymnis: itemque Lucianus in dialogis. At Callimachus ad naturam aeris reſpexit, in quo Iris repræſentatur, ut docet Ariſtot. lib. 3. Meteorol. c. 4. & Plutarch. de plac. philoſ. l. 3. c. 5. Juno enim nihil aliud quam aer eſſe intelligitur, ſicuti ipſum nomen indicat: quia ἥρα per metatheſin ἀὴρ facit.

V. 227. Ὑμετέροις] Pro σοῖς, ſervis tuis, Marti & Iridi: qui mandatum tuum in perſequenda Latona ubique terrarum exequuntur.

V. 228. Ἶζε, κύων ὡς] Elegans comparatio, qua Iridis vigilantiam exornat: ſumpta a cane venatico, cujus vigiliam & diligentiam in hero obſervando, mirificis verbis exprimit.

V. 240. Οὕτω νῦν ὦ Ζηνὸς] Invectiva Junonis, qua pellices Jovis ob amores furtivos exagitat. Aſteriæ tamen ignoſcit, pudicitiæ ejus memor, quod olim ipſa Jovis concubitus averſata eſſet. Notat autem meretricum partus clandeſtinos, quos illæ non in cœtu fœminarum, ut honeſtæ matronæ, ſed in diverticulis & luſtris edunt, turpitudini ſuæ latibula quæritantes. Cujus rei exempla qui nulla habet, Juvenalem Satyra 6, legat.

V. 242. Δυσοκέες μογέουσιν ἀλετρίδες] Sunt proprie ἀλετρίδες, virgines quæ liba ad ſacrificiorum uſus præparabant. Nec inepte, opinor, ἀλεκτρίδες legi poſſet, quaſi ὁμολεκτρίδες concubinæ, lecti conſortes. Ariſtophanis tamen interpres in Pace, ἀλετρὶς (inquit) ἡ μυλωθρὸς (piſtrix) παρὰ Καλλιμάχῳ.

V. 249. κύκνοι δὲ θεοῦ] Olor Phœbo ſacer ales, propter vocis ſuavitatem: vel (ut Cicero in 1. Tuſcul. ſcripſit) quod *cygni ab eo divinationem habere videantur: quia providentes quid in morte boni ſit, cum cantu & voluptate moriantur.* De Mæonia & Pactolo auriſluo Lydiæ amne, vide Plin. l. 5. c. 29. Heſiodus in Diebus refert, Apollinem die ſeptimo natum eſſe, ideoque diem illum ſacrum haberi. Qua de cauſa Hebdomagena dictus eſt Apollo, ut Plutarch. 8. l. Sympoſ. docet.

V. 253. τοσσάς δὲ χόρδας] Macrob. l. 1. Sat. c. 19. *Lyra Apollinis, chordarum ſeptem, tot cæleſtium ſphærarum motus præſtat intelligi, quibus ſolem moderatorem natura conſtituit.* Et Mercurius ſimiliter lyræ ſuæ, autore Homero,

Ἑπτὰ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς.

Et Orpheus apud inferos,

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Vide

Vide Macrobium.

V. 256. Νύμφαι Δηλιάδες] Ritum illum quo puellæ in Delo hymnum Apollini & Dianæ, virginibuſque Hyperboreis canebant (quem ab Olene factum eſſe infra demonſtrat) vetuſtate donat: oſtendens: jam inde a partu Latonæ uſu receptum fuiſſe. Idem teſtatur Homerus in Hym. Apollinis.

V. 260. Χρύσεά τοι τότε] Felicitatem Deli, quam ex Apollinis nativitate conſequuta ſit, a ſignis amplificat: oſtendens, nato Apolline omnia in Delo aurea facta eſſe. Quod de templi Deliaci magnificentia intelligendum. id enim donariis, anathematis, & auro ditiſſimum fuit. Locum hunc ex Homero mutuatus eſſe videtur: ita tamen ut quæ Homerus tribus (quod ajunt) verbis perſtrinxit, ea Callimachus eleganti & copioſa oratione exprimat. Nam quod Homerus generatim dicit, omnem Delum auro perfuſam eſſe, nato Apolline, id Callimachus diſtributione quadam amplificat. Quod ille uno exprimit verbo γηθοσύνη, gaudio repleta eſt Delus, id noſter hic διαλογισμῷ exornavit, Delum hilari voce exultantem faciens. Quod denique Homerus ait, omnibus reliquis in inſulis & terris hanç unam præferri, arctiuſque amari ab Apolline: hoc noſter inductione & ἐπαγωγῇ locorum illuſtrat: Sed adſcribamus Homeri verſus, qui tales ſunt,

— χρυσῷ δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα
Βεβρίθει, καθορῶσα Διὸς Λητοῦς τε γενέθλην,
Γηθοσύνη ὅτι μιν Θεὸς εἵλετο οἰκία θέσθαι,
Νήσων, ἠπείρου τε· φίλησε δὲ κηρόθι μᾶλλον.

Id eſt,

Auro tota fuit Delos repleta nitenti,
Læta videns prolem Jove Latonaque creatam,
Quod foret hic ſedem, neglectis omnibus oris
Et maris & terræ, fixurus amicus Apollo.

V. 271. Οὐ Κεγχρίς]. Vitioſa eſt hæc lectio, & pro ea Κεγχρεὶς ſubſtituendum: quod Plinii, Strabonis & Stephani aliorumque teſtimoniis planum facere quid opus eſt? Cenchris enim (quæ & Centhrea dicitur) civitas & navale eſt in ſinu Corinthiaco, ut Stephanus, ſeu Iſthmi pars altera, cum delubro Neptuni quinquennalibus ludis inclyto, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 4. & 5. De Cenchreis & Lechæo promontoriis Iſthmi, plura reperies apud Pauſaniam in Corinth. Strab. l. 8. Pindari interpretem in principio Iſthmiorum: & in vita Theſei, apud Plutarchum.

V. 272. Οὐ πάγος Ἑρμείη Κυλλήνιος] Cyllene, mons eſt Arcadiæ, ſitus contra Siciliam, maritimis navium appulſibus opportuno portu præditus, ab Arcade quodam nomen ſortitus, ut indicat Pauſanias in Eliacis poſt. vel a Najade Cyllene, ut viſum eſt Stephano. In hoc monte natum ex Maja educatum a Cyllene nympha Mercurium ferunt: in cujus ſummo vertice ejuſdem dei templum erat: quem religioſiſſime incolæ eorum finium venerantur, teſte Pauſ. in Eliac. poſter. & Homero in hymno Mercurii.

V. 276. οὐδέ σ' Ἐνυὼ] Laudat Delum ab immunitate templi, pace pu-

 blica

blica & tranquillitate ſempiterna. Fuiſſe autem a bello liberam, & ſecuram armorum hanc inſulam Herodotus, exemplo Datis, Perſarum ſatrapæ, oſtendit in Erat. l. 6. Idem Corinthiorum exemplo comprobat Strabo, quos, everſa a Romanis Corintho, in Delum profugiſſe tradit. Pauſan. in Phoc. addit, Datin non magis oratione qua ad Delios uſus eſt, quam re ipſa declaraſſe, quam impense deos vereretur. nam quum Apollinis ſignum in navi Phœniſſa reperiſſet, illud ſtatim Tanagræis Delum reportandum tradidiſſe. Menophanes tamen quidam, Mithridatis dux copiarum, in Delum & murorum & armorum præſidio carentem, cum claſſe invaſit: ubi & peregrinis qui illic tum forte erant, & civibus cæſis, negotiatorum pecunia direpta, donariis compilatis, conjugibus Deliorum & liberis ſub corona venditis, ipſam etiam urbem ſolo æquavit: ut idem Pauſ. in Lacon. teſtatur.

V. 277. Οὐδ᾽ Ἀΐδης] Metonymia, deus mortis, pro ipſa morte ponitur. Morti in Delios nullum fuit imperium, non quod ipſi non morerentur: ſed quia in Delo mori, aut mortuum ſepeliri, nefas erat. Ne quis enim ibi moreretur, neu qua mulier pareret, edicto vetuerunt Athenienſes, autore Thucydide. Ægroti vero in Rheneam vicinam inſulam, in qua Deliorum erant monumenta, deportabantur. Unde Pauſanias Cleombroti filius, quum Delii de inſula cum Athenienſibus haberent controverſiam, atque inter cætera dicerent quod ex more regionis, neque mulieres in inſula parerent, neque mortui ſepelirentur: Quomodo, inquit, hæc inſula erit veſtra patria, in qua neque fuit quiſquam veſtrum, nec futurus eſt?

V. 278. Ἀλλά τοι ἀμφιετεῖς] A ſacrificiis commendat Delum, oſtendens, a quatuor mundi plagis, & extremis terrarum oris, decimas & fruges aliaque ſacrificia in eam advehi. Idem Homerus ait,

Αἱ δέ κ᾽ Ἀπόλλωνος ἑκαέργου νηὸν ἔχησθα,
Ἄνθρωποί τοι πάντες ἀγινήσουσιν ἑκατόμβας,
Ἐνθάδ᾽ ἀγειρόμενοι, κνίσση δέ τοι ἄσπετος αἰεί. &c.

Id eſt,

Donec eris Phœbi felix atque inclyta templo,
Omnes ſacra ferent tibi, Dele amplisſima, gentes,
Et ſemper gratus tibi ſurget ad æthera nidor.

Strabo l. 10. idem refert. Dionyſius de ſitu orbis ſacra hæc anniverſaria verno tempore,

(— εὖτ᾽ ἐν ὄρεσσιν
Ἀνθρώπων ἀπάνευθε κύει λιγύφθογγος ἀηδών)

peragi ſolita, verſibus cecinit. Conſuevit autem omnibus ſeculis antiquitas eos alere communi ſumptu, qui ſacris operam dantes, laboribus manuariis victum aliunde comparare non poſſunt. Et hoc eſt quod Homerus adjicit, Delum paſci

Χειρὸς ἀπ᾽ ἀλλοτρίης· ἐπεὶ οὐχ οἱ πίαρ ὑπ᾽ οὖδας.

V. 281. καὶ οἳ καθύπερθε βορέαο] Notatio Hyperboreorum, qui ultra Aquilonem pene Pterophoron incolunt, gens beatiſſima, ut Solinus cap. 21. refert. Ajunt etiam ſolitos Hyperboreos per virgines probatiſſimas, fru-

frugum primitias Apollini Delio miſſitare. Idem. De horum populorum ſitu Strabo l. primo & undecimo contra Eratoſthenem & Herodotum diſputat. Eorundem mores & felicitatem Pindarus l. 10. εἴδει Pythiorum deſcribit. Vide Plin. l. 4. c. 12.

V. 282. πολυχρονιώτατον αἷμα] *Hyperboreorum terra*, inquit Mela, *anguſta, aprica, per ſe fertilis: cultores juſtiſſimi, & diutius quam ulli mortalium vivunt.* Pindarus eoſdem morborum & laborioſæ ſenectutis immunes eſſe canit. At Strabo lib. 15, fabuloſa hæc eſſe cenſet, περὶ δὲ τῶν χιλιετῶν (inquiens) Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ, Πινδάρῳ, καὶ ἄλλοις μυθολόγοις.

V. 284. αἳ Δωδώνηθε] Eundem ὁδοιπορίας ordinem quo Hyperborei in Delum iter faciunt, Herodotus obſervat: ut non immerito poeta illum locum imitatus eſſe videatur. Ejus autem verba vide in Melpomene.

V. 286. ἀσιγήτοιο λέβητος] Lebetum Dodonæorum Virg. 3. Æneid. meminit. Eorundem Eraſm. in proverb. *Æs Dodonæum.* Strabo a ſolis viris apud Dodonam reddi oracula autor eſt, quos Tomoros dictos eſſe, in fine lib. 7. ex Homero probat. ἀπὸ δὲ τοῦ Τομάρου (inquit) τοὺς ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένους ὑποφήτας τοῦ Διὸς, οὓς καὶ ἀνιπτόποδας χαμαιεύνας καλεῖ, Τομούρους φασὶ λεχθῆναι. Id eſt, *A Tomaro, eos qui dicti ſunt a poeta Jovis ſacerdotes, illotiſque pedibus humi cubantes, Tomoros appellatos eſſe perhibent.* Homer. l. 16. Iliadis,

> Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, πελασγικὲ, τηλόθι ναίων,
> Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· ἀμφὶ δὲ σελλοὶ
> Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.

Vide eundem 16, Odyſſ. Soph. in Trachin. χαμαικοιτοῦντας appellat. Dodona autem civitas eſt Moloſſidis in Epiro, ut Steph. & Plin. docent, quibuſcum & Mela conſentit. At Pauſanias Theſprotidis urbem facit.

V. 287. Μηλίδες] Melidem oppidum Trachinis eſſe ſcholiaſtes annotat. Herodot. ſinum Melienſem nominat, quem Strabo & Stephanus Meliacum. Thucyd. l. 3. Melienſes in tres populos diſtinguit, Paralios, Hierenſes, & Trachinios. Idem ſinus Meliaci in 4. ſic meminit, καὶ οἱ Βοιωτοὶ εὐθὺς μεταπεμψάμενοι ἔκ τε τοῦ Μηλιέως κόλπου ἀκοντιστὰς καὶ σφενδονήτας. &c. Quo ex loco intelligitur Melienſes jaculis & fundis in bello valuiſſe.

V. 289. πεδίον Ληλάντιον] Lelantus fluvius eſt Eubœæ, & campus Lelantius ſupra Chalcidem, in quo aquæ calidæ (Hellopiæ dictæ, teſte Plinio) erumpunt, ad ſanandos morbos accommodæ: Strabo l. 9. Et Hom. in hym. Apollinis,

> Στῆς δ' ἐπὶ Ληλάντῳ πεδίῳ, τό τοι οὐχ ἅδε θυμῷ.

Ibid. οὐδ' ἔτι μακρὸς ὁ πλόος] Nam inter Geræſtum Eubœæ promontorium, & inſulam Delum, duntaxat 26 millia paſſuum interveniunt, ut ex Plinio intelligitur.

V. 291. Πρῶταί τοι τάδ' ἔνεικαν] Hyperboreos initio ſacra ſua per duas virgines, Hyperocham & Laodicen, & cum ipſis una quinque juvenes

venes e popularibus, tutelæ cauſa in Delum miſiſſe, deinde vero per populos, ſubinde tradentes ulterioribus, præter Melam, etiam Herodot. in Melpom. teſtatur. cujus conſuetudinis cauſam ibidem aſſignat. Vide & Diodorum Siculum, lib. 3. Antiq. cap. 11.

Ibid. ξανθῶν Ἀριμασπῶν] Arimaſpi, Scythiæ Europææ populi, finitimi Hyperboreis, quaſi μονόφθαλμοι (unoculi) dicti, teſte Herodoto. ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἕν, σκυθιστὶ, μασπὸς δὲ, ὁ ὀφθαλμός. Euſtathius in Dionyſ. unoculos dici, καὶ μονῶπα στρατὸν ab Æſchylo nominari putat: quoniam τοξικώτατοι ὄντες, ἐπιμύουσι τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν. id eſt, *quod, quum ſint peritiſſimi ſagittarii, altero oculo conniveant.* Qua de cauſa ἀριμανεῖς (id eſt bellaces) vocat Dionyſius: ξανθὰς vero Callimachus, propter capillos auro ligari ſolitos: ut Lucanus teſtatur, inquiens,

Hinc & Sidonia gentes, auroque ligatas
Subſtringens Arimaſpe comas.

Plura de iiſdem lege apud Strabonem l. 11, & Plin. l. 4. c. 12.

V. 292. Οὖπίς, τε Λοξώ τε] Callimachus, Olenis carmen ſequutus, tres recenſet Hyperboreas puellas, Upin, Loxo & Hecaergen. Herodotus Opin & Argin nominat. Pauſanias in prior. Eliacis, *Poſt Olenem canticum Melanopus Cumæus in Opin & Hecaergen decantavit, & illas teſtatus eſt in Achajam & Delum ex Hyperboreis veniſſe.* Opin Dianæ unam ex virginibus ſociis, ſacraque caterva, etiam Virgil. 11. Æneid. facit. Quem locum enarrans Macrob. lib. 5. Sat. cap. 22, Opin, non comitem Dianæ, ſed Dianam ipſam vocatam eſſe, teſtatur: adducto Alexandri Ætoli carmine, quod tale eſt,

Ὑμνῆται ταχίαν Οὖπιν φαρετρηφόρον ἰοχέαιραν οἰςῶν.

De puellis Hyperboreis mentionem facit etiam Pindarus. Ab Upi autem Diana Upis cognominata eſt: (de qua hymno præcedenti) a Loxo & Hecaerge, Apollo λοξὸς, ſeu λοξίας, & ἑκάεργος.

V. 296. Ἦτοι Δηλιάδες] Conſuetudo erat in Delo, ut virgines ante nuptias crinis primitias Hyperboreis iſtis puellis Upi, Loxo, & Hecaergæ, ad earundem ſepulcra, tanquam inferias offerrent: pueri autem & juvenes, primam lanuginem Hyperboreis juvenibus, qui puellas iſtas in Delum comitati erant, inferias mitterent. Pauſ. in Atticis, *Jam,* ait, ad Iphinoes Alcathoi filiæ tumulum, quam virginem e vita deceſſiſſe memorant, patrio ritu puellæ ante nuptias inferias mittunt, criniſque primitias detondent, non aliter quam Hecaergæ Deliorum filiæ. Plutarchus in vita Theſei autor eſt, ſolenne olim fuiſſe ut ex pueris qui excedebant, profecti Delphos comæ primitias Apollini ſacrarent.

V. 298. θέρος τὸ πρῶτον] Similis huic eſt metaphora illa apud Virgilium,

Tum mihi prima genas veſtibat flore juventus.

Et illa apud Pindarum,

Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον. &c.

Id eſt,

Quum ad floridam ætatem lanugo nigrum mentum coronaret.

V. 304. Οἱ μὲν ὑπαείδουσι] Virgines juxta & mulieres Olenis hymnum

in

in Delo canere, ex ritu, etiam Herodotus prodidit. καὶ γὰρ, inquit, ἀγείρειν σφι τὰς γυναῖκας, ἐπονομαζούσας τὰ ὀνόματα ἐν τῷ ὕμνῳ, τὸν σφι Ὠλὴν ἀνὴρ Λύκιος ἐποίησε. Et Homerus puellarum voces cantuſque hunc in modum deſcribit,

> Πάντων δ' ἀνθρώπων φωνὰς καὶ κρεμβαλιαστὺν
> Μιμεῖσθαι ἴσασιν. φαίη δέ κεν αὐτὸς ἕκαστος
> Φθέγγεσθ'· οὕτω σφιν καλὴ συνάρηρεν ἀοιδή.

Id eſt,

> *Cunctorum voces hominum ſtrepitumque puellæ*
> *Ore manuque ſequi poſſunt. ſe diceret ipſum*
> *Quiſque loqui: his adeo eſt accommoda cantio nuptis.*

V. 305. ηγαγε Ὠλὴν] Herodot. ibidem, οὗτος δὴ ὁ Ὠλὴν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποίησε, ἐκ Λυκίης ἐλθὼν, τοὺς ἀειδομένους ἐν Δήλῳ. Id eſt, *Olen hic & alios antiquos hymnos qui in Delo canuntur, verſibus compoſuit, poſtquam e Lycia in Delum veniſſet.* Olena Pauſanias in Phocicis, primum in Delo vaticinatum eſſe, primumque ſenarios longos reperiſſe tradidit. Ejuſdem in Atticis & Eliacis prioribus meminit. At in Arcadicis Lycium, patria Delium, hymnos & in alios deos & in Lucinam conſcripſiſſe autor eſt.

V. 307. ἱρὸν ἄγαλμα Κύπριδος] Pauſan. in Bœot. *Eſt, inquit, & apud Delios Venus ejuſdem artificis* (Dædali) *opus, non magnum ſane ſignum e ligno, & exeſa vetuſtate manu dextera, quadrangula inſiſtens pro pedibus baſi. Crediderim ſignum hoc a Dædalo Ariadnam accepiſſe, ſecumque illud abeuntem cum Theſeo aſportaſſe. Theſeum certe Delii tradunt Ariadnæ ademptum Apollini Delio dedicaſſe.* &c. Lege eadem de re Plutarchum etiam in vita Theſei.

V. 308. ἀρχαίην] Hoc ſimulacri in Delo oblati a Theſeo nomen fuiſſe ſcholiaſtes tradit (ab ἄρι & ἀκούω, quaſi prompte Venus Theſeum exaudiverit & juverit) ut Ariadnæ, cujus beneficio Minotaurum is occidit, amoribus potiretur.

V. 310. Οἱ χαλεπὸν μύκημα] Mugitus pro tauro mugiente, κατὰ συνεκδοχήν. De Minotauro & Labyrintho nota eſt fabula, ex Ovid. 8. Metam. item Virgil. 6. Ecloga, & 6. Æneid. & ex epiſt. Ariadnæ apud Ovid. ex Plutarcho in Theſeo. Iſocr. in Helenes Encom. ex Pauſania in Atticis. Euſeb. l. 5. Præparat. Evangelicæ, ubi & oraculum Athenienſibus datum reperitur.

V. 312. Πότνια, σὸν περὶ βωμὸν] Plutarch. ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν, ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον, εὐωνύμων ἁπάντων. De ara ceratina ſupra dictum eſt.

V. 314. Ἔνθεν ἀειζώοντα θεωρίδος] Morem Athenienſibus fuiſſe ut quotannis navim ſolenni apparatu religionis cauſa Delum mitterent, ex Platone demonſtrat Eraſmus, in proverbio, *Canis tanquam Delum navigans.* Hæc navis, θεωρὶς (quaſi ſpeculatoria) dicebatur, teſte Herodoto in Erat. καὶ (ἦν γὰρ δὴ τοῖσι Ἀθηναίοισι πεντήρης ἐπὶ Σουνίῳ) λοχήσαντες ὦν, τὴν θεωρίδα νῆα εἷλον, πληρέα ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων. Id eſt, *Erat in Sunio quinqueremis Athenienſium navis theoris, cui Æ-*

gineta inſidiantes, plenam primariis viris Athenienſibus ceperunt. Plutarch. in Theſeo, ἔταξεν δὲ καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν, ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον. Id eſt, *Conſtituit Theſeus & convenit ei cum Corinthiis, ut Athenienſibus, qui ad Iſthmia veniſſent, attribuerent prima ſubſellia tanto ſpatio, quantum navis theoridis expanſum Sunii velum occupaſſet.* Pauſan. in Atticis, navem omnium longe maximam eſſe refert. De eadem lege Rhodiginum lib. 8. cap. 9.

Ibid. ἀειζώοντα τοπῆϊα] Navem Theſei, qua e Creta ſalvus rediit, uſque ad Demetrii Phalerei (qui Callimacho σύγχρονος fuit) ætatem, conſervatam fuiſſe, & veteri materiæ ſubinde aliam integram ſuffectam eſſe, ut philoſophis diſputandi materiam præbuerit, ibidem dodem docet Plutarch. τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ (πλοῖον) τῶν δὲ, ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει λεγόντων. id eſt, *quod alii eandem, alii non eandem manere contenderent.*

V. 315. Κεκροπίδαι πέμπουσι] Thucydides lib. 3. ξυγγραφ. luſtrationem Deli ab Athenienſibus factam, elegantiſſime deſcribit, inter cætera referens, *antiquitus ibi celebrem fuiſſe Jonum & vicinorum inſulanorum conventum, qui cum liberis & uxoribus ludos ibi ſpectarint, & certamina gymnica & muſica exercuerint, civitatibus choros ducentibus.*

V. 316. Ἀστερίη, πολύβωμε] Poſtremo Delum a mercatorum frequentia commendat, quos non tam lucri quam ſacri cultus gratia in Delum navigare commonſtrat. Fuiſſe autem mercatoribus frequentem & emporio nobilem, tum ex Plinio, tum ex ſupra dictis eſt evidens.

V. 321. Περὶ μέγαν ἢ σέο βωμὸν] Mercatorum Apollini rem divinam facientium hi fuere ritus, hæ ſtultæ & ridiculæ cæremoniæ. Meminit & Virgil. Æneid. 4. item Lucian. περὶ ὀρχήσεως. De coquis autem & menſariis, quorum in ſacrificiis Deliorum uſus erat, lege Athenæum lib. 4. Dipnoſ. cap. 23.

ANNO-

ANNOTATIONES
IN
HYMNUM QUINTUM,
qui eſt in
LAVACRUM PALLADIS.

V. I. Ὅσαι λωτροχόοι τᾶς Παλλάδος] Occaſione ſumpta a Palladis Minervæ ſolenni lavacro, hoc hymno Palladem ſibi laudandam ſumit, quam a ſtudio & cura equarum, a formæ nativa venuſtate, a cultu & mundiciis perquam modicis ac vilibus, commendat. Deinde originem & rationem adfert, quare una cum Palladis ſimulacro, etiam Diomedis clypeus ad lavacrum exportetur. Tum cæremoniarum ritus & præcepta quædam inſerit: ne puellæ hoc anniverſario die aquam ex Inacho hauriant: neu viri Palladem nudam aſpiciant, proponens, exempli loco, pœnam Tireſiæ: in cujus hiſtoriam digreditur. Poſtremo reditu facto Minervam ab admiranda nativitate & divina majeſtate commendat & ornat. Epilogus ſalutatione conſueta & petitione conſtat. Eſt autem hic hymnus, ut & ſequens, Dorico idiomate conſcriptus: quod diligenter ab adoleſcente obſervatum, multum obſcuritatis illi adimit, qua alioqui laborare videtur. Sic λωτροχόοι pro λυτροχόοι dicitur: τᾶς pro τῆς, & τῶν ἱερῶν pro τῶν ἱερῶν. ſic παγαῖς ὠκεανῶ pro πηγαῖς ὠκεανοῦ, & ὅκα pro ὅτε, & φέροισα pro φέρουσα, & ἔντι pro ἐστί. &c. Cæterum, quia hæc elegia etiam ante ab Angelo Politiano in Miſcellaneis converſa eſt (ut infra quoque meminimus) noſtra interpretatio in hoc hymno quam in aliis liberior fuit: quod te præmonere voluimus.

Ibid. Ὅσαι λωτροχόοι] Matronas Argivas alloquitur, admonens eas ut mature & feſtinanter ad Palladis lavacrum ſe conferant. Erat enim ipſis conſuetudo, ut quotannis ſimulacrum Minervæ, cum ſcuto Diomedis, in amne Inacho abluerent, ut ſcholiaſtes annotat. Similis mos Gallorum, id eſt Cybeles ſacerdotum, Romæ fuit: ut quotannis 6. Cal. Aprilis, ſimulacrum & carpentum & leones Cybeles, & cultros Phrygios, in Almone fluvio, extra portam Capenam, religionis cauſa abluerent. Cujus cæremoniæ meminit Ovid. 4. Faſt. Flacc. l. 8. Argon. Lucan. 1. Pharſ. & Ammian. l. 24. Plura Gregor. Gyral. Syntag. 4. Fuerunt

fuht autem & Plynteria apud Athenienſes ſacra Minorvæ; quorum meminit Xenophon 1, Ἑλληνικῶν, & Plutarch. in Alcibiade.

V. 4. Σεῦθι νῦν ἀξανθαί.] Id eſt, ὁρμᾶσθε, πορεύεσθε. Eodem verbo Soſia apud Ariſtophanem in Veſpis utitur,

Οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτε;

Id eſt,

Non itis hinc ad corvos? nondum abſceditis?

Ibid. Πελασγιάδες] Pelaſgia, χώρα τοῦ Ἄργους, regiuncula Argolidis, Steph. Strabo Pelaſgos per univerſam Græciam diſperſos fuiſſe lib. 5. tradit, τοὺς δὲ Πελασγούς· ὅτι μὲν ἀρχαῖόν τι φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπόλασε, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι τοῖς κατὰ Θετταλίαν, ὁμολογοῦσιν σχεδόντι. id eſt, *Pelaſgos antiquam gentem, per univerſam Græciam extitiſſe, maximeque inter Æoles qui Theſſaliam incolunt, apud omnes fere in confeſſo eſt.* Ibidem ex Euripide verſus huc pertinentes citat. Apollonii ſcholiaſtes, Πελασγοὶ (inquit) ἀπὸ Πελασγοῦ τοῦ Ἰνάχου, ἢ ἀπὸ Πελασγῶν, ἔθνους βαρβαρικοῦ, οἰκήσαντος Θεσσαλίαν καὶ Ἄργος. Pelaſgum primum in Arcadia regnaſſe, propter corporis & robur & pulchritudinem, refert Pauſ. in Arcadicis.

V. 5. Οὔ ποκ' Ἀθαναία] Minervam laudat a ſtudio & amoro equorum. Eſt enim

Armipotens, belli præſes, Tritonia virgo.

Et ut Homerus de ipſa in Veneris hymno canit,

Πρώτη τέκτονας ἄνδρας ἐπιχθονίους ἐδίδαξε
Ποιῆσαι σάτινα, καὶ ἅρματα ποικίλα χαλκῷ.

Id eſt,

Prima viros docuit celeres componere currus
Pallas, & invictum plauſtris inducere ferrum.

Reliqua de Minervæ inventis pete ex l. 6. Metam. & 3. Faſt. Ovidii.

V. 8. ἦνθ' ἀπὸ γηγενέων] Pertinent huc illa quæ Pauſanias in Arcadicis de Hippia Minerva refert. *Apud Manthurienſes*, inquit, *dea, Hippia* (hoc eſt equeſtris) *cognomento colebatur. Cognominis ea fuerat cauſa, quod in gigantum pugna Manthurienſes ipſi prodidere, deam in Enceladum bigas immiſiſſe.* Ejuſdem ſtrenuam in oppugnandis gigantibus operam Horatius quoque in Odis commendat, ubi vocat *ſonantem ægida Palladis.* Quum enim Minerva ſit dea ſapientiæ, non immerito armis etiam præeſſe, & gigantes domuiſſe fingitur. Nam parvi ſunt arma foris, niſi ſit conſilium domi, ut vulgo dicitur.

V. 16. Οὐ γὰρ Ἀθαναία] Altera Minervæ laus a nativa venuſtate, ut quæ nullis pigmentis nulloque fuco indigeat.

V. 18. Τὰν Ἴδαν] Pro τὴν Ἰδαίαν, vel κατὰ ἢ πρὸς τὴν Ἴδαν γενομένην. Ida mons Phrygiæ, ad quem Paris Alexander judicium & ſententiam de trium dearum, Junonis, Palladis, & Veneris pulchritudine tulit. De qua re vide Coluthum de raptu, Lucianum, & Iſocratem in Helenes encomio, Strab. l. 13. Ovid. in epiſt. Helenes: Eurip. in Helena.

V. 21. Κύπρις δὲ] Collatione Veneris laudem Minervæ amplificat, illam ſpeculis & arceſſito fuco mundum quendam & cultum corporis

quæ-

quæſiviſſe: hanc vero, Caſtoris & Pollucis exemplo, omni fuco poſthabito, corpus oleo unxiſſe, & egregiis exercitiis habile venuſtumque reddidiſſe oſtendens. Hom. in hym. Veneris,

> *Οὐ γάρ οἱ εὔαδεν ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης·*
> *Ἀλλ' ἄρα οἱ πόλεμοί τε ἅδον καὶ Ἄρηος,*
> *Ὑσμῖναί τε, μάχαι τε, καὶ ἀγλαὰ ἔργ' ἀλεγύνειν.*

Id eſt,

> *Munera non illi Veneris jucunda placebant,*
> *Sed pugnæ placuere truces, & prælia Martis,*
> *Bellaque, lethiferaque fero certamine cædes.*

V. 24. *Λακεδαιμόνιοι ἀστέρες*] Periphraſis Caſtoris & Pollucis, qui quo pacto quave occaſione in ſidera relati ſint, exponit Pindarus 10. ᾠδῇ Nem. & Pindarum imitatus Ovid. 5. Faſt. in fine. Exponit etiam Theocritus Idyll. 27. De iiſdem Apoll. Rhod. l. 1. Argon. & Horatius l. 1. Carm. Eurotas autem eſt fluvius Laconiæ, Spartam præterlabens, e Blenrinatide regione ſuum meatum exerens, ut Strabo 8. Geogr. prodit. Ad hujus ripam exercuerunt ludos ſuos Caſtor & Pollux, teſte Propertio l. 3. eleg. 13. quum inquit,

> *Qualis & Eurotæ Pollux & Caſtor arenis,*
> *Hic victor pugnis, ille futurus equis.*

De iiſdem Theognis.

> Κάστορ καὶ Πολύδευκες, οἳ ἐν Λακεδαίμονι δίῃ
> Ναίετε Εὐρώτα καλλιρόῳ ποταμῷ

V. 26. *τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς*] Oleæ periphraſis, quæ Minervæ ſacra eſt, teſte Plin. l. 12. Unde & Palladia arbor a poetis dicitur. ut apud Silium l. 1. Fuit autem Palladi hæc arbor ſacra, vel quia pacis ſignum erat. (unde Lucan. l. 3. Pharſ.

> *Orant, Cecropiæ prælata fronde Minervæ.*

& Virgil. 7. Æneid.

> *Ire jubet ramis velatos Palladis omnes*)

vel quia ſemper viget olea, & ipſum oleum nihil jucundi admixtum habet: quæ veræ laudis & ſapientiæ arcana ſunt ſymbola.

V. 29. *Τῷ καὶ νῦν ἄρσεν τι*] Arboribus (ait Plinius) imo potius omnibus quæ terra gignit, herbiſque etiam, utrunque ſexum eſſe diligentiſſimi naturæ tradunt. De maribus oleis notum eſt illud Ovidii, Faſt. 4.

> *Ure mares oleas, tædamque herbaſque Sabinas;*
> *Et crepet in medio laurus aduſta foco.*

V. 30. *Ὦ Κάστορ, ᾧ καὶ χεῖται*] Olei in gymnicis ludis & palæſtris uſum, ſuoſque pugilibus aliptas fuiſſe, tum Pindarus oſtendit, tum veteres pygmachiæ Caſtoris & Pollucis apud Apollonium, & Trojanorum apud Virgilium, declarant. Idemque, tametſi parum honorifice, de Græcis refert Plin. lib. 15. Hiſt. Nat. *Uſum ejus* (inquit) *ad luxuriam vertere Græci, omnium vitiorum genitores, in gymnaſiis publicando.*

V. 35. *Διομήδεος ἀσπὶς*] Scutum Diomedis Hom. l. 5. Iliad. a principio deſcribit. Hoc ſcutum una cum Palladio efferebatur ad commune lavaçrum, vel quia Diomedes

ſocio comitatus Ulyſſe,
Fatale aggreſſus ſacrato avellere templo
Palladium, caſis ſumma cuſtodibus arcis,
Corripuit ſacram effigiem:

vel quia Diomedes, quum in vivis adhuc eſſet, plurimum a Pallade Minerva amatus, & in prælius ab eadem adjutus fuit: ut paſſim ex Homero patet.

V. 36. Ὡς ἴδ᾽ Ἀργείων] De Palladio Argivorum vide Pollucem, lib. 7. cap. περὶ τῶν ἐν Ἀθήνῃσι δικαστηρίων. Sunt autem Argivi populi in Peloponneſo, ad ortum ſpectantes, a ſeptentrione Corinthiis, ab occaſu & meridie Lacedæmoniis finitimi, teſte Dionyſio. Argolicam a Laconica terra Thyræa ſeparat, ut docet Thucyd. l. 4. Eſt & Argivorum quicquid regionis Malea tenus ad occaſum vergit in continente: & inſulæ cum aliæ, tum Cythera. Autor Herodot. in Clio. Horum metropolis fuit Argos, cujus varia nomina pro variis temporibus uſitata recitat Stephanus, & Euſtathius in Dionyſ. Quot vero civitatibus & territoriis Argos attributum ſit olim, id diligentiſſimus Homericarum laudum ſcrutator Strabo, l. 8. & Plin. l. 4. exequuntur.

V. 37. Εὐμήδης ἐδίδαξε] Eumeden Hippocoontis filium fuiſſe, cujus monumentum Spartæ, non procul ab Herculis ſigno extiterit, Pauſanias in Laconicis affirmat. quem eundem cum hoc Eumede Palladis ſacerdote eſſe, mihi religio eſt pro certo aſſerere. Alias Eumedes, pater Dolonis, Trojanus fuit. cujus Homerus l. 10. Iliad. meminit, & Virgil. 12. Æneid.

V. 38. Ὅς ποτε βουλευτὸν] Græcus ſcholiaſtes hunc ſacerdotem Argivis ſuſpectum fuiſſe ait, ut qui Palladium Heraclidis tradere vellet: ideoque fuga ſalutem quæſiviſſe autumat. Erat enim fatale, quamdiu Palladium in urbe eſſet, tamdiu eam fore invictam. Quo fortaſſe oraculum illud Argivis datum, quod extat lib. 7. apud Herodotum, referri poſſet,

Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων, πεφυλαγμένος ἧσο,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο. κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Id eſt,

Finitimis inviſe, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens impune maneto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud.

De Argivorum & Lacedæmoniorum inteſtinis bellis lege Herodotum in Clio & Polyhymnia.

V. 41. Κρεῖον ὄρος] Crios, mons in finibus Argolicis, quem a Strabone Κρεόπωλον nominari opinor. Neque enim locorum & regionum nomina æterna & immutabilia ſunt, ſed aliis temporibus alia ſortiuntur vocabula. Plin. l. 4. c. 5. undecim ponit Argolicos montes, ſed ἀνωνύμους.

V. 43. περσέπτολις, χρυσεοπήληξ] Supra dictum eſt Minervam non modo ſapientiæ, ſed etiam armorum & belli præſidem eſſe. Quare iſta cognomina a re militari & armatura conſequuta eſt. Unde Hom. l. 6. Iliad.

Πότνι

Πότνι' Ἀθηναίη, ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων.

Bello enim αἱ πόλεις πέρθονται, urbes & agri vaſtantur ac diripiuntur. Unde & Martem Homerus τειχεσιπλήτην vocavit. Χρυσεοπήληξ vero eadem dicitur, quod gerat χρυσῆν πήληκα, auream galeam. Minervæ Athenienſis ſimulacrum Pauſanias in Atticis deſcribit, idque ex auro & ebore conſtare perhibet. in cujus galea ſphinx emineat, utranque vero partem gryphes teneant.

V. 44. Ἵππων καὶ σακέων] Scutum Palladis uno nomine a poetis ægis vocatur, perinde ut Jovis clypeus, quia e pellibus caprinis factum fuerat. Hujus deſcriptio apud Hom. lib. 5. Iliad. extat,

> Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
> Δεινήν, ἣν περὶ μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται,
> Ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή·
> Ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου,
> Δεινή τε σμερδνή τε, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.

Quem locum Virgil. 8. Æneid. ſic fere imitatus eſt:

> *Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma,*
> *Certatim ſquamis ſerpentum auroque polibant:*
> *Connexoſque angues, ipſamque in pectore divæ*
> *Gorgona deſecto vertentem lumina collo.*

V. 47. ἢ 'ς Φυσάδειαν] Phyſadea & Amymone, nomina fontium ſunt apud Argivos, a Danai filiabus deſumpta & impoſita, ut ex Strabone patet, l. 8. Τὴν μὲν οὖν χώραν συγχωροῦσιν εὐυδρεῖν, αὐτὴν δὲ τὴν πόλιν ἐν ἀνύδρῳ χωρίῳ κεῖσθαι, φρεάτων δ' εὐπορεῖν, ἃ ταῖς Δαναΐσιν ἀνάπτουσιν, ὡς ἐκείνων ἐξευρουσῶν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἔπος εἰπεῖν τοῦτο.

> Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.

Id eſt, *Regionem quidem aquis irriguam eſſe concedunt: urbem vero ipſam* [Argos] *in loco aquis deſtituto poſitam dicunt. puteis tamen divitem eſſe, quorum inventionem Danai filiabus acceptam referunt. unde vulgatus ſit verſiculus, quo dicitur,*

> *Argos aquis vacuum, Danaæ dant Argos aquoſum.*

Et paulo ante, δείκνυται δὲ καὶ Ἀμυμώνη τὶς κρήνη κατὰ Λέρναν. ἡ δὲ Λέρνη, λίμνη τῆς Ἀργείας ἐστί. &c.

V. 48. Ἢ ἐς Ἀμυμώνην] Amymone Danai filia fuit: quam urnam geſtantem Neptunus gravidam fecit, & Nauplium ex ea ſuſcepit, teſte Ovidio in epiſt. Herus, & lib. 1. Amorum, eleg. 10. Eandem poſtea in fontem ſui nominis convertit: de quo idem autor lib. 2, Metam. ait,

> —— *quærit Bœotia Dircen,*
> *Argos Amymonen.*

Sed fabulam hanc Strabo refutat loco prius citato. Amymones fontis fit etiam mentio apud Plinium, l. 4. c. 5. In effigiem ejuſdem extat epigramma l. 5. Epigramm. Græc. Pauſan. in Corinth. fluvium Amymonem facit ex una parte Pontinum montem alluentem. De ſævitia Danaidum lege epiſt. Hypermneſtræ ad Lynceum, in Heroid. Ovidii.

Ibid. τὰν Δαναῶ] Danaus Ægypti frater, qui expulſo Gelanore Stheneli

neli filio, Argos tenuit: a quo Græci Danai appellari cœpti. Pauſan. in Corinth. Regnavit circa annum mundi 2454.

V. 50. Ἴναχος ἐξ ὀρέων] Inachus Argiæ fluvius, ab Inacho rege, patre Jûs, denominatus: cujus fontem in Artemiſio Arcadiæ monte Pauſanias collocat, Stephanus in Lacmone, Pindi promontorio: qui non eſt Pindus Theſſaliæ, ſed Arcadiæ, in confinio Argiæ. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. Ariſtoteles ex Pindo Theſſaliæ oriri in Meteor. tradit; ſed lapſum eſſe conſtat. Eſt autem φράζεο μ᾽ οὐκ, pro φράζου μὴ οὐκ.

V. 53. Ὅς κεν ἴδῃ γυμνὰν] Removet viros a conſpectu Palladii, ratione ſumpta a periculo, quod qui nudam aſpiciant Minervam, excæcentur. id quod Tireſiæ exemplo confirmat. Plutarchus Parallelis hoc ipſum Ilo Trois filio, & apud Romanos Metello accidiſſe refert. ἐν Ἰλίῳ (inquit) τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἐμπρησθέντος, προσδραμὼν Ἶλος τὸ διοπετὲς ἥρπασε Παλλάδιον, καὶ ἐτυφλώθη. οὐ γὰρ ἔξον ὑπ᾽ ἀνδρῶν βλέπεσθαι. Antoninus tamen, qui a deo ſuo quem colebat, Heliogabalus eſt dictus, Solis & Lunæ celebraturus nuptias, quum Romæ virginem Veſtalem duxiſſet, etiam Palladium produxit, teſte Herodiano lib. 5. καὶ τῆς τε Παλλάδος τὸ ἄγαλμα, ὃ κρυπτὸν καὶ ἀόρατον σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰς τὸν ἑαυτοῦ θάλαμον μετήγαγεν.

V. 59. Ματέρα Τειρεσίαο] Narratio παρεκβατικὴ de excæcatione Tireſiæ, quam ut breviſſime, ita politiſſime Politianus cap. 80. Miſcell. recitat. Fuit autem Tireſias patria Thebanus, Eueri & Chariclûs filius, vaticinandi peritia clariſſimus: de quo vide proverbium, *Tireſia cæcior*. Alius Chariclûs, quæ Apollinis filia, & Chironis Theſſali uxor fuit, narratio extat apud Pind. Hymn. 4. Pyth.

Ibid. καὶ οὔποκα χωρὶς ἔγεντο] Summam neceſſitudinem, & familiaritatem intimam Chariclûs cum Minerva, his verbis exprimit, individuas fuiſſe comites affirmans, & ubique locorum conjunctas. De Theſpiis, Coronea & Aliarto, Bœotiæ civitatibus, vide Pauſan. in Bœoticis, Plinium l. 4. c. 7. & Strabonem l. 9. ubi & templum, cujus hic fit mentio, ſic deſcribitur, κρατήσαντες οἱ Βοιωτοὶ τῆς Κορωνείας, ἐν τῷ πρὸ αὐτῆς πεδίῳ, τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ, καὶ τὸν παραρρέοντα ποταμὸν Κουάριον προσηγόρευσαν, ὁμοφώνως τῷ ἐκεῖ. Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον, &c. Id eſt, *Coronea potiti Bœotii in campo adjacenti, templum Minervæ Itoniæ, ejuſdem cum Theſſalico nominis, extruxerunt: eodemque modo præterfluentem amnem Cuarium dixere; quem Alcæus Coralium appellat.* &c. Homer. in Catalogo,

Οἵ τε Κορώνειαν καὶ ποιήενθ᾽ Ἁλίαρτον.

V. 71. Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ] Hippocrene fons eſt in Helicone,

Dura Meduſæi quem præpetis ungula rupit:

unde & nomen habet. Fabulam lege apud Ovid. 5. Metam. & Strabone l. 9. Pauſanias in Bœoticis, Tireſiam e Tilphuſa fonte, quum admodum ſitiret, aqua hauſta, ſtatim animam egiſſe refert. Plura de Tireſia Diod. Sicul. l. 5, Antiquit. c. 6.

V. 73. μεσαμβρινὰ δ᾽ εἶχεν] Sic Ovid. in fabula Calliſtûs,

Ulterius medio ſpatium ſol altus habebat,

Quum

Quum ſubit ille nemus quod nulla ceciderat ætas. &c.

V. 82. παιδὸς δ' ὄμματα νὺξ] Ovidius Tireſiam a Junone excæcatum eſſe canit; cujus facti cauſa, quam adfert, quum turpis & obſcœna ſit, merito ſilentio eſt prætereunda. Propertius l. 4. eleg. 10, Callimacho aſtipulatur, inquiens,

Magnam Tireſias aſpexit Pallada vates,
Fortia dum poſita Gorgone membra lavat.

Tireſiæ fit mentio & in Græco epigrammate in lavacrum Veneris, quod extat lib. 4.

V. 85. ἀνύμφα] Expoſtulat Chariclo cum Pallade: quam indigne feciſſe arguit quod amicitia poſthabita, tanto ſupplicio filium Tireſiam afficiat.

V. 86. τοιαῦται δαίμονες ἐστὶ φίλαι]

Sævum præluſtri fulmen ab arce venit.

Et:

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſa graviore caſu
Decidunt turres. &c.

Et Theognis,

Μηδενὸς ἀνθρώπων κακίως δόκει εἶναι ἑταῖρος,
Ὡς γνώμη θ' ἕπεται, Κύρνε, καὶ ἡ δύναμις.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

teſte Horatio. Vide proverb. *Procul a Jove & fulmine.*

V. 87. τέκνον ἀλαστε] Pro ἄλαστον, per ſyntheſin. Eſtque παθητικὰ averſio ad filium cæcum, commiſerationis & materni doloris pleniſſima.

V. 91. Ἦ μεγάλ'] Accuſat Minervam ab iniquitate, ut quæ pœnam culpa atrociorem inflixerit. Decet enim ut

Par delicto ſit ſua pœna ſuo,

quemadmodum Ovidius ait,

— & adſit
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello,

ut Horatius jubet.

V. 103. Δῖα γύναι] Purgat ſe Minerva ab objecto crimine, culpam a ſua perſona in fatum & legem Saturni transferens, qua cautum ſit ut quicunque invitum deum aut deam aſpiciat, is viſu orbetur.

V. 104. ἐπεὶ Μοιρᾶν ὧδ']

Τὸ γὰρ πεπρωμένον δεῖ σε κομίζειν.
Ζηνὶ γὰρ δοκεῖ τόδε,

ut apud Euripidem in Androm. Thetis ait. Et in ſacris dicitur, quod nullus e capite, Deo non volente, capillus defluat. Recte igitur Callimachus & ſapienter, ſuum cuique fatum, antequam naſcatur, divinitus prædeſtinatum eſſe fatetur. Contra Epicurea ſecuritas illorum merito damnanda eſt, quibus nihil poſitum eſt,

— & ſors incerta vagatur,
Fertque refertque vices, & habent mortalia caſum,

V. 107. Πόσσα μὲν ἁ Καδμηῒς] Collatione, pœnæ hujus ſeveritatem excuſat & mitigat, propoſito exemplo Actæonis, qui quod nudam vidiſſet Dianam, non excæcatus, ſed a canibus ſuis dilaceratus fuit. Dicta eſt autem Autonoe Cadmeïs, a Cadmo patre: cujus ſorores fuere, Semele, Agave, Ino, Alcmena, & aliæ quarum calamitates Ovidius & Pindarus paſſim deplorant.

V. 108. Πόσσα δ' Ἀρισταῖος] Pauſan. in Phocic. tradit, Ariſtæum Apollinis & Cyrenes filium, ob Actæonis caſum acri confectum dolore, ac Bœotiæ jam & Græciæ toti infenſum, in Sardiniam migraſſe.

V. 109. Ἀκταίονα τυφλὸν ἰδέσθαι] De Actæone in cervum mutato, & a canibus lacerato, vide Ovid. 3, Metamor. Eandem fabulam interpretatur Pauſan. in Bœotic. circa initium. Conſimilis eſt huic apud Plutarchum in lib. de Superſtit. collatio, quum inquit, ὁ Τειρεσίας ἐχρῆτο δυστυχίᾳ, μὴ βλέπων τὰ τέκνα, μηδὲ τοὺς συνήθεις· ὁ δὲ Ἀθάμας μείζονι, καὶ Ἀγαύη, βλέποντες ὡς λέοντας καὶ ἐλάφους. Id eſt; *Magno Tireſias dolore affectus fuit, quod liberos & familiares videre non potuit: at multo majori Athamas & Agave, qui liberos ſuos, ut leones & cervos aſpexerunt.* Euripides in Bacchis Actæonem a canibus laceratum eſſe dicit: quia

—— κρείσσων ἐν κυνηγίαις
Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντο, ἐν ὀργάσιν.

Id eſt,

—— *prætulerit ſe venationum*
Peritia Dianæ paſſim in nemoribus.

V. 119. Ὦ ἑτάρα] Pallas conſolatur amicam Chariclo, promiſſione majorum beneficiorum, quibus hanc oculorum jacturam compenſare & reſarcire velit. Pollicetur enim illi daturam ſe Tireſiæ vaticinandi artem, qua præditus multa ſit oracula & præſagia tum apud poſteros vivus, tum apud inferos poſt mortem editurus. Nam & Pindaro teſte, Amphitruoni a Tireſia vaticinium fuit datum, hymno 1, Iſthm. Ab eodem Liriope de Narciſſi interitu præſagium accepit: & alii, de quibus mox. Reſpicit autem poeta ad phyſicam rationem, qua natura ſemper in altero ſupplere quod in uno deeſt, a philoſophis traditur. Quod in cæcis videre eſt, in quibus natura oculorum & viſus orbitatem ingenii vigore & acumine compenſat. Videmus enim cæcos pleroſque ſolertes & ingenioſos eſſe, eaque interdum præſtare quæ a viſu præditis præſtari vix poſſent. Exemplo ſunt Homerus & Didymus, quorum ille poemata cæcus confeciſſe, hic mathematicas diſciplinas viſu orbatus didiciſſe traditur. Cujus rei (quemadmodum Plato in Phædone ſcriptum reliquit) & hæc cauſa eſt, quod mens ſecluſis oculis & auribus, adeoque toto corpore, quibus anima perturbari ſolet, ipſa ſola & ſincera rerum veritatem inquirit & contemplatur. Qua quidem de cauſa Democritus philoſophus luminibus oculorum ſua ſponte ſe privavit: quia exiſtimaret cogitationes commentationeſque animi ſui, in contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris & oculorum impedimentis liberaſſet, teſte Gellio l. 10. Noct. Attic. c. 17.

V. 123.

V. 123. Γνωσῶται δ' ὄρνιθας] Cicero de Divinatione, omnem divinationem ſummatim in duas partes dividit: furorem, quem in afflatis, enthuſiaſtis & engaſtrimythis cernimus: & in artem, ut in auſpiciis, auguriis, ſomniorum interpretatione, & fulgetrorum peritia. Idem diſputat utrum divinatio ſcientia ſit, necne. Quod dubitanter affirmat Ariſtoteles in Libello de memoria, ἔιη δ' ἂν (inquiens) ἡ ἐπιςήμη ἐλπιςικη, καθάπερ τινὲς φασὶν τὴν μαντικὴν. De augurandi ſcientia, quam hic Callimachus Tireſiæ attribuit, vide Cic. l. 1. de Divin. Livium l. 1. Dionyſ. Halicar. l. 2. Val. Max. l. 2. c. 1. Ovid. 4. Faſt. Plutarch. in Problem. Feneſtellam c. 4. de Sacerd. Rom. Pomp. Læt. c. 5.

V. 125. Πολλὰ δὲ Βοιωτοῖσι] De oraculis quæ Thebanis a Tireſia data ſunt, lege Stat. l. 4. Thebaid. Pauſan. in Bœot. Sophoclem in Antigone, & Euripidem in Phœniſſis & Bacchis. Pindarus item 1. hymno Nem. oraculum Tireſiæ recitat, quod Amphitruoni is dederit. Vide locum circa finem hymni. Per Labdacidas autem Eteoclem & Polynicem intelligit, Oedipi filios, a Labdaco proavo ſic dictos. Fuit enim Labdacus pater Laji, patris Oedipi, ut videre eſt ex principio Phœniſſ. Eurip. qui in eadem tragœd. Eteoclem & Polynicem Λαβδακίδας πολυμόχθως nominat.

V. 127. μέγα βάκτρον] Apud Sophoclem, puero ductore: apud Euripidem, filia, vice baculi, utitur Tireſias. Ita enim puellam alloquitur,

Ἡγῦ πάροιθε θύγατερ, ὡς τυφλῷ ποδὶ
Ὀφθαλμὸς εἶ σὺ, ναυβάταισιν ἄςρον ὥς.

Id eſt,

Præcede filia ductrix. nam cæco pedi
Oculus meo es, perinde ut nautis ſidera.

V. 129. Καὶ μόνος, ὅτε θάνῃ] Tireſiam inter mortuos ſolum ſapere, Homerus 11. lib. Odyſſ. Lucian. ἐν νεκρικοῖς, Strabo 16. Geograph. Statius 11. Thebaid. Plutarchus l. 9. Sympoſ. & Sophocles his verſibus teſtatur, tametſi de vivo:

Τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγυσιν, ᾧ
Τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ.

Id eſt,

Divinum nunc huc adducunt vatem, cui
Innata veritas homini vel unico eſt.

V. 130. τίμιος ἁγεσίλᾳ] Pro ἁγεσίλᾳ (ut communis omnium exemplarium habet lectio) repono (ſalvo tamen cujuſque judicio) ἀγεσίλᾳ. Dictus eſt enim Plutus Ἀγεσίλαος ἀπὸ τῦ ἄγειν τὺς λαὺς, quod populos ad ſe in tartarum abducat. ut ex Lactantio & Athenæo probat Lil. Gyrald. & Cœlius Rhodigin. lib. 10. cap. 18.

V. 131. τὸ δ' ἐντελὲς ὧ κ' ἐπινεύσῃ] De nutu quo omnia confirmat Jupiter, ipſe apud Hom. lib. 1. Iliad. hæc pronuntiat,

Τῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιςον
Τέκμωρ. ὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, ὐδ' ἀπατηλὸν,
Οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Vir-

Virgil.

Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.

V. 134. μάτηρ δ' ὕτις ἔτικτε] Ab admiranda nativitate Minervam laudat, cauſam ſimul proferens cur idem nutu ſuo perficere poſſit quod Jupiter: nimirum, quia ex Jovis cerebro prognata ſit. Pindarus ᾠδῇ 7. Olymp. Palladem ænea bipenne armatam, e Jovis vertice erupiſſe fingit, adeoque altum clamaſſe, ut cælum & terram perterrefecerit. Idem fere Apollon. Rhodius, l. 4. Argon. affirmat. Ovid.

Sancta Jovem Juno, nata ſine matre Minerva,
Officio doluit non eguiſſe ſuo.

Lucian. omnium deorum contemptor, in dialogis Mercurium cum ſecuri adſtantem fingit, qua cerebrum Jovis diffindere jubetur. Eo facto armata Pallas exiluit. Heſiodus tamen in Theog. filiam Jovis ex Prudentia ſuſceptam facit. At Herodotus l. 4. in Melpom. Minervam Jovis & Tritodinis filiam ab Afris & dici & credi, memoriæ prodidit. Quod ipſum Pauſan. in Atticis refert.

V. 137. ἀλλὰ δέχεσθε] Epilogus exhortatione & conſueta ſalutatione Palladis conſtat: cui Argiæ curam & tutelam committit. Eſt autem τᾶργος pro τὸ Ἄργος.

ANNOTATIONES IN HYMNUM SEXTUM, qui eſt in CEREREM.

V. 1. Τᾶ καλάθω κατιόντος] Laudaturus Cererem poeta, initio docet qua animi attentione & reverentia ſacra ejus peragere conveniat. Deinde errores Cereris, quibus in quærenda Proſerpina agitata fuit: tum ejuſdem inventa, humano generi ad vitam degendam perneceſſaria, breviter perſtringit. Ut autem alii ab impietate deterreantur, & ad amorem religionemque Cereris excitentur, Eryſichthonis famem perſequitur, quem impietatis cauſa, propter lucum violatum, ſeveriſſime a Cerere punitum eſſe oſtendit. Qua quidem in di-

digreſſione maxima pars hymni conſumitur. Poſtremo oratione ad matronas θεσμοφοριαζούσας converſa, quid a Cerere petendum ſit, docet, quaſique precationis formulam præſcribit.

Ibid. Τῶ καλάθω] Sacra Cereris in caniſtris ſeu ciſtis operta, duæ virgines capitibus impoſita, die feſto in templum Cereris Eleuſiniæ deferebant: in quarum altera flores, in altera ſpicæ inerant: & per has quidem, æſtas, per illas autem ver denotabatur. Virgines, Canephoræ dicebantur: Cic. in Verr. 6. Simili ritu eadem dea apud Catinenſes in Sicilia colebatur, ut teſtis ibidem eſt Cic. Nec diſpari apud Romanos: quem ab Athenienſibus eo delatum eſſe, idem affirmat, pro Corn Balbo, & L. Flacco. Hujus conſuetudinis meminit Euſeb. l. 2. Præparat. Evangel. Fuerunt & Palladi ſuæ apud Athenienſes ciſtiferæ, de quibus meminit Pauſan in Attic. & Ovid. 2. Metam. ſic,

Illa forte die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.

Tibull. lib. 1, eleg. 7,

Et levis occultis conſcia ciſta ſacris.

Dianæ pariter Canephoras ſuas fuiſſe, ex illo Theocriti patet, 2. Idyllio,

Ἦνθ' ἁ τῶ Εὐβούλοιο καναφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ,
Ἄλσος ἐπ' Ἀρτέμιδος.

Id eſt,

Venit & Eubuli nobis, onerata caniſtro,
In nemus hoc Triviæ, virgo præſignis Anaxo.

Sed & Baccho ciſtiferas fuiſſe, & canephoria olim inſtituta, tum Virgil. in 1. Georgic. innuit, quum vannum Iacchi myſticam vocat, tum apertius declarat in Argonaut. Catullus, quum inquit,

Pars obſcura cavis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia quæ fruſtra cupiunt audire profani.

Vide etiam Theocrit. in Lenis, meminit horum Cereris ſacrorum etiam Auguſtinus, l 7. Civitat. Et Apul. l. 6. Metam. copioſius.

Ibid. ἐπιφθέγξασθε γυναῖκες] Matronæ ſequebantur has virgines cum facibus & tædis ardentibus: quia & ipſa Ceres raptam Proſerpinam noctu accenſis facibus quæſierat: ut ex Ovidio & Claudiano patet. Reliqua ſacra per noctem a ſolis fœminis, tam occulta & arcana fiebant, ut proverbio locum fecerint: quo dicebatur, Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια. Vide Ariſtoph in Theſmophor. Suidas has virgines Erichtonio regnante inſtitutas fuiſſe, ex Philochoro probat.

V. 3. χαμαὶ θαασεῖσθε βέβαλοι] A ſacris profani & improbi arcebantur: in quibus illud præcinebatur, ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός, id eſt, *procul o procul impius omnis.* Et Lucian. de Sacrificiis, inquit, καὶ τὸ μὲν πρόγραμμα φησὶ, μὴ παριέναι εἴσω περιῤῥαντηρίων ὅστις μὴ καθαρός ἐστι τὰς χεῖρας. Eſt autem θαασεῖσθε pro θεάσεσθε.

V. 5. Μὴ παῖς, μηδὲ γυνὰ] Repetendum τὸ βέβηλοι ἀπὸ κοινοῦ. Fœminæ certe ac matronæ, ut mundiores ad Eleuſinia ſacra & Theſmophoria accederent, aliquantiſper a maritorum conſuetudine abſtinebant,

Perque novem noctes Venerem, tactuſque viriles,
In vetitis numerabant,

Ovid. 10. Metam. Refert Liv. lib. 31. ab urbe, *duos juvenes Acarnanes, tanquam ob infandum ſcelus, interfectos fuiſſe, quod per dies initiorum, quum initiati non eſſent, imprudentes religionis, cum cætera turba ingreſſi fuerant templum Cereris. Atque hæc cauſa & initium belli fuit inter Philippum Macedonem & Athenienſes.*

Ibid. μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν] Impudicæ mulieris notatio, quæ capillos aut diſpergit, aut fuco meretricio perfundit: quum honeſtæ virgines ac matronæ neutrum faciant. Scribit item Plin. lib. 23. cap. 9. *matronas, in Theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, foliis agni cubitus ſibi ſternere.*

V. 6. Μηδ' ὄχ' ἀφ' ἀναλίων] Sententia hujus loci eſt iſta; μηδ' (ſubaud.) ἀυγαζέσθω τὸν κάλαθον, pro μὴ παραγινέσθω, ὅσα ἂν ἀπὸ σομάτων πτύωμεν, A ſacris Cereris etiam id abſit quod expuimus ore jejuno. id eſt ſaliva, κατὰ περίφρασιν. vult enim omnia immunda & omnes ſordes ab Eleuſiniis ſacris remota eſſe.

Ibid. ἀφ' ἀναλίων] Nam in Cereris ſacris Atticæ mulieres, Ægyptiarum more, a cibis abſtinebant, humique jacebant: Cererem repræſentantes, quæ & ipſa Proſerpinam quærens, ob luctum perditæ filiæ, jejuna & impaſta fuit. Atque hoc jejunium poeta κατὰ συλλογισμὸν per aridas fauces & jejuna ſputa denotavit.

V. 7. Ἕσπερος ἐκ νεφέων] Nam veſpertino tempore Canephoræ deferebant calathum, in curru ad templum Cereris prodeuntes: ipſaque dein ſacra noctu agebantur. Eſt autem ταίνικα pro τηνίκα, id eſt ὅτε.

V. 9. Ἀρπαγίμας κώρας] Pro ἀφηρπασμένης κόρας. De Proſerpina loquitur, quam a Plutone raptam, undique terrarum Ceres quæſiviſſe a poetis traditur. Quod argumenti genus Claudianus tribus libris de Raptu, Ovid. 5. Metam. & 4. Faſt. Diodor. Sicul. lib. 6 cap. 2. Cic. 5. & 6. Verr. perſequuti ſunt.

V. 10. Πότνια, πῶς σε δύναντο] Errores quibus ab uno loco in alium delata fuit Ceres, dum filiam quæreret, percenſet. Φέρεν pro φέρειν, Dorice. Μέλανες iidem, opinor, qui a Latinis Nigritæ appellantur, populi Africæ, finitimi Gætulis & Mauritanis. De hortis Heſperidum in Mauritania lege Plin. l. 5. c. 1. Solin. c. 27. Heſiod. in Theog. De iiſdem lege Virgilium Æneid. l. 4. & Lucianum lib. 9. Qui mythologiis delectantur, non inepte, meo judicio, quæ de hortis Heſperidum poetæ fabulantur, itemque de aureis malis, virginibus & dracone, ad paradiſum referunt, in quo primi parentes Ada & Heva, horti cuſtodes, antiqui draconis fraude decepti, malo aureo arroſo & ſe & totum genus humanum in æternum exitium præcipitarunt. E quo, Chriſti, veri Herculis, beneficio & auxilio denuo erepti ſumus: quandoquidem is draconem antiquum, qui eſt diabolus, conculcavit. hoc eſt, vi & potentia, qua valebat, ſpoliavit. Poſſunt etiam per aurea Heſperidum mala, Punica intelligi, quæ aurei coloris eſſe apparent. Heſperidum mala donare, de eo qui magna & ſplendida largitur: proverb. apud Eraſmum.

Sed

Sed ad Cererem redeo, quam poeta in quærenda filia omnes nationes & terrarum extimas oras perluſtraſſe oſtendit. Quod ipſum Ovid. quoque 5. Metam. ſic teſtatur,

Quas dea per terras & quas erraverit oras,
Dicere longa mora eſt: quærenti defuit orbis.

Et,

Solis ab occaſu, ſolis quærebat ad ortus.

V. 12. Οὐ πίες, ὔτ' ἄρ' ἔδες] Ibidem Ovid.

Feſſa labore ſitim conceperat, oraque nulli
Colluerant fontes.

Et Claudianus lib. 3.

Accingar luſtrare diem: per devia rerum
Indefeſſa ferar: nulla ceſſabitur hora:
Non requies, non ſomnus erit. &c.

V. 13. Ἀχελώϊον ἀργυροδίνην] *Achelous, Græciæ fluvius celeberrimus, qui e Pindo Theſſaliæ monte oriens, Ætoliam ab Acarnania dividit, & duobus alveis per fines Perrabiorum in ſinum Maliacum defluit.* Plin. l. 4. c. 1, Strabo, l. 10. ubi & fabula de Acheloo ab Hercule victo recitatur & exponitur, quæ eadem apud Ovid. 9. Metam. extat. Dicitur autem ἀργυροδίνης a nitido & albo aquarum colore: vel a Galactite lapide, qui in ipſo invenitur. de quo vide Solinum, c. 7.

V. 14. ἀενάων ποταμῶν] Fluvii ἐπιθετικῶς dicuntur ἀέναοι, quaſi perennes, ac perpetuo fluentes. Vide Ariſtot. l. 1. Meteorol. c. 13.

V. 16. Τρὶς δ' ἐπὶ καλλιχόρῳ] Omnium quæ mihi videre licuit exemplarium lectio hunc verſum ita habuit,

Τρὶς δ' ἐπὶ καλλιχόροιο χαμαὶ δὶς καθίσαο φρητί.

quem ego, ut corruptum, ex Pauſania & Nicandro ſic reſtitui ut in contextu hymni legitur. Ita enim Pauſanias in Atticis, apud Eleuſinios Triptolemi ædes eſt, Propylææ Dianæ, & Neptuni patris: puteus, quem Callichorum appellant, ubi primum chorum Eleuſiniorum fœminæ inſtituerunt, & deam cantu veneratæ ſunt. Nicand. in Theriacis,

Ἔνθα καὶ ὑτιδανοῦ περ ἀπεχθέα βρύγματ' ἴασιν
Ἀσκαλάβου· τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις οὕνεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔσλαψεν, ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ· ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις
Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὴν δείδεκτο περίφρων.

Id eſt,

Pone venenoſus ſtridorem ſtellio dirum
Edit, cui fama eſt Cererem nocuiſſe Pelaſgam;
Quum pueri in talem convertit membra figuram,
Callichorum ad puteum: Celei quo tempore conjux
Hoſpitio caula divam Metanira recepit.

Alias καλλίχορος amœnum ſignificat: ut apud Hom. Odyſſ. 11;

Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.

De Enna autem, quæ civitas eſt in umbilico Siciliæ, Cereris nobili templo celebratiſſima (a qua ipſa Ennæa dicitur) conſule Strab. lib. 6.

Geogr. & Ciceronem Actione 6, & 7, in Verrem. Eandem Stephanus a Syracuſiis conditam refert. De eadem Ovid. 4. Faſt.

V. 17. *Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες*] Eſt ἀποδίωξις, qua res triſtes & lacrymoſas a ſolenni Cereris ſacrificio rejicit, proponens ſe de iis dicturum quæ Cereri lætitiam & voluptatem conciliarunt. ut quod fruges, & artem frumentandi ac triturandi invenit: quod leges hominum vitæ ſalutares reperit, quod impios ſui contemptores, qualis Eryſicthon Theſſalus fuit, debita pœna affecit. &c. Dicta autem eſt Ceres Δηὼ, ἀπὸ τοῦ δήειν, id eſt, *ab inveniendo*: quoniam legum & frugum inventrix eſt. vel ἀπὸ τοῦ δαίειν, id eſt, *a ſcindendo*, quia terram aratro ſcindere docuit. Ovid. 6. Metam. Proſerpinam *Deoïda* vocat, quaſi Deus & Cereris filiam.

V. 18. *τέθμια δῶκε*] Ceres a legibus quas condidit, θεσμοφόρος, legifera: & ſacra quæ illi fiunt, θεσμοφόρια dicuntur. Fertur autem prima Ceres leges tuliſſe: quod prima homines a victu ferino & glandibus, ad aliquam vitæ ſocietatem & terræ cultum revocarit. Qua de re vide Ovidium, Faſt. 4, & Metamorph. 5. vide etiam Orpheum in Thymiamate Cereris. vide etiam Virgilium, 1. Georg. & Ciceronem 7. Verr. itemque Iſocratem in Panegyrico: & Plinium l. 7, c. 56.

V. 20. *κὴ ἐν βόας ἧκε*] Pro ἐνῆκε. Non modo ſerendi & metendi rationem hominibus oſtendit Ceres, ſed etiam triturandi, frumentumque e paleis ſecernendi viam docuit. Nam inutilis foret ſatio & meſſis, niſi homines panem ex frumentis conficere edocti eſſent.

V. 21. *Ἀνίκα Τριπτόλεμος*] Triptolemus, Celei regis Eleuſiniorum, & Metaniræ filius, quem Ceres paterni hoſpitii memor, agriculturam docuit: currui impoſitum, qui alatis ſerpentibus trahebatur, per totum orbem dimiſit, ad uſum frumentarium mortalibus indicandum. Vide Ovid. 4. Faſt. Virgil. 1. Georg. Pauſan. in Atticis.

V. 22. *Κάλλιον, ὡς ἵνα καί τις*] Digreditur in hiſtoriam Eryſichthonis, quem horribili fame propter lucum Cereris violatum, extinctum eſſe tradit: ut alii hoc exemplo admoniti & edocti, pietatem colere, & non temnere divos addiſcant. Idem argumentum Ovidius Callimachum imitatus, l. 8. Metamor. elegantiſſimis verſibus pertexuit.

V 24. *Οὔπω τὰν Κνιδίαν*] Deſcriptio eſt nemoris ab Eryſichthone exciſi & violati, ſumpta ab antiquitate, conditoribus Theſſalis, loco ſeu ſitu, & aliis attributis. Oſtendit autem nemoris antiquitatem, ex eo quod conditum ſit antequam Pelaſgi e Theſſalia in Cnidiam commigraſſent. quod factum eſt duce Triopa. Cnidios enim, Theſſalorum colonos fuiſſe, & a Triopa Cnidum eſſe conditum, Pauſanias in Phocaicis teſtatur. Et Stephanus de Dotio (cujus hic fit mentio) hæc ſcribit, *Δώτιον, πόλις Θεσσαλίας. ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι.* Veriſimile eſt igitur Triopam aliquandiu tenuiſſe Cnidum, & poſtea reverſum eſſe in Theſſaliam: quo tempore Eryſichthon iſtum lucum ſuccidit.

Ibid. *τὰν Κνιδίαν*] Cnidi meminit Strabo l. 4, Geogr. Eſt autem urbs inſignis in extremo cornu peninſulæ, Cariæ adhærentis, ſacra Veneri: ut patet ex Horatio, Ode 30, l. 1, Carm. Vide Melam l. 1, c. 16.

Ibid.

Ibid. Δώτιον] Campi Dotii mentionem facit Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 9.

V. 25. Πελασγοὶ] Theſſaliam fuiſſe etiam Argos Pelaſgicum dictam, docent Strabo & Plinius.

V. 26. Δένδρεσιν ἀμφιλαφὲς] Alia commendatio nemoris a partibus, & adjunctis: videlicet denſitate & varietate arborum, flumine permeante, deaque Cerere, cui hoc nemus conſecratum erat. Cæterum hunc locum, præter Ovidium etiam Lucanus lib. 3. imitatus eſt: ubi lucum Teutatis in Gallia a Cæſare violatum refert, & arbores ex illo cæſas, ad claſſem contra Maſſilienſes conficiendam tradit. Ejus luci deſcriptionem ibi vide.

V. 28. ἀλέκτρινον ὕδωρ] De lacu Bœbeide, cujus & Pindarus 3. Pyth. meminit. Strabo prope campum Dotium defluere in 9. Geogr. refert.

V. 29. ἐξ ἀμαρῶν] Verſus quem ex Homero citavit interpres, l. 21, Iliad. ſic extat integer,

Χερσὶ μάκελλαν ἔχων, ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα βάλλων.

V. 30. Ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπᾳ θ' ὅσον] Eleuſis Atticæ civitas, in qua ſacra Cereris Theſmophoria quotannis peragebantur: de quibus Pauſanias in prioribus Eliacis hæc refert, *Multa ſane habet Græcia quæ vel ſpectentur vel audiantur cum admiratione. ſed omnium accuratiſſime, divinitus religione imbutis animis, Eleuſinia initia & Olympici ludi celebrantur.* Ab Eleuſine ſacra Cereris Eleuſinia, & ipſa mater Eleuſina a Virgilio dicta eſt. Plura de Eleuſine Strabo l. 9. Plin. l. 4. c. 7. Triopion vero, Cariæ civitas, a Triopa patre Eryſichthonis dicta, autore Stephano. Herodot. in Clio Triopium Cnidiorum in Caria regionem facit. Idem in Melpomene promontorium appellat Triopium. Theocriti ſcholiaſtes Τριόπιον Cnidi promontorium eſſe, in 17, Idyll. annotavit, a Triope, rege Co, denominatum.

V. 31. Ἀλλ' ὅκα Τριοπίδαισιν] Impietatis Eryſichthoniæ cauſa fuit malus hominis genius, & ira dei. Nam deo offenſo & irato homines ſibiipſis relicti, atrociſſimis ſe contaminant peccatis, quibus interitum ſibi ſponte ſua accerſunt.

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,
Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν. ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων.

Pindarus 3 εἴδει Pythiorum de Coronide ait,

δαίμων δ' ἕτερος
Ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμάσσατό νιν.

Id eſt,

Malus genius
Ad perniciem impellens, evertit eam.

Triopides autem & Triopejus dicitur Eryſichthon a Triopa patre rege Theſſaliæ.

V. 32. ἁ χείρων Ἐρυσίχθονος] Per hypallagen iſta dicuntur, pro Ἐρυσίχθων χείρονος βωλῆς ἥψατο: ut qui

—— numina divum
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.

V. 37. Ἧς δέ τις ἄιγειρος] Verſus hos Ovidius ſic tranſtulit,

Stabat in his ingens annoſo robore quercus,
Una nemus: vittæ mediam memoreſque tabellæ
Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.
Sæpe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas. &c.

V. 42. Αὐτίκα Νικίππῃ] Hunc locum Virgil. 7, Æneid. ſic expreſſit, paulo tamen liberius,

—— in vultus ſeſe transformat aniles,
Et frontem obſcœnam rugis arat, induit albos
Cum vitta crines: tum ramum innectit olivæ.
Fit Chalybe Junonis anus, templique ſacerdos.

Ovid. Metamorph. 3,

—— ſimulavit anum, poſuitque ad tempora canos,
Sulcavitque cutem rugis, & curva trementi
Membra tulit greſſu: vocem quoque fecit anilem:
Ipſaque erat Beroe, Semeles Epidauria nutrix.

V. 43. ϛέφεα δὲ χερὶ] Ab habitu ſacro, quo Cereris Meliſſæ utebantur. Gerebant enim ſpiceas coronas (quas hic ϛέμματα vocat) & papavera: quæ Cereri ſacra erant, vel propter ſeminum feracitatem, vel quod Ceres papaverum beneficio ſomnum recuperaſſet, quem ob filiæ luctum pene omnem amiſerat. Theocritus in fine Thalyſiorum,

—— ἁ δὲ γελάσσαι,
Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα.

Interpres ibidem, τὴν Δήμητραν φησὶ μὴ μόνον ἀϛάχυς, ἀλλὰ καὶ μήκωνας ἔχειν. Cæterum clavis ab humero ſuſpenſa, ſilentii fuit ſignum, quod quum ſacra Cereris arcana eſſent, ea eliminare & divulgare non liceret, id quod Sophocl. in Oedipo Colon. innuere videtur: inquiens,

Οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθη-
νοῦνται τέλη θνατοῖσιν
Ὧν καὶ χρυσέα κλῇς ἐπὶ γλώσσᾳ
Βέβακεν προσπόλων Ευμολπιδᾶν.

Id eſt,

Ubi antiſtites venerandæ Cereris
Fovent myſteria mortalibus:
Quarum & aurea clavis in lingua
Conſtitit, ſacerdotum Eumolpidarum.

Hinc Apulejus l. 6. Metam. *Et cætera* (inquit) *quæ ſilentio tegit Eleuſis, Atticæ ſacrarium.* &c. Juſtinus l. 5, Alcibiadem *Athenis inſimulatum* ſcribit, quod *myſteria Cereris, initiorum ſacra, nullo magis quam ſilentio ſolemnia, enuntiarit.* Cui & Plutarchus in vita ejuſdem conſentit. Ariſtophanes quoque in Nubib. ἄῤῥητα ἱερὰ, Cereris ſacra dixit. Nam (ut Tertullianus tradit) *myſteriis omnibus ſilentii fides adhibetur.* Papaver autem, quod inter cætera Cereris myſteria ferebatur, ſignum erat fertilitatis, ut diximus.

V. 46.

V. 46. Τέκνον, ὅτις] Ovidius nymphæ dryadis ſonum ex arbore convulſa auditum eſſe fingit, quæ Eryſichthonem ab impio cœpto dehortata ſit. ὅτις pro ὅςις, & ὅςις pro ὅτι.

V. 50. χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν] Venuſta comparatione vultus Gorgonei atrocitatem depingit, quæ a ſævientis leænæ truci aſpectu, quo venatorem intuetur, deſumpta eſt: quam Plinius l. 8. c. 16, his verbis deſcribit, *Quum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expaveſcat.* &c. Hectoris vultum σκυθρωπὸν ἢ γοργώπιδα, Homerus alibi ſic repræſentat,

> Ἀφλοισμὸς δὲ περὶ ϛόμα γίνετο. τὼ δέ οἱ ὄσσε
> Λαμπέσθην βλοσυρῇσιν ὑπ' ὀφρύσι.

Cæterum Tmarus, qui & Tomarus dicitur, mons eſt Theſprotiæ: de quo Strabo in fine 7. Eundem in Dodone collocat Plin. l. 4, c. 2.

V. 54. ᾧ ἔνι δαῖτας] Qui Eryſichthonem res ſuas per luxuriam & gulam profudiſſe, & poſtea ad mendicitatem redactum, per ſordes victum quæſiviſſe tradunt, non male ſentiunt. Nam & voracem helluonem fuiſſe hinc conſtat, & rebus omnibus abſumptis, vicos & compita peragraſſe, infra dicetur. Eſt enim hæc quaſi merces lurconum & comedonum, ut rebus maternis atque paternis fortiter abſumptis, ſcurræ vagi habeantur, nec certum præſepe teneant: ut Horatianus ille Mænius ſuo exemplo declarat.

V. 57. γείνατο δ' ἁ θεῶς] Virgilius hunc locum 7, Æneid. imitatus eſt: cujus verba cum his conferantur. ἁ θεῶς, pro ἡ θεὸς, per συναίρεσιν; ſicut infra τὰν θεῶν pro τὴν θεόν.

V. 59. Οἱ μὲν ἄρ' ἡμιθνῆτες] De calonibus & ſervis Cæſaris Lucanus l. 3, hæc,

> *Sed fortes tremuere manus: motique verenda*
> *Majeſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,*
> *In ſua credebant redituras membra ſecures.*
> Ἀργαλέος γάρ τ' ἐςὶ θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι,

etiam Homero teſte.

V. 61. ἀναγκαίᾳ γὰρ ἵκοντο] Fatalem neceſſitatem nemo effugere aut declinare poteſt. Vere enim Sophocles in Antigone dixit,

> Οὐκ ἔςι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή.

Id eſt,

> *Fatale nemo devitare poteſt malum.*

Eſt enim (ut vulgo dicitur) ingens telum neceſſitas. & ſcite Homerus Neceſſitatis clavum adamantinum dixit. Elegans quoque apud Herodotum l. 8, Andriorum jocus eſt: a quibus quum Themiſtocles pecuniam poſtulaſſet, & negantibus Andriis dixiſſet: duobus Athenienſes numinibus fretos eſſe, Suadela & Neceſſitate: reſponderunt ipſi, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήςους οὐκ ἐκλιπεῖν σφίων τὴν νῆσον, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρέειν, Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην· καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους, οὐ δώσειν χρήματα. Id eſt, *Duos quoque Andriis deos eſſe, quanquam inutiles, qui nunquam terra eorum excedant, ſed ſemper inhabitent, Inopiam & Impoſſibilitatem: quibus numinibus obnoxios Andrios pecuniam non daturos.*

V. 63. Ναὶ ναὶ, τεύχεο δῶμα] Sarcaſmus, quo Eryſichthoni inſultat, comminationem κατὰ τὸ βίαιον in eum retorquens: ſicut Alecto apud Virgilium ;.

En ego victa ſitu: quam veri effœta ſenectus
Arma inter regum falſa formidine ludit.

V. 66. ἄγελον ἔμβαλε λιμὸν] Impietatem famis & penuriæ cauſam eſſe recte ſentit Callimachus: id quod ſacrarum literarum teſtimoniis, & prophetarum comminationibus notius eſt quam ut multis confirmari verbis oporteat: unde etiam Heſiodus,

Τοῖσι δὲ οὐρανόθεν μέγ᾽ ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων,
Λοιμὸν ὁμοῦ καὶ λιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.

Quod Phigalenſium exemplo Pauſanias in Arcadicis demonſtrat: quos fame & agrorum ſterilitate punitos fuiſſe oſtendit, quod ſtatas cæremonias & conſueta Cereris ſacra neglexiſſent. Eſt autem omnium miſerrima mors, inedia confici, & fame contabeſcere: quemadmodum Homerici hi verſiculi indicant,

Πάντες μὲν θάνατοι στυγεροὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ᾽ οἴκτιστον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Id eſt,

Omnes ſunt mortes miſeris mortalibus ægra,
At periiſſe fame fatali, ægerrima mors eſt.

V. 68. Σχέτλιος ὅσσα πάσαιτο] Famem & βουλιμίαν Eryſichthonis, Callimachum imitatus Ovidius, elegantiſſimis verſibus expreſſit: quos integros, quum ſint commentarii vice, huc apponere libuit:

Lenis adhuc ſomnus placidis Eryſichthona pennis
Mulcebat, petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat,
Exercetque cibo deluſum guttur inani:
Proque epulis tenues nequicquam devorat auras.
Ut vero eſt expulſa quies, furit ardor edendi,
Perque avidas fauces immenſaque viſcera regnat,
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer,
Poſcit: & appoſitis queritur jejunia menſis,
Inque epulis epulas quærit: quodque urbibus eſſe,
Quodque ſatis populo poterat, non ſufficit uni.
Pluſque cupit quo plura ſuam demittit in alvum.
Utque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinoſque ebibit amnes:
Utque rapax ignis non unquam alimenta recuſat,
Innumeraſque faces cremat: & quo copia major
Eſt data, plura petit, turbaque voracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes Eryſichthonis ora profani
Accipiunt poſcuntque ſimul: cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt, ſemperque locus fit inanis edendo.

V. 70. Τόσσα Διώνυσον] Non fame tantum, ſed ſiti etiam Eryſichthonem preſſum eſſe inquit. Nam eundem Baccho inviſum eſſe tradit,

quem

quem Ceres odit. Qua de cauſa communia ſacra Baccho & Cereri apud Eleuſinios peracta eſſe, nonnulli tradunt.

V. 72. *Οὔτί μιν ἐς ἐράνας*] Parentes Eryſichthonis de filii famelici gula inexplebili & inſaturabili inedia conſcii, eum domi retinuerunt, neque ad publicos congreſſus admiſerunt: ſed ab omnibus conviviis, nuptiis, ludis, & ubicumque honeſti juvenes conveniebant, prudenter removerunt. Sunt enim turpes liberi parentibus opprobrio, & honeſtam alioqui majorum ſuorum exiſtimationem, infamem reddunt.

V. 74. *Ἦλθον Ἰτωνιάδος*] Iton, Theſſaliæ civitas, a qua Itonia Minerva, cujus in ea templum fuit, ut Strabo l. 9. tradit. Pauſanias templum Itoniæ Palladis inter Pheras & Lariſſam collocat, in Att. Vide Gyrald.

V. 75. *Ὀρμενίδαν*] Patronymicum, quaſi Ormenii filii. Phœnix apud Homerum,

Οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Φεύγων νείκεα πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο,

Id eſt,

Qualis eram Grajis primo digreſſus ab oris,
Quum fugerem Ormenidæ genitoris Amyntoris iram.

Fuit & Cteſius Ormenides pater Eumæi: de quo Odyſſ. 15. At de Polyxo Tlepolemi conjuge vide Pauſaniam in Lacon. Eam tamen ab hac diverſam eſſe cenſeo. Aſterionem quendam inter Argonautas recitat Orpheus,

Ἤλυθε δ' Ἀκτορίων Ἴλου παῖς Ἀκτορίωνος,
Τρηχεῖαν Ὀπόεντα λιπών.

Id eſt,

Venit & Actorion Ilo ſatus Actorione,
Saxoſum linquens Opoenta.

ſive idem cum hoc Actorione, ſive alius is fuerit. Alios duos Actoriones cognomento Moliones, Neptuni filios apud Homerum Neſtor lib. 11. Iliad. nominat.

V. 76. *Οὐκ ἔνδοι*] Matri, tanquam verſutæ mulieri, merito has fallendi & diſſimulandi partes attribuit.

Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας,

ut ait Eurip.

Ibid. *Κραννῶνα βέβηκεν*] Crannon (quæ & Cranon a Stephano dicitur) civitas Theſſaliæ, ad quam Athenienſes victi ſunt a Cratero. Vide Strabonem l. 9. Geogr.

V. 82. *Πίνδον αἰ' ἐνάγκειαν*] De Pindo & Othry montibus Theſſaliæ, lege Strabonem ibidem, & Plin. lib. 4. cap. 7.

V. 89. *τὰ δ' ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσης*] Similitudinibus famem Eryſichthonis amplificat: quas Ovidius imitatione expreſſit, ut ex ſupra adductis verſibus patuit.

V. 94. *Κλαῖε μὲν ἁ μάτηρ*] Omnes domeſtici miſeriam filii herilis deplorarunt, & afflicto Eryſichthoni condoluerunt,

— *οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ* (ut inquit Euripides)
Βροτοῖς ἅπασι. κἂν θυραῖος ὢν κυρῇ.

Et chorus apud Æſchylum, Prometheum ſic conſolatur,

> τίς ὧδε τλησικάρδιος θεῶν, ὅτῳ
> Τάδ' ἐπιχαρῆ; τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς
> Τεοῖσι;

Id eſt,

> *Quis tam duri ſit cordis inter deos etiam,*
> *Qui his delectetur? quis non potius condoleat malis*
> *Tuis?*

V. 98. Ψευδοπάτωρ, ἰδὲ τόν δε] Precatio eſt deſperabundi patris, ac nimio dolore ſuperati, tandemque fortunæ adverſæ ſuccumbentis: qua quidem humani ingenii imbecillitas delineatur. Solent enim perverſi homines plerunque infortunii ſui cauſam in deos rejicere, eoſque injuſtitiæ accuſare, quando rebus adverſis premuntur: ſicut Lucanus, dum cauſam armorum civilium inquirit, impie canit quod

> *pacem excuſſerit orbi*
> *Invida fatorum ſeries.*

Nec magis pie illud ab eodem dicitur,

> *—— ſervat multos fortuna nocentes,*
> *Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.*

Quanto rectius Theocritus,

> Οὐκ ἐπιμωμητόν· μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο.

Id eſt,

> *Nemo reprendat magnorum facta deorum.*

Quid ergo faciendum?

> Χρὴ τολμᾷν χαλεποῖσιν ἐν ἄλγεσι κείμενον ἄνδρα·
> Πρός τε θεῶν αἰτεῖν ἔκλυσιν ἀθανάτων.

V. 99. Σεῦ τε καὶ Αἰολίδος] Triopæ parentes fuerunt Neptunus & Canace Æoli filia: cujus inter Heroidum epiſtolas apud Ovidium, una ad fratrem Macarium extat.

V. 102 Βλητὸν ὑπ' Ἀπόλλωνος] Id eſt, Quamprimum hanc vivendi lucem & hoc ſolis jubar aſpexit. Eſt enim Apollo nihil aliud quam ſol, & jacula Apollinis, ejuſdem radii, quos in homines ſpargit & projicit.

V. 106. Χῆραι μὲν μάνδραι] Egregia famis pictura. Oſtendit enim, omnibus eſculentis & poculentis abſumptis, etiam bellicum equum, & felem domeſticum (a quibus rebus homines plane abhorrent) devoraſſe. Quid enim homines in cibum & eſcam non convertunt, priuſquam fame emoriantur? Famelici Xerxis milites arborum ſtrictis frondibus, vaccarum more veſcebantur, ut demonſtrat Herodot. lib. 8. in Urania. Æolum & Perſarum in urbe Seſto, quum ab Athenienſibus obſiderentur, ea fames fuit, ut funibus lectorum elixis pro cibo uterentur: ut idem in Calliope tradit. Quin & Potidæenſium, in obſidione urbis, tam inſignem fuiſſe famem, ut ne a carnibus quidem humanis abſtinerent, Thucydides memoriæ prodidit. Qui famem Hieroſolymitanam a Joſepho deſcriptam perleget, is loci hujus luculentum habebit commentarium.

V. 111. Μέσφ' ὅτε μὲν] Fames Eryſichthonis tantiſper a domeſticis

ſublevata & ſuppreſſa fuit, uſque dum omnibus rebus abſumptis, nihil fuit reliquum: & ipſe inopia coactus, aliunde victum quærere & mendicare neceſſe habuit. Decet enim ut parentes liberorum, & liberi parentum ſeu miſerias ſeu vitia domi ſupprimant, & quantum in ipſis eſt, emendent: nec (ut alias fit) odioſe apud quoſvis traducant, aut eliminent.

V. 115. Αἰτίζων ἀκόλως] Ovidius addit, Eryſichthonem, quum nihil ei reſtaret amplius, filiam ſuam Metram proſtituiſſe, quæ varias induendo figuras eluſerit amantes,

Præbueritque avido non juſta alimenta parenti.

V. 116. Δαμάτερ, μὴ τῆνος] Epiphonema poetæ ad Cererem, quo impios conſodales & profanos amicos averſo vultu deteſtatur: quoniam communi malorum odio ſæpe innocentes cum nocentibus pœnas pendunt: unde graviſſime a Phocylide præceptum eſt,

Ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτρεπέεσθαι ἀνάγκη.
Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.

Id eſt,

Averſare malos: quoniam diſcrimine nullo
Sæpe luit pœnam bonus & ſceleratus eandem.

De clade Lacereæ ſic ſcribit inter alia Pindarus, Hymno 3, Pyth.

καὶ γειτόνων πολλοὶ ἐπαύρων.

Vide proverb.

Malum vicinum, propter vicinum.

Pertinent huc etiam illa apud Horatium libro Carminum 3, Ode 2.

Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces. vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcana, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat faſelum.

V. 118. Εἴπατε παρθενικαὶ] Apoſtrophe ad Θεσμοφοριαζούσας: quibus hymnum & precationis formam modumque præſcribit. Apud Ariſtophanem ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, eadem ratione præco introducitur. cujus vocem matronæ ſequuntur.

Χρὴ γὰρ τὰ ἐοικότα πὰρ δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρεσί.

ut ait Pindarus.

V. 120. Χ' ὡς αἱ τὸν κάλαθον] Sic legendum eſſe, non χ' ὥσαι, ut vulgatæ habent editiones, Cynthius me meus, Cruſius, admonuit, qui totum hunc locum diſtinguendo clariorem, ut & multos alios, mihi fecit: quum prius Delio natatore indigerem qui ſententiam aperiret. Utitur enim Callimachus hic comparatione, qua preces & vota matronarum cum ipſis cæremoniis & ritibus confert. Neque enim inania fuerunt ſpectacula, ejusmodi ritus, ſed maximarum rerum ſymbola & myſteria. Nam albi equi, quibus Canephoræ in curru ad templum vehebantur, felicitatem & lætitiam deſignabant: quia candidus color læti ominis erat, ut niger, mali & triſtis. unde Ovid. Faſt. lib. 4.

Alba

Alba decent Cererem: veſtes cerealibus albas
Sumite, nunc atri velleris uſus abeſt.

Iidem quatuor erant, quatuor anni partes deſignantes: quibus omnibus & ſingulis Cereris alimento mortales indigent. Calathus vero floribus & ſpicis refertus, anni fœcundi & fertilis erat indicium. Diſcalciatæ vero apertiſque ſeu nudis incedebant capitibus, ut hoc ritu monerent, homines beneficio Cereris, & pedes & caput, etiam ſine tegumentis, ſalva habere, potiuſque amictu quam victu carere poſſe. Poſtremo ciſtæ auro refertæ opulentiam ſignificabant, quæ ex Cerere & agricultura, tanquam optimo fœnore, ad mortales, præſertim ad agricolas, redit. Eſt igitur comparatio hæc omnino τρίκωλος, hoc eſt, trium membrorum, in quibus ſemper prius ὡς eſt πρωταχτικόν: poſterius vero ὧς pro οὕτως, eſt ἀποδοτικόν.

V. 129. Μέσφα τὰ τᾶς] Præceptum fert, quo admonet mulieres, quibus ætatum diſcriminibus ad ſacra Cereris frequentanda convenire eas oporteat. Erant enim aliæ initiatæ, aliæ non item: aliæ minorennes, aliæ natu grandiores & inceſſu tardiores: aliæ denique gravidæ, & fœtibus quos in utero gerebant oneratæ: ita ut longius cum expeditis virginibus & matronis progredi non poſſent. Vult ergo ut mulieres non initiatæ ad Prytaneum duntaxat calathum comitentur: initiatæ vero, ſeu Canephoræ, ad ipſam Cereris aram & effigiem accedant. Quæ vero vel ætatis vitio, vel uteri pondere impediantur & retardentur, eo uſque procedant, quo pedibus ſuis deferri poſſint. Cæterum initiabantur virgines & matronæ quæ incorruptam pudicitiam ſervare decreviſſent. Sicut meminit horum rituum Theocriti ſcholiaſtes: νόμος, inquiens, ἦν, Ἀθηναίοις κατ' ἔτος τελεῖν Θεσμοφόρια ταῦτα. παρθένοι γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναὶ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς, τὰς νομίμους βίβλους καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀντιτίθεισαι, καὶ ὡσανεὶ λιτανεύουσαι ἀπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. Id eſt, *Lex erat ut Athenienſes quotannis Theſmophoria hæc celebrarent. Virgines mulieres, quæ vita erant integra, ſolenni feſtivitatis die, ſacros & legitimos libros capitibus ſuis imponebant, & tanquam ſupplicantes Eleuſinem contendebant.*

V. 134. Χαῖρε θεὰ, καὶ τάδε] Epilogus hymni precatione conſtans, qua Cererem invocat poeta, ut Athenas in pace & felicitate tranquilla gubernet, omniumque rerum ubertatem & copiæ cornu ſubminiſtret, Hom. in hymno Cereris,

Χαῖρε θεὰ, καὶ τήνδε σάω πόλιν ἄρχε δ' ἀοιδῆς.

Id eſt,

Salve diva potens, hymnoſque urbemque tuere.

V. 137. ἵν' ὃς ἄροσε, κεῖνος ἀμάσῃ] Nam belli tempore ejectis colonis, qui terram ararunt, & ſementem fecerunt, milites tanquam fuci ſata demetunt, & aliorum laboribus perfruuntur. Unde voces audiuntur,

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? &c.

Orpheus item in Cereris thymiamate orat,

Ἐλθὲ

Ἐλθὲ μάκαρ, ἁγνὴ, καρποῖς βρίθουσα θερείοις,
Εἰρήνην κατάγουσα, καὶ ἐυνομίην ἐρατεινήν·
Καὶ πλοῦτον πολύολβον, ὁμοῦ δ' ὑγίειαν ἄνασσαν.

Id eſt,

Huc ades o frugum meſſiſque uberrima mater,
Et pacem largire tuis, legeſque ſacratas:
Divitiaſque & opes, vitamque inere ſalubrem.

Ovid. 4. Faſt.

Pace Ceres læta eſt: & vos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificumque ducem.

Plura qui voles, Ariſtophanem in Pace legas.

HENRI-

HENRICI STEPHANI
EPIGRAMMATA
DE
CALLIMACHO,
& ad Callimachum, ſuper his Naſonis verſibus,

Battiades toto ſemper cantabitur orbe.
Quanvis ingenio non valet, arte valet.

I.

Non ſatis ingenio Naſone es judice promptus,
Summo inter vates qui fuit ingenio.
Quid nobis de te eſt aut de Naſone putandum?
Judicium deeſt huic, ingeniumne tibi?

II.

Callimache, ingenio te Naſo valere negavit,
Sivit & a ſera id poſteritate legi.
Carmina non equidem tua legerat omnia Naſo,
Legerat hæc oculo vel properante nimis.

III

Naſonis verax eſt ſi cenſura poetæ,
Haud tua Muſa viget dotibus ingenii.
Naſo nimis rigidus nobis an cenſor habendus?
Ingenium & vulgus quod vocat, eſſe negat?

IV.

Naſo tuæ ingenii non ſat putat eſſe Camœnæ,
Et tanquam haud dubitans hoc canit ille palam.
Te Naſo tunc eſt ex ſe metitus, opinor,
Neſcius ingenii plus ſatis eſſe ſibi.

V.

Naſonem, ingenio quum te præſtare negaret,
Ex ſe metiri te voluiſſe puto.
Menſuram ingenium ſed quod ſuperaverat omnem,
Menſuræ quiſnam vellet habere loco?

VI.

Battiade, arte quidem te Naſo valere fatetur,
Ingenio ſed te Naſo valere negat.
Ah, quam Naſo tuæ laudem non invidet arti,
Ingenio cur hanc invidet ille tuo?
Anne, quod ingenii eſt, hoc arti adſcribere mavult?
Datque arti laudem quam rapit ingenio?
Imo cuncta artis tanto ſplendore niteſcunt,
Ingenii lucem ſplendor ut ille tegat.

RICHAR-

RICHARDI BENTLEII

ANIMADVERSIONES

IN

NONNULLA HYMNORUM

CALLIMACHI

LOCA.

ANIMADVERSIONES IN HYMNUM IN JOVEM.

V. 3. Πηλογόνων ἐλατῆρα.] Ita habent omnes editiones; Πηλογόνων; tanquam a recto Πηλόγονοι. Sed apud Etymologici M. Auctorem, Πηλαγόνων ſcriptum eſt, cum α in ſyllaba ſecunda; a recto Πηλαγὼν, Πηλαγόνες. Πηλαγόνες, οἱ γίγαντες. Καλλίμαχος, Πηλαγόνων ἐλατῆρα. Et ea quidem vera lectio eſt, & Callimacho reſtituenda. Heſychius: Πηλαγόνες, γέροντες παλαιοὶ, γηγενεῖς. ubi fallor, aut pro γέροντες reponendum eſt γίγαντες. Suidas: Πηλαγονία, μοῖρα Μακεδονίας, τὸ ἐθνικοὶ Πηλαγὼν, καὶ ὄνομα γίγαντος. Stephanus Byz. Πηλαγονία, μοῖρα Μακεδονίας, οἱ οἰκήτορες Πηλαγόνες. Livio & Plinio *Pelagonia*; Straboni, Æliano & Ptolemæo Πελαγονία, per ε.

V. 13. Οὐδέ τέ μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης
Ἑρπετὸν οὐδὲ γυνὴ ἐπινίσσεται] Loco ἐπινίσσεται, quod vocabulum nuſquam alibi legiſſe memini, editiones Aldi & Frobenii habent; ἐπιμίσγεται; & agnoſcit etiam Græcus Scholiaſtes. Quare hoc ſuo jure huc revocari, & illud alterum loco cedere, oportet: Homerus Od. 3. v. 204.

Οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Ἔσχατοι, οὐδέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος:

ſic alii poetæ paſſim. Ipſe Callimachus H. in Dianam v. 20.

Οὔρεσιν οἰκήσω, πόλεσιν δ' ἐπιμίξομαι ἀνδρῶν.

& H. in Delum v. 39.

Τόφρα μὲν οὔπω σοι χρυσέη ἐπεμίσγετο Λητώ.

Recte etiam fecerit, meo judicio; qui pro Οὐδέ τι μιν, legerit οὐδέ τι μὲν, vel οὐδέ τι οἱ. Dativo enim jungitur ἐπιμίσγομαι; accuſativo nunquam, niſi interveniente præpoſitione.

V. 66. *Οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλαι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν;*
Σή τε Βίη, τό τε Κάρτος.

Recte a viris doctis obſervatum eſt, Βίην & Κάρτος eſſe nomina duorum Jovis ſatellitum. Unde nihil manifeſtius eſt (quamquam & per ſe ſit ſatis manifeſtum) quam quod hæc ſit vera lectio, Ἥτε Βίη τό τε Κάρτος. Noſter, H. in Apollinem v. 33.

Χρύσεα τὠπόλλωνι τό τ' ἐνδυτὸν, ἥ τ' ἐπιπορπὶς;
Ἥτε λύρη, τό τ' ἄεμμα.

V. 80. ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων

Θειότερον· τῷ καί σφι τεὴν ἐκρίναο λῆξιν] Lege σφε, non σφι·: non, *illis decrevisti*, verum *illos delegiſti*.

V. 87. Εσπέριος κεῖνός γε τελεῖ, τά κεν ἦρι νοήσῃ] Nullus dubito, quin Callimachus ſcripſerit ἠοῖ νώσῃ; ut ex conjectura emendavit Tan. Faber. Nam eodem vocabulo & aliis in locis uſus eſt, teſte Suida: Νωσάμενος, γνοὺς, παρὰ Καλλιμάχῳ. Heſychius: Ενώσατο, διενοήθη. Idem: Νωσάμενος, κατανοήσας. Νώσασθαι, αἰσθέσθαι, ἐνθυμηθῆναι, νοῆσαι. Etym. M. Νώσατο δ' Ὀρφεὺς ἀντὶ τοῦ ἐπέγνω, ἀπὸ τοῦ νόσατο, κατὰ κρᾶσιν τοῦ ο καὶ η εἰς ω, ὡς ὀγδοήκοντα, ὀγδώκοντα. Neque vero νώσασθαι duntaxat voce media uſurpatum, verum etiam νῶσαι. Idem Suidas. Νῶσαι, εἰς νοῦν λαβεῖν. Herodotus Clio p. 27. ὁ δὲ ἐννώσας τὰ λεγόμενα. Ibid. p. 36. μεταγνόντα δὲ καὶ ἐννώσαντα ὅτι &c. Idem Thalia p. 163. Τὸ δὲ ὀλίγοι τῶν ἐς Αἴγυπτον ναυτιλλομένων ἐννενώκασι, τοῦτο ἔρχομαι φράσων. Ad hanc formam βῶσαι pro βοῆσαι, pro βοηθεῖν, βωθεῖν reperies, apud Heſychium & alios. Qui vulgatam lectionem defendere malunt; aut συνίζησιν faciunt in verbo νοήσῃ, aut diphthongum in ἠοῖ corripiunt. At enimvero quorſum eſt opus iſta συνιζήσει, cum in uſu communi fuerit τὸ νώσῃ? An etiam & ὀγδοήκοντα per ſynizeſin in Hexametro pati poſſint; an & δυώδεκα pro dactylo; etiamſi ὀγδώκοντα & δώδεκα haud minus legitima vocabula præſto ſint ad manum? Jam vero qui οι vel αι diphthongos corripi poſſe omnino volunt ſequente conſonante; ſi hoc nobis perſuadere poterint, per me quidem & lunam de cœlo ſe deducturos promittant. Cum autem in hoc grege ſint ſumma doctrina & authoritate viri Iſaacus Caſaubonus & Cl. Salmaſius, hic ad Aram Doſiadæ p. 242, ille in Lectionibus Theocriteis cap. XVIII. operæ pretium fuerit, loca omnia, quæ proferunt, coram huc adducere & examinare; nam quantum ego augurari queo, aut fidei incertæ erunt & perditæ, aut manifeſti mendi convincentur. Principio, αι breve eſſe contendunt in hoc Trochaïco Doſiadæ.

I. Παμάτων φείδονται Πανὸς οὐ στροβίλῳ λιγυροί.

Atqui, ipſo judicante Salmaſio, in MSto Codice eſt φείδοντο, quæ veriſſima lectio eſt.

II. Theocritus Idyll. 17.

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, θεοὶ νέποδες γεγαῶτες.

Verum ibi legendum, ἑοὶ νέποδες, *ſui nepotes*, nempe Herculis: ut pridem emendavit D. Heinſius.

III. Homer. Il. I. v. 414.

Εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Ita quidem editiones, quæ nunc extant: ſed vix dubito, quin Homerus ſcripſerit, ἵκωμαι ἐμὴν. ut alibi dixit Od. Z.

Οἶκον ἐϋκτίμενον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

IV. Hom. Il. I. v. 395.

Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

At vero hic expungendum eſſe τὸ δ', cœcus eſt qui non videt.

V. Hom. Od. E. v. 13.

Πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν ὑδρεύονται πολῖται.

Verum & hic emendandum. ὑδρεύοντο. ut Od. Φ.

Τυκτὴν καλλιρόον, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.

vel leg. ὑδρεύουσι ut Od. K.

Κούρῃ δὲ ξύμβληντο πρὸ ἄστεος ὑδρευούσῃ.

VI. Empedocles:

Τῇ δὲ διαλλάσσονται διαμπερὲς, οὐδ᾽ ἅμα λέγει.

Qui verſus non ſimplici ſed gemino mendo laborat: legendum enim,

Τῇ δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει.

Extat apud Simplicium in Ariſtotelis Phyſica.

VII. Aratus Φαινομ. v. 573.

Ἥμισυ μέν κεν ἴδηαι μετήορον, ἥμισυ δ᾽ ἤδη.

ubi reponendum ἴδοιο. Poteris etiam legere ἴδηαι ἀπήορον. Heſychius: Ἀπήορα, μετέωρα, ὑψηλά; ut alibi, Μετήορα, μετεώρα, ſed magis arridet τὸ ἴδοιο μετ. & profecto certiſſima lectio eſt.

VIII. Εὐφορίων·

Ὡς πυρὶ καρφόμενον ψαφαρῇ ἐνδάλλεται τέφρῃ.

Hic quoque ſubſtituendum, ἐνδάλλετο. Totum locum hic ſubjiciam; quia mendoſe habetur apud Arati Scholiaſtem.

Ἢ μὲν πάνθ᾽ ὅσα πυ φύει ἐνδείελος αἶα,

Ἢ φύλλον γ᾽ ἢ ποίη, ἢ ὅπλ᾽ ἐχελάμψατο λύθρον,

Ὡς πυρὶ καρφόμενα ψαφαρῇ ἐνδάλλετο τέφρῃ.

IX. Antipater, Epigrammate in Nioben: Anthol. lib. 4. c. 9.

Οὐδ᾽ ἐφ᾽ ἑνὶ τλάμων λείπεται γηροκόμος.

Scribe λείπετο; quod ex ſequentibus patet, παῖδες ἄγοντο τάφους. Λείπετο itaque ut ἄγοντο.

X. Orpheus ſuffimine Curetum:

Ἡνίκ᾽ ἂν ὀρμαίνονται χολούμενοι ἀνθρώποισιν.

Lege ὀρμαίνητε: nam ſententia flagitat ut perſona ſecunda ponatur, viſe modo locum. Quid quod ὀρμαίνομαι recte dici non poteſt, cum ὀρμαίνειν ſit verbum Neutrum.

XI. Idem, Μοιρῶν ſuffimine:

Ἀλλά μοι νυκτέριοι, μαλακόφρονες, ἠπιοθύμοι.

Ego vero ſic corrigo,

Ἀλλά μοι εὐκλεῖαι &c.

αι & ι in Codd. MSS. ſæpiſſime inter ſe permutantur. Idem ſuffimine Gratiarum:

Εὐκλεῖαι, κυκλάδες, καλυκώπιδες, ἱμερόεσσαι.

Poteris etiam legere, Ἀλλά νυ νυκτέριαι; ſed illud magis probo, ut ſententiæ autoris magis accommodatum.

XII. Idem Eumenidum ſuffimine:

Ἠέριαι, ἀφανεῖς, ὠκύδρομοι θ᾽ ὥστε νόημα. dele θ᾽.

XIII. Idem Argonaut. v. 723.

αὐτὰρ οἱ τοῖς γε

Τύμβον χευάμενοι πολλὴν θαλίην ἐπένησαν.

Ita ſcribimus, inquit Caſaubonus, *vulgatis in libris depravatiſſimum* lo-

locum. Sane hic ut & alii complures in ſcriptore iſto, mire depravatus eſt in libris excuſis,

αὐτὰρ ὁ τοῖς γε
Τύμβους χευάμενοι πολιὴν ὀπέτησαν θαλλήν.

Loquitur Orpheus de Idmonis & Tiphyos ſepulchris, lego

αὐτὰρ ἑταῖροι
Τύμβους χευάμενοι πολλὴν ἐπενήνεον ὕλην.

Sic Homerus in funere Patrocli,

ὕψα δὲ οἱ μενοεικέα νήνεον ὕλην:

& alibi,

Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον.

XIV. Homerus Il. Θ. v. 225.

Η δ' ἐπ' Αχιλλῆος. τοὶ δ' ἔχατα νῆας ἐίσας
Εἴρυσαν.

Verum ibi legendum ἔσχατα, ut plane habetur Il. Λ. v. 8. ἐχάτα, ad verb. poſtremo, ut ὕςατα &c.

XV. Callimachus:

— τίνος ἥρῳον ἵςαται τοῦτο;

Extat hoc fragmentum apud Etymologici Scriptorem v. Ηρῷον. Si Hexametri portio eſt, lege ἵςατο. ſed quis hoc certo ſciverit? Nam ſcripſit Callimachus ποιήματα ἐς πᾶν μέτρον; teſtante Suida.

XVI. Apollonius Argon. 1. v. 942.

Καὶ τὸ μὲν ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι ναιετάουσι.

Locum integrum referre oportet, ut emendationis via & ratio perſpecta habeatur.

Ἄρκτων μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες,
Καὶ τό μιν ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι ναιετάουσι
Γηγενέες, μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι.

Jam quis in animum inducere poſſit, ſic ſcriptum eſſe ab Apollonio? uſque adeone jejunus & aridus, & a verborum copia imparatus fuit, ut bis continuo eadem ingeſſerit, περιναιετάοντες, ναιετάουσι? Ego vero id nunquam credam: & ſic reſtituendum eſſe hunc verſum pro comperto habeo,

Καὶ τὸ μὲν ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι ἀμφενέμοντο.

Ut non longe infra: Ἰσθμὸν δ' αὖ πεδίον Δολίονες ἀμφενέμοντο. Illud ναιετάουσι ex verſu præcedente natum eſt, & errantibus librarii oculis debetur; quo de genere infinita extant exempla.

XVII. Oppianus, Halieut. 1. v. 99.

Τρηχύρωντ' ἀγέλαι, βούγλωσσοί τε καὶ πλατύουροι.

Ita ſane exemplaria excuſa; & 3. Codd. MSS. quibus uſus eſt Rittershuſius. Ipſe in textu poſuit,

— βούγλωσσοι καὶ πλατύουροι.

& in verſione, *Bugloſſi*, *&* *Platyuri*: Quaſi Platyurus eſſet nomen piſcis. Verum lege βουγλωσσοί τε πλατύουροι. i. e. *&* *ſolea lata cauda*. Dorion libro de Piſcibus apud Athenæum: τῶν δὲ πλατέων, βούγλωττον, ψῆτταν &c.

Poſtremo. Idem Cyneget. 11. v. 63.

— δοιαὶ πανυπείροχοι νῆες
Στρέψωσι θαμινοῖσιν ἐναντίον ὁπλιτῇσι.

Ita quidem editiones veteres, quas inſpexerat Caſaubonus: ſed Rittershuſius in ſuis Codd. invenit πανυπείροχα; & ita plane legendum quod adverbium eſt, ut ἔξοχα, & cætera ejuſmodi. Et ſic tandem examinavimus omnia loca, quorum autoritate freti Caſaubonus & Salmaſius οι vel αι corripiunt, ſequente conſonante. Tu, lector, rem cognoſces; & judicium feres.

ANIMADVERSIONES IN HYMNUM IN APOLLINEM.

V. 14. Εἰ τελέειν μέλλωσι γάμον, πολιήν τε κερεῖσθαι,
Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος ἐπ᾽ ἀρχαίοισι θεμέθλοις.] Lege, τελέσσειν, ut tempore congruat cum κερεῖσθαι & ἑστήξειν. Deinde τὸ τεῖχος caſu recto: εἰ τὸ τεῖχος (μέλλει) ἑστήξειν. Non enim iis accedo. qui ἑστήξειν interpretantur, *ſtatuere*; novo exemplo & ſine autoritate veterum. Et profecto ſi ἑστήξειν eſt *ſtatuere*; inepte factum a Callimacho, quod *antiqua* fundamenta dixerit, potius quam nova. Magis enim optandum fuerit, ut urbs incrementum caperet, & novo & latiore muro circumdaretur. Quid, quod ominari cuipiam, eum mœnia poſiturum eſſe ſuper *antiqua* fundamenta, perinde eſt ac augurari vetera prius ab hoſtibus ſubverſum iri: quod maxime abominandum. Hic locus depravatus eſt in Παρεκβολαῖς ἐκ τῶν Ἡρωδιανοῦ, quas edidit Aldus Manutius p. 209. Ἑστήκω, οὗ ὁ μέλλων ἑστήξω, ἐξ οὗ τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ. Ἑστήξειν τὸ πλῆθος οὐ παρ᾽ ἀρχαίοις θεμέλοις. Et Ibidem p. 197. Πόθεν τὸ ἑστήκειν; παρὰ τὸ ἑστήκω, ἑστήξω. ἐξ οὗ τὸ Ἑστήξειν τὸ τεῖχος ἐπ᾽ ἀρχαίοισι θεμέλοις Ex quibus illud etiam conſtat. ἑστήξειν apud Callimachum, ſi veteres magiſtros audiemus, ſimili ratione interpretandum eſſe, ac ἑστήκειν apud Homerum: i.e. *ſtare, non ſtatuere.*

V. 53. *οὐδ' ἀγάλακτοι Ὄϊες οὐδ' ἄκυθοι*] Lege Ὀΐες. Ne Tribrachys, ſit in Heroico verſu, loco Dactyli. Ὄϊς pro οἶς, ut *γραΐς* pro *γραῦς*. Etymol. M. v. *γράδιον*. Ἔστι *γραῒς γραΐδιον παρὰ Καλλιμάχῳ*. Theocritus Idyll. I.

Αἴκα ταὶ Μῶσαι τὰν ὄϊδα δῶρον ἄγωνται.

V. 67. *Φοῖβος καὶ βαθύγειον ἐμὴν πόλιν ἔφρασε Βάττῳ,*
Καὶ Λιβύην ἐσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ,
Δεξιὸς οἰκιστῆρ· καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν.

Syllaba καὶ in poſtremo verſu non recte producitur, ubi nullus eſt locus Cæſuræ. Quamobrem aut legendum, *καί τ' ὤμοσε*, aut *καὶ ἐπώμοσε*; ſaltem ut pes iſte bene fulciatur. Sed fortaſſis ulcus eſt altius latens. Quamquam enim non ſum neſcius, corvum illum *τροπικῶς* dici poſſe *οἰκιστῆρα*; tamen eo ipſum Battum novæ coloniæ deductorem *οἰκιστῆρα* indigitari veriſimile eſt, ut in Oraculo, (quod apud Scholiaſtem hunc extat & alibi,)

Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες, ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
Ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.

Et apud Pindarum Pyth IV.

Χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον καρποφόρου Λιβύας.

Vide itaque, ne ſic melius legendum ſit,

Δέξιος οἰκιστῆρι· καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν.

Dexter ales, fauſtus, læta portendens; quippe a dextra parte volitabat, quod erat bene ominatum.

V. 104. *τό δ' ἐξ ἔτι κεῖθεν ἀείδῃ.*] Interpretes: *Atque hoc ex illo canit populus.* Sed ſi hoc voluit Callimachus, dixiſſet *ἀείδει*, ut ſupra *ἐπηύτησε*. Omnino ſcribendum eſt *ἀείδῃ*, ſine ι infra ſcripto. Nam ſecunda perſona eſt ab *ἀείδομαι*, *cantaris*, *celebraris*. ut alibi, *κλήζῃ*, *vocaris*, Hymn. in Delum v. 275.

Τῷ καὶ νήσαων ἁγιωτάτη ἐξ ἔτι κείνου
Κλήζῃ, Ἀπόλλωνος κουροτρόφος.

ANIMADVERSIONES IN HYMNUM IN DIANAM.

V. 55. & ſeq. Totus hic locus ita conſtituendus eſt:

Αἱ νύμφαι δ' ἔδδεισαν ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα
Πρηόσιν Ὀσσαίοισιν ἐοικότα, πᾶσι δ' ὑπ' ὄφρυν
Φάεα μουνόγληνα σάκει ἶσα τετραβοείῳ
Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα· καὶ ὁππότε δοῦποι ἀκούσαι
Ἄκμονος ἠχήσαντος ἐπὶ μέγα, πουλύ τ' ἄημα
Φυσάων, αὐτῶν τε βαρὺν στόνον. αὖε γὰρ Αἴτνη,
Αὖε δὲ Τρινακρίη Σικανῶν ἕδος, αὖε δὲ γείτων
Ἰταλίη, μεγάλην δὲ βοὴν ἐπὶ Κύρνος ἀΰτει,
Εὖθ' οἵ γε ῥαιστῆρας ἀειράμενοι ὑπὲρ ὤμων,
Ἢ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν ἠὲ σίδηρον
Ἀμβολάδις τετύποντες, ἐπὶ μέγα μοχθήσειαν.

Ubi ἐπὶ μέγα ἠχήσαντος, & ἐπὶ μέγα μοχθήσειαν; eſt *valde & magnopere*. Suidas: Ἐπὶ μέγα, ἐπίῤῥημα ἀντὶ τοῦ μεγάλως· Οἱ ἐπὶ μέγα ἀρθέντος αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος τῆς Ἀσίας ἐπῆρχον. καὶ ἐπὶ μέγα τρυφῆς προελθόντες οἱ Συβαρῖται. καὶ πλούτου ἐπὶ μέγα ἥκοντες ἑαυτοῖς καὶ ἄλλοις ἐδόκουν ἀξιόζηλοι εἶναι. Ne ipſe quidem Pyrrho de hac emendatione dubitare potuiſſet.

V. 125. Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.] Reſtitue ex priſcis editionibus ἐπιβόσκεται. Neſciebant ſcilicet; poſteriorem ſyllabam in λοιμὸς produci poſſe per cæſuram; ut in Cererem v. 22.

Ἀνίκα Τληπόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν.

Ἐπιβόσκεσθαι, *comedere*, *conſumere*; apud Homerum & alios paſſim. Καταβόσκεσθαι autem eſt βόσκεσθαι κατά τινα τόπον, paſci per ſylvas, per valles. Homerus;

Πόρτιος ἠὲ βοὸς ξύλοχον καταβοσκομενάων.

V. 177. Ἢ γάρ κεν γυιαί τε καὶ αὐχένα κεκμηυῖαι.

Ita veteres editiones, non ut hodie, κεκμηκυῖαι. Hom. Λ. Iliad. v. 801.

Ῥεῖα δὲ κάκμῶτες κεκμηότας ἄνδρας ἀϋτῇ.

&

& in ψ. Κλίνθη κεκμηκὼς & alia multa in hanc formam; Πεπληῶς γὰρ ἔκειτο, κεκορηότι ποίης, κεκοτηότι θυμῷ, κεχαρηότα νίκῃ. Quamobrem reducenda eſt antiqua lectio, κεκμηυῖαι.

ANIMADVERSIONES
IN
HYMNUM
IN
DELUM.

V. 23. Σαοῖ δέ μιν ἀντ᾽ ἐπιβάθρων] Verte; *Colit autem & tutatur eam pro naulo*, ſive *mercede*. Venus jam marinata & ἀναδυομένη, cum ad Cyprum primum appuliſſet, & eam tellurem veluti navim conſcendiſſet, hanc ei gratiam quaſi naulum rependit; ut in tutelam ſuam veniret. Heſych. Ἐπίβαθρον, μίσθος τῆς βάσεως τῆς εἰς τὴν ναῦν, τουτέστι ναῦλον. Habes apud Homerum & Apollonium Rhodium: imo & ipſum Callimachum in Fragmento; νεῶς Ἀχερουσιάδος ἐπίβαθρον.

V. 158. αἱ δ᾽ ὑφ᾽ ὁμοκλῆς Πασσυδίη φοβέοντο κατὰ ῥόον, ἥντινα τέτμοι. Male hic rem geſſerunt Interpretes: ego ſic verterim: *Illa vero, ad quamcunque accederet* Latona, *ſimul omnes fugiebant per fluctum, ob comminationem* Iridis. Quis neſcit φοβεῖσθαι eſſe, *fugam capere præ metu*; paſſim apud Homerum & alios. Heſych. Πεφοβημένοι, εἰς φυγὴν τετραμμένοι.

V. 181. Ἀλλ᾽ ἤδη περὶ μὲν ἀπαυγάζοιντο φάλαγγες.] Sine dubio legendum φάλαγγας: nam verſu ſequenti legitur, ζωστῆρας & ἀσπίδας, caſu accuſativo. Αὐγάζομαι & ἀπαυγάζομαι, *video*, *cerno*. ſic v. 125. hujus Hym. Ἀπαύγασαι, οἷος ἔφεδρος Οὔρεος ἐξ ὑπάτου σκοπιὴν ἔχει.

V. 194. Ἀλλὰ περίῤῥοος περινήχεται, ἀνθέρικος ὥς·

Ἔνθα νότος, ἔνθ᾽ εὖρος, ὅπῃ φορέησι θάλασσα·] Pone comma poſt ὡς, non plenæ ſententiæ notam: & verte ſequentia in hunc modum;

Quo auſter, quo aquilo, quo ferat mare.

V. 200. ἐπεὶ περὶ καίετο πυρί] Ineptiſſima lectio; & contra metri rationem; cujus ſervantiſſimus eſt Callimachus. Corrigo,

— ἐπεὶ περὶ καῖεο κῆρι:

Quia corde flagrabas, præ amore ſc. & miſericordia. Heſych. Περὶ κῆρι, κατὰ ψυχήν. Homerus: Τὴν περὶ κῆρι φίλησε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. Idem alibi: περὶ κῆρι πίεσκετο, περὶ κῆρι θεὸν ὡς τιμήσουσιν, αἰδέομαι περὶ κῆρι; & e contrario, ἀπέχθονται περὶ κῆρι, περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη, νεμεσσῶμαι περὶ κῆρι.

ANIMADVERSIONES
IN
HYMNUM
IN
LAVACRUM PALLADIS.

V. 18. Οὐδ' ὅκα τὰν Ἴδαν Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν.] Quid eſt Ἴδαν ἔριν? Ab Ida monte gentile eſt Ἰδαῖος, non Ἴδος. lege τὰν Ἴδᾳ. i. e. τὰν ἐν τῇ Ἴδῃ. Dativus ſine præpoſitione *in loco* rem aliquam geſtam eſſe ſignificat. Sophocles Trachiniis:

> Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
> Δωδῶνι διοσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.

Et alibi:

> Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν.

Sic Μάχη μετὰ τὴν Μαραθῶνι; & alia id genus infinita.

V. 67. ὅτ' οὐχ ἁγεῖτο Χαρικλώ.] Veteres editiones habent ὅθ' οὐχ. quod rectius. ὅθ' eſt ὅθι, *ubi*, ὅτ' eſt ὅτε, *quando*. H. in Delum. v. 241. μηδ' ὅθι δειλαὶ Δυστοκέες μογέουσιν ἀλετρίδες, ἀλλ' ὅθι φῶκαι.

V. 74. Πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος.] Recte hic vidit perſpicaci vir ingenio *Tanaquillus Faber*, τῆνο vitioſum eſſe: quid enim? An non & alii montes ſub æſtu meridiano ſileſcebant? Proinde repoſuit ille τετάκις, *tunc*, meridie ſcilicet: appoſite quidem ad ſententiam; ſed literæ nimium quantum abeunt a veſtigiis receptæ lectionis. Qui ergo, quod & ſenſum & vocabulum integrum præſtet? Lege,

> Πολλὰ δ' ἁσυχία τηνικάδ' εἶχεν ὄρος.

vel τανικάδ'. Τηνικάδε & τηνικαῦτα *tunc*. Heſych. Τηνικάδε, τότε δή.

Imo

Imo τότε ſine δὴ. Niſi pro τηνικάδε ſcripſerit τηνίκα δὴ. Nam δὲ paragogicum eſt; Ἔνθα, ἐνθάδε, τοῖος, τοιόσδε, τῆμος, τήμοσδε, τηνίκα, τηνικάδε. Etymol. M.

V. 130. Φοιτασεῖ μεγάλῳ τίμιος Αγεσίλᾳ.] Præter Etymol. M. ubi hic ipſe locus laudatur; meminit & Heſychius: Αγεσίλαος, ὁ Πλούτων. Et alibi; Αγήσανδρος, ὁ Αἴδης. Lactantius de falſa Relig. l. I. c. XI. *Ergo illud in vero eſt, quod regnum Orbis ita partiti ſortitique ſunt; ut Orientis imperium Jovi cederet; Plutoni, cui nomen Ageſilao, pars occidentalis obtingeret.* Athenæus lib. III. p. 99. Οἶδα δ' ὅτι καὶ Σιμωνίδης που ὁ ποιητὴς Ἀρίσταρχον εἶπε τὸν Δία, καὶ Αἰσχύλος τὸν Ἀδην Αγεσίλαον. Nicander apud eundem lib. 15. χθόνιον στέφος Αγεσιλάου. Vetus Epigramma apud Gruterum p. MCXXX.

ΝΗ ΜΟΥ ΕΝΥΒΡΙΣΗΣ ΑΓΝΟΝ ΤΑΦΟΝ Ω ΠΑΡΟΔΙΤΑ
ΜΗ ΣΟΙ ΜΗΝΙΣΗ ΠΙΚΡΟΝ ΕΠΑΓΕΣΙΜΗ
ΠΕΡΣΕΦΟΝΑ ΤΕ ΚΟΡΑ ΔΑΜΑΤΕΡΟΣ ΑΜΑ ΠΑΡΕΡΠΩΝ
ΕΙΠΩΝ ΑΡΑΤΕΙΩ ΓΑΙΑΝ ΕΧΟΙΣ ΕΛΑΦΡΑΝ.

Lege:

Μή μου ἐνυβρίσῃς ἁγνὸν τάφον, ὦ παροδῖτα,
Μή σοι μηνίσῃ πικρὸν ἐπ' Αγεσίλᾳ
Περσεφόνα τε κόρα Δαμάτερος· ἀλλὰ παρέρπων
Εἶπον Ἀρατείῳ, γαῖαν ἔχοις ἐλαφράν.

At Scaliger, in Indice Inſcriptionum, commentitiam illam *Epageſimam* mirifica quadam ἀποθεώσει inter Deas collocavit.

V. 104. ἐπεὶ μοιρᾶν ὧδ' ἐπένησε λίνα,

Ανίκα τὸ πρᾶτόν νιν ἐγείναο] Non placet τὸ ἐπένευσε. Nimirum imitatus eſt Homerum Iliad. Ω.

τῷ δ' ὥς ποθι μοῖρα κραταιὴ
Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκον αὐτή.

& Iliad. Υ.

ἅσσά οἱ αἶσα
Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Lege igitur apud noſtrum, ἐπεὶ μοιρᾶν ὧδ' ἐπένησε λίνα. Et tamen nove dictum eſt, pro μοῖραι ἐπένησαν λινοῖς. Sed hæc Callimacho ſolennia ſunt.

V. 135. κορυφᾷ Διὸς οὐκ ἐπινεύσῃ,

Εὐωπεδον, ὡσαύτως ὧ κέν οἱ ἁ θυγάτηρ.] Lego, ὡσαύτως ὦκε καὶ ἁ θυγάτηρ. Quod aut fallor aut elegantius paullo eſt lectione vulgata.

V. 141. Χαῖρε καὶ ἐξελάοισα, καὶ ἐς πόλιν αὖτις ἐλάσαις

Ἵππως, καὶ Δαναῶν κλᾶρον ἅπαντα σάω.] Omnes editiones veteres habent ἐς πάλιν, non ἐς πόλιν. Quod poſterius a mala manu eſt; illud genuinum. καὶ ἐσελάσαις πάλιν αὖτις. τῷ ἐξελάοισα oppoſitum eſt τὸ εἰσελάσαις. Lege etiam Ἵπποις. Nam ſi accuſativus hic locum haberet, ſcriptum fuiſſet ἵππως. Poſtremo, τὸ πάλιν αὖ-

τις vocabulum, omnibus poetis familiariſſimum eſt: Homerus Iliad. E.

Τοῦτω δ' οὐ πάλιν αὖτις ἀποίσετον ὠκέες ἵπποι.

& alibi paſſim.

ANIMADVERSIONES IN HYMNUM IN CEREREM.

V. 15. Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσαο φρητί.] Omnes editiones vetuſtæ ſic habent.

Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόροιο χαμάδις καθίσαο φρητί.

Primus mutavit Friſchlinus. Lego:

Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόροιο χαμαὶ ἐκαθίσαο φρητί.

χαμάδις non eſt *nauci*, ſed *ad humum*, & ſignificat motum ad locum φρέαρ Καλλιχόρου, ut ἄστυ Κυρήνης H. in Apollinem.

V. 20. Κάλλιον ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτα

Ἀσταχύων ἀπέκοψε.] Legendum eſt πρᾶτα: non *primos manipulos*, ſed *Ceres*.

V. 48. τέκνον πολύθεστε τοκεῦσι.] Scholiaſtes; πολύθεστε, πολυπόθητε. Et ſimiliter Heſychius: Πολύθεστος, πολυαγάπητος, πολύευκτος. Photii Lex: ineditum. Πολύθετον, πολύευκτον, ὑπὸ πολλῶν λιτανευόμενον. Lege πολύθεστον. Henr. Stephanus & fæminarum doctiſſima Anna Fabri fatentur ignorare, unde fluat hoc vocabulum. Fluit a verbo Θέσσομαι, quod notat *orare*, *deſiderare*, *petere*. A θέσσομαι πολύθεστος, ſimili plane ratione, atque a λίσσομαι πολύλιστος, τρίλλιστος. Heſych. Θεσσόμενος, δεόμενος, ἱκετεύων. Θέσσασθαι, αἰτεῖν, καθῆσθαι, ἱκετεύειν. Θέσσαντο, ἐζήτησαν, ἐκάθισαν, ἱκέτευσαν, ἐνεδύσαντο. Unde vero illud poſtremum ἐνεδύσαντο? Neque enim ea ſignificatio eſt τοῦ θέσσαντο, ſed τοῦ ἕσσαντο. Homerus:

Αυ-

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἕσαντο περὶ χροῒ νώροπα χαλκόν.

Ipſe Heſych. Εσσάμενος, ἐνδυσάμενος. Εσσασθαι, περιβαλέσθαι. Εσσο, ἐνέδυσο, leg. ἐνέδυσαι. Crediderim ſic olim ſcriptum fuiſſe in quibuſdam Homeri exemplaribus;

Αὐτὰρ ἐπειθ' ἱέσαντο &c.

Ea verba, quia tunc temporis nulla erant accentuum ſigna, nec intervalli quidquam inter ſingula verba, ſic legiſſe videtur Heſychius ſive alius quis, a quo iſte mutuatus eſt:

Αὐτὰρ ἐπεὶ θέσαντο.

Talia apud priſcos Grammaticos non raro uſu veniſſe certum eſt. Idem Heſychius alio loco: Θεάσατο, ἐνεδύσατο. Ex ipſa literarum ſerie conſtat, legendum eſſe θέσατο. Id vero depravatum eſt ſimiliter, pro Ἕσατο. Quid porro illud θέσσεσθαι, καθῆσθαι: & θέσαντο, ἐκάθισαν? Quid, niſi meræ oſcitationes Grammaticorum? Vera ſcriptura erat Ἕσσεσθαι, & Ἕσαντο. Ipſe Heſych. Εσας, καθίσας. Εσεν, ἐκάθισεν. Εφέσασθαι, ἐπικαθῆσθαι. Εφέσσεσθαι, ἐφίζεσθαι, καθέζεσθαι. Ut illuc redeam, unde diverteram. Θέσσομαι, unde manat compoſitum πολύθεσος, occurrit etiam apud Apollonium Argon. l. 1. v. 824. Οἱ δ' ἄρα θεσσάμενοι παίδων γόνον, ὅσσον ἔλειπτο. ubi Scholiaſtes longe eruditiſſimus, θεσσάμενοι, interpretatur, ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες. Θέσσασθαι γὰρ τὸ αἰτῆσαι, καὶ ἱκετεῦσαι· καὶ Ησίοδος

Θεσσάμενος γενεὴν Κλεαδαίου κυδαλίμοιο.

καὶ Αρχίλοχος;

Πολλὰ δ' εὐπλοκάμου πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι

Θεσσάμενοι γλυκερὸν νόστον.

In loco illo Heſiodi pro Κλεαδαίου, legendum videtur Κλεοδαίου. Suidas: Κλεόδαιος, ὄνομα κύριον· vel forte Κλεολάου, neſcio enim an de Cleolai Herculis filii progenie loquatur; de quibus conſule Apollodorum lib. 2. cap. 8.

V. 135. *καὶ τὰν δὲ σάω πόλιν, ἐν θ' ὁμονοίᾳ*

Ἐν τ' εὐηπελίᾳ, φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα.] Reſtituenda eſt vetus lectio, quam Etymologus nobis ſervavit. Εὐηπελία, ἡ εὐετηρία καὶ εὐθυνία (leg. εὐθηνία) καὶ τὸ εὖ εἶναι, ὥς φησι Καλλίμαχος. Ἐν τ' εὐαπελίᾳ. φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα. Sed vera ſcriptura eſt εὐηπελίᾳ. Εὐπελία ab εὖ & πέλω (ut εὐεστὼ, ab εὖ & εἰμί) & Epentheſi τοῦ η, εὐηπελία: ut εὐφυής, εὐηφυής. Heſychius: Εὐηπελέες, πρᾶοι, εὐήνιοι. Εὐηπελία, εὐθηνία, εὐεξία. Oraculum Onomacrito datum, apud Euſeb. Præparat. Euang. lib. 5. c. 23.

Ἔν τε τοῖσιν εὐπελέεσσιν, ἠδ' Ἀχαίοισι χρέος

Θήσεται. τόδ' ἐκτεκμαρθὲν οὐδὲ μικρὸν ἕξεται.

Quod nollem a Luca Holſtenio in Notis ad Porphyrium mutatum in εὐμελέεσσιν. Unum addam: Cum in hoc hymno Dialecto Dorica utatur Callimachus; ſcribendum foret εὐαμερίᾳ. Sed τὸ η in εὐηπελίᾳ ἐπενθετικὸν non mutant Dorienſes. Theocrit. Il. 27.

Ἐξ εὐηφυέων. ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.

Sine dubio igitur legendum, εὐηπελίᾳ. Hujus contrarium ὀλιγηπελία,

&

& ὀλιγηπελής. Vide Heſych. & Etymolog. Hoc vocabulum reſtituendum eſt Epigram. Crinagoræ nondum edito.

Εἰ καὶ τὸ σῆμα λυγδίνης ἀπὸ πλακὸς
Καὶ ξεστὸν ὀρθῇ λαοτέκτονος στάθμῃ
Οὐκ ἀνδρὸς ἐσθλοῦ· μὴ λίθῳ τεκμαίρεο,
Ὦ λῷστε, τὸν θανόντα. κωφὸν ἡ λίθος,
Τῇ καὶ ζοφώδης ἀμφιέννυται νέκυς.
Κεῖται δὲ τῇδε τὠλιγηπελὲς ῥάκος
Εὐνικίδαο, σήπεται δ' ὑπὸ σποδῷ.

Codex Mtus habet, τὠλιγηπερές.

PAULLI VOET,

ANTECESSORIS ULTRAJECTINI,

N O T AE

IN

H Y M N O S

C A L L I M A C H I.

AMPLISSIMO VIRO

PAULO VOET VAN WINSSEN,

Celſis ac Praepotentibus Trajectinae Dioeceſeos Ordinibus, ut & Equeſtri Ordini,

A SECRETIS,

S. P. D.

PAULUS BAULDRY.

Omnino, Vir Ampliſſime, haud aliter ſentiendum puto de Notis quas Clariſſimus tuus parens, ὁ μακαρίτης, reliquit tibi manu ſcriptas in Callimachum, & quas mecum pro tua ſingulari benevolentia communicaſti, quam dudum Celeberrimus Graevius judicavit. Nimirum digniſſimae ſunt, mea quoque ſententia, quae juris fiant publici, nec ſolum eapropter magnam gratiam a Litteratis omnibus iniveris, ſed vitam ei quaſi poſtliminio reddideris, a quo hanc accepiſti. Et nomen ipſe quidem illuſtre jam ſibi fecerat inter Eruditos praeclaris operibus,

ribus, cum Juridicis, tum Philologicis, ac Philoſophicis, quae vulgavit, cum Profeſſorem ageret in hac Academia. Tu novum conciliabis inter cultores Muſarum elegantiorum; etſi e quam plurimis, quae ille adhuc adoleſcens, ſicut narraſti, in Callimachum obſervaverat, paucula tantum notaveris quae edantur. Nolim ego graviſſimo tuo judicio ulla in re adverſari. Sed libens facerem in hoc negotio, ſi poſſem. Cur enim tot theſauros Eruditis, ſi non invides, ſaltem non promis? Miror certe, qui tuo beneficio ſingula viderim, quantopere Celeberrimus tuus pater fuerit in Graecis & Latinis, in Oratoribus & Poetis, in Hiſtoricis & Geographis, denique & in libris ſacris jam tunc aetatis exercitatus. Miror magis, quod cum cunctas illius Obſervationes in Callimachum, hactenus ineditas, haereditario jure vindicare tibi poſſes ut tuas, malueris genuino ſuo auctori acceptas referre. Sed hoc ſummae tuae aequitatis eſt, nec non pietatis. Ut enim tibi *ſuum cuique tribuere* pulcrum & amoenum eſt, ita & pium jucundumque ἀμοιβὰς, pro virili, ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. Vale multum, multumque, Vir Ampliſſime. Parum abfuit quin cum Horatio dicerem,

O & praeſidium, & dulce decus meum.

Traiecti ad Rhenum;
A.C. M.DC.XCVI.
IX. Kal. Sepr.

PAUL-

PAULLI VOET,

ANTECESSORIS ULTRAJECTINI,

N O T A E

A D

H Y M N U M

I N

J O V E M.

V. 50. Μελίστης] Hanc vocem aliqui deducunt a μέλι, Pindari vero interpres, in Olymp. hymno 14, a ſtudio & labore, ἀπὸ τῆς μελέτης ἢ ἐπιμελείας· ἔνθεν, inquit, καὶ ἡ μέλισσα τὸ ζῶον ἐπιμελέστατον. Ita Phocylides,

Κάμνει δ' ἠεροφοῖτος ἀριστοπόνος τε μέλισσα.

Unde Aratus Solenſis duodequadraginta annos impendit apum conſiderationi, idque eo tempore cum ſexcenti apum ſcriptores extarent.

V. 56. Ὀξὺ δ' ἀνήβησας.] Non intellige corporis ſtaturam, ſed mores animi. Ariſtotelis nota diſtinctio. Itaque poëta mores Jovis commendat, qui dicendus ſapientia ſua ætatem antevertiſſe. Hoc ipſum colligitur e verſu ſequente,

Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια.

Scilicet in diis, etiam in prima ætate, non deſideratur ſapientia: hoc etiam norant gentiles. Tale quid de Salvatore noſtro apud Lucam, cap. 2. ſub finem. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας: & paullo poſt, καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ... ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς, ὑπέμεινεν Ιησοῦς ὁ παῖς ἐν Ιερουσαλὴμ, ... καὶ εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς. ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ· Non igitur ſemper ex annorum numero ſapientia putanda, neque anni ratione ſenectæ. Quandoque in juvene prudentia, & inſipientia in ſene.

V. 56. ἦλθον ἴουλοι] Pacuvius, v. 284.

Primum opacat flore lanugo genas.

Virgilius,

Prima genas veſtibat flore juventa.

bh &

& Calphurnius, Eclog. 11, v. 183. &c.

——— *etenim ſic flore juventa*
Induimus vultus, ut in arbore ſape notavi
Cerea ſub tenui lucere cydonia lana.

Unde nihil gratius tactu, vel viſu, prima illa lanugine. Calphurnius, Ecl. 11. v. 179. &c.

——— *quoties molliſſima tango*
Ora manu, primique ſequor veſtigia floris
Neſcius, & gracili digitos lanugine fallo.

Seneca Trag. in Hipp. v. 643.

Ph. *Hippolyte, ſic eſt: Theſei vultus amo*
Illos priores, quos tulit quondam puer:
Cum prima puras barba ſignaret genas.

Theodoretus lib. 4. de Provid. Πρότερον μὲν γὰρ ἴυλος ἀνθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα τριχώσεις μετρία καλύπτει. *Primo efflorescit lanugo, mox mediocris pilorum ſylva genas operit*: quod aliter delineat Callimachus in Lav. Pall. de Tireſia.

——— ἄρτι γένεια
Περκάζων:

quod ita Scholiaſtes Græcus explicat, μελαινόμενος ὑπὸ τῆς φύσεως τῶν τριχῶν. Elegantem lanuginis deſcriptionem habet Philoſtratus in Memnone. ὅρα τὸν ἴυλον ὡς καθ' ἡλικίαν τῷ κτείναντι. οὐδ' ἂν μέλανα φαίης τὸν Μέμνονα: id eſt, *aſpice praterea lanuginem, quam interfectoris atati congruat* &c. Etymologia nota probatur ex eo quod etiam Græcis ἴυλος deſignet beſtiolam aliquam centipedam, vel millipedam ab aliis dictam, quæ arcuatim ſerpit, ut conjicit Doctiſſimus Junius.

V. 61. Φάντο πάλιν Κρονίδῃσι διὰ τρίχα δώματα νεῖμαι.] Referatur hiſtoria ab ovo. Subjugatus totus terrarum orbis a Jove ac fratribus; qui dum ſupereſſent ab inſidiis patris, ſortibus ductis, terrarum orbis fuit diviſus &c. Homerus, Iliad. O. v. 189.

Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς·
Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
Παλλομένων· Ἀΐδης δ' ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα·
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν, ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι.
Omnia ſunt partes in tres diviſa, & honorem
Quiſque ſuum cepit. Mihi parent aquoris unda:
At triſtis Pluto defunctis imperat umbris:
Mox ather, cœlumque Jovi conceditur altum.

Et quum illud factum fuerit in Cria, locus vocatus eſt *Claros*, ἀπὸ τοῦ κληρῶσθαι.

V. 62. Τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ &c.] Quod Callimachus dicit, τίς δὲ, nihil eſt. Poteſt ſors duci ſuper partibus inæqualibus, quia nemo inſanus ea ratione dicendus. Omnium quippe tum eadem eſt conditio. Verum probabile Jovem per aſtum aut per vim regnum fuiſſe adeptum.

V. 65. Ψευδοίμην &c.] Vult, Si mentiri vellem, ea proferrem, quæ forte fidem apud homines eſſent inventura: ita Herodianus de Hiſtoricis,

cἰς *δόξῃ παρίδωκαν τῆς ἀληθείας μείζονι*: res ipſas ſcribendo *ſupra veri fidem ſuſtulerunt.* Scilicet vitium hoc multorum Scriptorum; praeſertim antiquorum Græcorum, ut multa fabuloſa ſcriptis inſerant. Notat hoc Seneca lib. 4. Natur. Q. c. 3. Hiſtorici, cum multa ſunt mentiti ad arbitrium ſuum, tandem adjiciunt illud, *Penes auctorem fides eſto.* Hinç Græcos dure perſtringit Juvenalis lib. 4. Sat. 1. v. 174.

——— & quidquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria.

quamquam ipſi tale vitium non verterint aliis vitio. Ita Diodorus Siculus in priſcis rebus non vult veritatem ad unguem quærendam. quod etiam admittit Livius in hiſtoriæ procemio, ubi poſtquam retulit, veteres hiſtoriis iſta inſeruiſſe, quæ poëticis magis, quam hiſtoricis, ſunt decora fabulis, tandem concludit, *hæc venia datur antiquitati.* Quare? quia ſcilicet res cum vetuſtate nimia obſcuræ, utpote quæ ex magno loci intervallo vix cernuntur. Livius, lib. 6. Aliter Herodianus.

V. 69. *τεράων.*] *Τέρατα* ſunt *Διοσημίαι*, prodigia, ſigna a Jove: & dicuntur *portenta*, quando in malam partem rapiuntur.

Ibid *ἐνδέξια*] *Οἰώνισμα δέξιον* deſignat. *δαιμόνιόν τι*. ut Herodianus lib. 1. 17. *κατά τινα δαίμονα.* Cur dextra? quia ſiniſtra infauſta. Virgilius,

Sæpe ſiniſtra cava prædixit ab ilice cornix.

Quamquam bona *ſiniſtra* dicantur apud Ciceronem de Divinat. 2. Forte ſiniſtrum auſpicium bonum, in quantum eſt cornicis vocem emittentis monitricem, ut caveretur infortunium. quod colligitur ex verſu citato. Niſi etiam dicatur quaſdam aves a læva ratum facere augurium, quaſdam a dextra. Plautus in Aſinar. act. 11. ſc. 1. v. 11.

Impetritum, inauguratum 'ſt: quovis admittunt aves.
Picus & cornix eſt ab læva; corvus porro a dextera.
Conſuadent.

Et Cicero lib. 1. de Divin. *Jupiter-ne cornicem a læva, corvum a dextra canere juſſiſſet?* Ibidem, *Quid augur, cur a dextra corvus, a ſiniſtra cornix faciat ratum?* Certum vero omen eſt, aquilam a dextra videre.

V. 76. *ὑδείομεν*] Scholiaſtes, *λέγομεν*. Poëta *canit*, & *dicit*. Virgilius, Ecl. 9. v. 35. &c.

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna.

& Ecl. 5. v. 2.

Tu calamos inflare leves, ego dicere verſus.

V. 80. *τάξιν*] Non mihi placet lectio *λάξιν*, niſi conſequenter, quia ſorte ordo obvenit. Lucas 1. 9. *ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι.* Non enim dicuntur reges participes eſſe ſortis Jovis. Ipſe enim ſibi ſervat Olympum, ſolus regnat, & imperium obtinet in omnes Deos, adeo ut ne quidem cum fratribus commune habere voluerit imperium. Neque dici poterit, quod ſingulis ſuam ſortem aſſignaverit, quia dicitur, *τίν*, *tuam ſortem*: non enim quæ ſorte Jovi obvenerunt, aliis tribuenda: potius igitur vertas *ordinem*, id eſt voluiſti ut illi, ſicut tu, judicarent, &c. Sequitur comparatio. Ita *τάξις* dicitur ordo qui ſervatur inter milites. Apud He-

Herodianum lib. 1, initio: *τάξιν λιπών*. Hinc *λειποτάκτης*. Peculiari autem ratione deſignari poteſt officium cuique adminiſtrandum datum vel ad ſtationem quæ cuique adſignatur, quemadmodum hoc ſingulis hominibus a ſupremo moderatore aſſignatum. Ita eleganter apud Lucam de ordine Eccleſiaſtico. cap. 1. com. 8. *Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτῦ ἔναντι τῦ Θεῦ.*

N O T A E
A D
H Y M N U M
I N
A P O L L I N E M.

V. 14. Τελέειν] Τελέειν non eſt idem quod *τελεῖν*. Diſtinguntur enim *τελῶ* & *τελέω*, quod eſt ad finem perduco. Male Stephanus, *celebrare.* hoc enim refertur ad *τελεῖν*. niſi dicamus hoc eſſe per modum adjuncti, quia ad finem nuptias perducimus, quando celebramus. & vice verſa. Alias poſſet optime huic loco convenire ſignificatio *celebrari*, quia dicimus *nuptias celebrare*: refertur hoc ad munera, ut *τελεῖν ἀρχὴν*, *obire magiſtratum*, & *θεὰς τελεῖν*, *edere ludos*, id eſt; *celebrare*. ut apud Herodianum. lib. 1. non longe ab initio, *ἱερὸν ἀγῶνα τελῦσι*. Etiam ſignat *parentare*. Herodianus, lib. 4. *ἐπιτέλεσαν δὲ αὐτὸ ἁπάντων τὴν εἰς τὸν πατέρα τιμὴν*, &c. Dicitur autem *τελῶ* potiſſimum de rebus ſacris. Herodianus lib. 1. 10. *ὡρισμένης ἡμέρας, μητρὶ θεῶν πομπὴν τελῦσι*.

Ibid. Εἰ τελέειν μέλλυσι γάμον] *Γάμος* ſignificat & *nuptias* & *concubitum*. Muſæus, v. 281, *Καὶ γάμος ἦν*, h. e. *concubitus*, ut & v. 279.

Ἀλλὰ λέχος ϛορέσασα, τελεσσιγάμοισιν ἐν ὥραις.

Petronius, cap. 72. *Latuerunt ergo una, non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt, ſed poſtero etiam ac tertio die.* & cap. 25. *Plaudentibus ergo univerſis & poſtulantibus, nuptias fecerunt.* Phocylides, v. 194.

Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς.

Videtur autem derivari a *γῆμαι* infinitivo, quod eſt *ducere*. Phocylides v. 192.

Γῆμαι δ' ὐκ ἀγαθὴν ἐελδαίνομεν.

V. 21. Ἰη παιῆον] Alii legunt *ἵη*, alii *ἱε*: *ἱη* volunt venire *ἀπὸ τῦ ἰᾶσθαι*, a medelis, quia morbis medetur Apollo. Stephano *ἵη* compoſitum videtur

tur ab *ἀφίη, dimitte*; forte quia jaculando nervus arcus, qui manu tenetur, dimittitur. ἰὴ autem, ἀπὸ τοῦ ἱέναι, a mittendo, quia ſagittæ mittuntur in Pythonem: vel ut alii, quia radii ſolis cum moderato calore demiſſi vitam mortalium conſervant, & contra ſunt lethiferi iidem radii, ſi immoderatus calor extiterit. Aliquando hæ duæ voces junguntur, ut apud Sophoclem, ἰὴ ἰὴ Δάλιε παιάν. Exiſtimem autem vocem ἰὴ nihil per ſe ſignificare, ſed tantum eſſe effictam a vociferantibus, quemadmodum in ſignum triumphi dicimus *Io, Io.* Ovidius, lib. 2. artis amatoriæ.

Dicite, io Pæan: &, io, bis dicite, Pæan.

Non aliter ac Bacchantes *evan*, unde Bacchus Εὔιος, *Evius*, ſeu *Euius.*

V. 49. Ἠιθέου ὑπ' ἔρωτι &c.] Plurimi referunt Apollinem propter rerum omnium penuriam operam ſuam Admeto Theſſaliæ regi addixiſſe in paſcendis armentis: genuinam vero ejus cauſſam hic refert Callimachus. Nam, ſecundum Muſæum, nemo eſt inter homines, deoſque ſuperos, quem non proſtraverit amor; quod ſi licet verum dicere, *eſt Jovis pulmonum dominus*, uti ait Sophocles. Apollo deus erat nullius rei indigus; verum amore captus, maluit libere inſervire juveni Admeto, quem deperibat. Ita ſcil. amantes vel patria carent propter amores, vel calamitatibus ſunt obnoxii, a quibus alias forent immunes. Gallus apud Virgilium, Eclog. 10.

Nunc inſanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media, atque adverſos detinet hoſtes.

& apud Comicum adoleſcens,

—— —— O Jupiter! ubinam eſt fides?
Dum ego propter te errans patria careo demens;

alibi vero,

—— —— & me miſerum [eſſe] ſentio:
Et tædet, & amore ardeo: & prudens, ſciens,
Vivus, videnſque pereo: nec quid agam, ſcio.

V. 51. 52. ἤτοι Ἀπόλλων Βοσκομένης ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν] Quoniam quandoque oculi præ indignatione nimia in transverſum diriguntur; vel ideo quia ſolemus vultu alicui ſecuritatem promittere, aut nullum damnum eſſe metuendum. Terentius, *Nihil eſt periculi, me vide.* Veteres igitur ex oculis radios quosdam emiſſos fingebant, qui vel noxii eſſent, vel boni. Virgilius, Eclog. 3.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos;

quia maligni oculi alterius atterunt felicitatem. Fingebant autem eos, quibus eſſet pupula duplex, certiſſimum venenum in oculis habere, facillimeque teneros afficere. A. Gellius Noct. Attic. lib. 9. cap. 4. *Traditur eſſe homines in Illyriis, qui interimant videndo, quos diutius irati viderint; eoſque ipſos, mares fœminaſque, qui viſu tam nocenti ſunt, pupillas in ſingulis oculis binas habere.* Contra vero eſt oculus benignus, quem ſi in alium conjeceris, eum beatum reddes, de quo noſter loquitur; uti de Deo ſacra pagina: *Attolle oculos, ſeu vultum ſupra nos, & ſanabimur.*

V. 60. Ἀρτέμιος ἀγρώσσουσα] Callimacho alibi dicitur θηρήτειρα; Orphæo, κυνηγέτις; Juvenali, *venatrix*. Forte θηρήτειρα, quia prædam nanciſcitur. Ita inferius in hymno Dianæ, v. 104.

Τοῦτό κεν Ἀρτέμιδος πρωτάγγελον ἄξιον εἴη.

Hinc venatores ei ſacrati. Supra in hymno Jov. v. 77. ἐπακτῆρας δὲ χιτῶνος Ἀρτέμιδος: hoc eſt, κυνηγέτας, Scholiaſtes Græcus. Hinc etiam dicitur Atalanta virgo a Diana venandi artem didiciſſe. Callimachus, hymno Dian. v. 217.

Καί ἑ κυνηλασίην τε καὶ εὐστοχίην ἐδίδαξας.

V. 78. ἐπετήσιον] Annuum feſtum, *anniverſarium*. Sic *Eteſiæ venti* apud A. Gellium, lib. 2. cap. 22. *qui certo tempore anni ſpirant*. Ita ille ibidem ex Publio Nigidio, *& Auſtri anniverſarii ſecundo ſole flant*. Hoc ergo loco per *eteſion* intelligit tale feſtum, quod ſtatis temporibus ſemel in anno fieri ſolet. Ita Herodianus lib. 1. 16 de Jano. νὺξ μὲν τοῦ ἔτους τῆς ἐπιούσης ἡμέρας. & clarius de Peſſinuntia Dea l. 1. 10: Ἦρος ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους, ὡρισμένης ἡμέρας: quod deſignat certum tempus quotannis: ſcilicet multi dii, deæque, quique in deorum numerum referebantur, habuere ſibi ſua feſta anniverſaria dicata. Virgilius, Eclog. 5.

Pocula bina novo ſpumantia lacte quotannis.

& paullo poſt.

Hæc tibi ſemper erunt, & cum ſolennia vota
Reddemus Nymphis, & cum luſtrabimus agros.

V. 80. σεῖο δὲ βωμοί] Cur in plurali? Vel quia multis in locis feſta anniverſaria Deo Apollini inſtituta: vel quia in cærimoniis omne binario numero conficitur. Virgilius, Ecl. 5.

Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo;
Pocula bina novo ſpumantia lacte quotannis,
Craterasque duos ſtatuam tibi pinguis olivi.

Manilius, lib. 1. v. 22.

Bina mihi poſitis lucent altaria flammis.

Theocritus Idylio 5.

Στασῶ δὲ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω.

hoc eſt,

Spumantem nymphis ſtatuam de lacte capacem
Craterem, dulci ſtatuam quoque & alterum oliva.

V. 84. περιβόσκεται] Illæ præpoſitiones, κατά, περί, diſtinctionem vocis faciunt. Saltem ſimili in caſu illa diſtinguuntur, ut περιφλέγω, καταφλέγω. Iſtud notat *ambuſtionem*, ut quando dicimus flammam lambere: hoc vero *combuſtionem*. Herodianus, lib. 1. καταφλέξαι δὲ τὸ πῦρ τόν τε νεών, καὶ πάντα τὸν περίβολον. & Suidas alicubi: ἐφλέγετο πυρὶ, οὐ κατεφλέγετο: pro quibus etiam habemus, ἐκαίετο πυρὶ, οὐ κατεκαίετο δέ. Itaque περιβόσκεται hoc loco non tam erit *abſumere*, ut vertit Stephanus, quam *depaſcere*, ſeu circum circa paulatim abſumere.

V. 85. ζωστῆρες] ἀπὸ ζώννυσθαι, a cingendo. Cingula autem non pertinent tantum ad omnes milites proprie dictos, verum etiam ad eos, qui

qui munera obeunt; ut Novell. 81. *Et ſuper ſingulis qua liberare a curia poſſunt, hoc eſt præfectura & magiſtri militum.* Et paullo poſt: *ut cingulum hujuſmodi acquiſitum aliquibus, quoſcunque nos probaverimus, quod eos liberet a curia, hoc valeat, & ut poteſtate eos liberet patrum & avorum.* Addo ex Lege penultima Digeſtor. de militar. teſtam. ſymbolum hoc fuiſſe militare, ut cincti eſſent milites; unde *recincti* dicebantur exauctorati.

N O T A E
A D
H Y M N U M
I N
D I A N A M.

V. 6. Παρθενίην . . . φυλάσσειν] Vel quia metuendum ne invitata per vim ſtupraretur, uti de Lucretia aliiſque nota hiſtoria; vel ne inſequeretur eam quiſquam deorum, uti Apollo Daphnin: vel quia noverat fragilitatem ſexus muliebris, eumque multis expoſitum eſſe inſidiis. Unde etiam aſſidue appoſita fuit cuſtos virginibus, quæ curam gerebat ne laberentur volentes. Tibullus, lib. 1. eleg. 3.

At tu caſta, precor, maneas, ſanctique pudoris
Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus.

Nam ſecundum Græcum interpretem facile mulieres labuntur, tum propter ingenii defectum, tum quia ſine felle proclives in vitia. Caſta ergo eſt fœmina, non libere, ſed neceſſario: quam ob rem petit, ut ſit caſta, dum vix talis eſſe poteſt. Unde Hieronymus, *Infida quippe cuſtos caſtitatis eſt neceſſitas: & illa vere pudica dicenda, cui licuit peccare, ſi voluit, & minore miſeria deformis habetur, quam formoſa ſervatur.*

Ibid. Ἄππα] Varia ſunt nomina, quibus Græci parentes, ſed peculiaria, quibus pueri parentes appellant. Ita hoc loco. Dicitur etiam πάππας, & immutata littera πάππος, quod ſignat *avum*. Unde πρόπαππος, ὁ πάππου πατήρ. Euſtathius autem talem ἐπίπαππον vocat. Hinc Latinis *pappas*, quod educatorem ſignificat. Juvenalis, ſat. 2. v. 633.

— — timidus prægustet pocula pappas.

V. 20. ἐπιμίξομαι] Habet hæc vox, ut & aliæ quædam, ſignifi-

cationem honeſtam & inhoneſtam. Vox συνουσιάζειν quandoque ſignat *confabulari*, *convivari*, quandoque ſtupri conſuetudinem cum quoquam habere. Idem de voce μίσγομαι, ſeu μίγνυμι, quæ quandoque refertur ad inhoneſta, uti Latinis *miſcere*. Sic ergo Græci per μισγειν intelligunt *concubitum*, ſeu actum venereum, idque quandoque cum adjectione, ut quando dicitur μίσγειν ἐν φιλότητι; aliquando ſine adjectione, ut apud Phocylidem, v. 184.

Μηδέ τις ἀμνήστευτα βίῃ κούρῃσι μιγείη.

Hæc ſignificatio, ut plurimum, locum habet, quando dicitur puella cum adoleſcente miſceri, adeo ut convenientiore voce non uſum fuiſſe poëtam mirandum ſit, cum dicit *civitatibus miſcebor virorum*; idem enim hoc eſt ac ſi dicat, *viris miſcebor*. Elegantius ſimili in caſu hic expreſſit Muſæus, v. 34.

Οὐδέποτ' ἀγρομένῃσι μεθωμίλησε γυναίξιν.

V. 27. ἀμογητὶ] Non ſimpliciter ſignat *ſine labore*, quod eſt πόνος, ſed ſine labore gravi, & abſque omni niſu ac conatu. Sic Muſæus v. 268.

Νυμφίε πολλὰ μογήσας:

Id eſt,

Sponſe, multum laboraſti.

Et alibi, v. 78.

Παπταίνων ἐμόγησα:

Hoc eſt:

Intuens defeſſus ſum.

V. 29. Φῆ δὲ καταῤῥέζων] Deſcribit hic poëta tale blandimentum, quo ſoliti parentes natorum bucculas prehendere, vel maxillas, ac deinde manum ad os referre. Virgilius, 2. Aeneid. v. 258.

Olli ſubridens hominum ſator, atque deorum,
Vultu, quo cœlum tempeſtateſque ſerenat,
Oſcula libavit natæ.

Ad quem locum Servius, poſt alia paucula: *Sane multi nolunt ita intelligi, ut ſummum oſculum filiæ dederit, id eſt non preſſum, ſed ſumma labella contingens*: *ſed ita ajunt, Tum hilarus Jupiter vultus natæ libavit, id eſt contigit; ſcilicet ut nos ſolemus cum blandimentis quibuſdam ſiniſtram maxillam contingere liberorum, ac deinde ad os noſtrum dextram referre.* Ad hoc genus blandimenti refero illud Suetonii in Galba, cap. 4. *Conſtat Auguſtum puero adhuc ſalutanti ſe inter æquales, apprehenſa buccula, dixiſſe, καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ.* Idem in Auguſto, cap. 94. *Ejuſque oſculum delibatum digitis ad os ſuum retuliſſet.* Scilicet ſuavii loco Jupiter digitos ad os puellæ porrectos ſuo mox ori admovit, uti hoc moribus obſervatur ab officioſis, ſolitis manum, qua id, quod illis porrigitur, attingunt, labris admovere primum & oſculari. Locus inſignis, qui hunc explicat, occurrit apud Apuleium lib. 6. *Tunc Jupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manuque ad os ſuum relata, conſaviat.* Affectus ergo paterni indicium eſt, bucculam apprehendere, demulcere, & manum tandem ad os referre.

V. 36. Πολλὰς δὲ ξυνῇ] Quare communiter? quia antea petierat πολυωνυμίην

νυμφῶν cum fratre Apolline; noluit enim minore in honore haberi, quam Apollo, utpote eodem patre ac eadem matre prognata; & hoc petierat verſu 7. neque mirum; ipſa quippe prior nata. Factum & hinc antiquitus, ut una eademque utrique deo fierent ſacra, ſimulque colerentur. Ita in Regione urbis 19. arcus Octavii Auguſti patris conſpiciebatur cum ſignis Apollinis & Dianæ. Conjunxit ſaltem Horatius utrumque lib. 1. Od. 21.

Dianam teneræ dicite virgines;
Intonſum pueri dicite Cynthium.

V. 38. Ἀρτέμιδος βωμοί τε καὶ ἄλσεα] Cur in plurali numero? Duplex ratio: una deſumpta a parilitate Apollinis; illi multa fumant altaria: ergo etiam Dianæ; altera deſumpta a ritu ſuperſtitioſo: plurali enim numero gaudebant dii veterum, idque etiam ſervatum in ipſis incantationibus magicis: quia autem eadem Diana, quæ Proſerpina, aut Hecate, neceſſum erat varia ei exſtrui altaria, pro varia, qua gaudet, poteſtate. Certe triplex ejus perhibetur poteſtas ſecundum Servium in IV. Aeneid. v. 511.

—— Tria virginis ora Dianæ.

Sic Ovidius lib. 7. Metamorph. v. 262.

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

& Virgilius, Ecl. 8.

Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore
Licia circumdo; terque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero deus impare gaudet.

& poſtea,

Necte tribus nodis vernos, Amarylli, colores.

Eleganter autem hoc loco conjunguntur βωμοὶ καὶ ἄλσεα, quia nemoribus præeſt, lucisque. Statius, Thebaid. IV. v. 425.

———— nemori Latonia cultrix
Additur: hanc piceæ, cedrique, & robore in omni
Effictam, ſanctis occultat ſilva tenebris.

V. 39. λιμένεσσιν] Λιμένες ſunt portus, cujus partes ἐκβολαί, quæ Thucididi στόματα λιμένος. Dictum autem λιμὴν tradit Euſtathius, παρὰ τὸ λίαν μένειν, ad differentiam τοῦ τε κυμαίνοντος πόντου, & τοῦ ἔργου τῆς γῆς ἠπείρου. Hinc Diana dicta *Limenetis.* Tacitus lib. 4. Ann. cap. 43. *de jure templi Dianæ Limenetidis:* ubi legit Lipſius *Limnatidis*; verum lectionem priorem ſervo, quoniam & λιμενῖτις dicta apud Artemidorum, lib. 2. Ergo ita dicta eſt, quia portibus præeſt & viis, quanquam Strabo eam ita dictam tradat a Limnis vico Meſſeniæ, lib. 8. Τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν [Λιμναῖον] ἐφ' ᾧ Μεσσήνιοι περὶ τὰς παρθένους ὑβρίσαι δοκοῦσι τὰς ἀφιγμένας ἐπὶ τὴν θυσίαν, ἐν μεθορίοις ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Μεσσηνίας.

V. 44. Τηθὺς] Non hic intellige Tethin, Chironis filiam, vel, ut Homerus, Nerei; quæ cum etiam nympha eſſet Oceanina, dicitur fuiſſe mulierum formoſiſſima, adeo ut ipſius complexus Jupiter ipſe exoptaverit, verum Tethin, terræ & cœli filiam, Oceani uxorem. de

qua Heſiodus in Theogonia, quam etiam vocat formoſam. Oceaninæ nymphæ dicuntur eſſe comites Dianæ, quia Luna pro acceſſu & receſſu trahit ad ſe, pellit, & impellit humores.

V. 69. κεχρημένος] Stephanus legit κεχρισμένος, quod eſt *unctus*. Hinc in Jure Canonico, ſeu Decretal. Greg. lib. 1. tit. 15. de Sacra Unctione, Presbyteri conſecrabantur oleo tantum, Epiſcopi Chriſmate, quod ex oleo & balſamo. Hæc vox ergo peculiariter refertur ad talia unctionum genera, aut oblitionum, quæ fiunt oleo. Pſ. 45. de Chriſto: ἔχρισέ σε ὁ Θεός σε ἐλαίῳ. Non ergo hæc vox congrua *carboni*. Non enim facies inungitur carbone, ſed obducitur potius, vel, ſi mavis, ob'initur, Latinis notatur. Ita *atro carbone notari*.

V. 76 λασίης ἰδρῶσκο χαίτης] Apud Græcos variæ voces confunduntur deſignantes capillitium, χαίτη, πλοκαμίς, τρίχες, κόμη, κορυφή. Hoc enim loco confunduntur τρίχες καὶ χαίτη & κόμη, quæ referuntur ad viros. Alii ita diſtingunt, quod χαίτη & τρίχες ſignificent omne capillitii ſeu pilorum genus, πλοκαμὶς & κορυφὴ, capillitium ad modum corymborum, κόμη, cæſariem fœmineam. Phocylides circa finem,

Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδας.
Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μηδ' ἄμματα λοξὰ κορύμβων·
Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαῖς δὲ γυναιξί.

V. 84. μόνιον δάκος] Sequor Scholiaſtæ expoſitionem; quando quidem in hoc, ut plurimum, diſtinguuntur feræ a cicuribus, aut domeſticis animalibus, quod illa ſolitarie, hæc gregatim ad paſcua abigantur. Tribonianus, §. 1. Inſtitut. de lege Aquilia. *Quod autem non præciſe de quadrupede, ſed de ea tantum, quæ pecudum numero eſt, cavetur, eo pertinet, ut neque de feris beſtiis, neque de canibus cautum eſſe intelligamus, ſed de iis tantum quæ gregatim proprie paſci dicuntur.* Unde Apuleius, lib. 6. oves feras, formidabileſque deſcripturus, non eas gregatim paſci dicit; *Verum*, inquit, *oves nitentes, aurique colore florentes, incuſtodito paſtu vagantur.*

V. 88. Ἀρκαδίην ἐπὶ Πανός.] Quia deus Arcadiæ præſes paſtorum eſt, qui in Arcadia quam plurimi. Virgilius, Ecl. x.

—— —— Pan deus Arcadiæ venit.

Unde verſus dicti Mænalii, id eſt Arcadici. Idem Ecl. VIII.

Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus.

a Mænalo monte altiſſimo Arcadiæ, de quo poëta noſter. Statius lib. 9. Theb. v. 639.

—— & in mediis frondentem Mænalon aſtris.

V. 89 ἵνα οἱ τοκάδες κύνες εἶδαρ ἔδωσιν] Quo canes ſint in feras ferociores, eos aut ſanguine, aut carne paſcunt; ſaltem feras diſcerptas illis tribuunt. Phocylides, v. 136.

Μηδέ τι θηρόβορον δαίσῃ κρέας, ἀργίποσιν δὲ
Λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδοντες.

V. 91. παρουατίδες] Auripetas, quia aures petunt ferarum, quibus illæ ducuntur, ut freno caballi. Exiſtimat Vulcanius hanc vocem bene ver-

verti poſſe per *auritos*, verum male : in canibus enim venaticis commendantur breves aures. Ita Oppianus deſcribens ab omni parte canem perfectum, Κυνηγ. Α. v. 403.

— — βαιὰ δ' ὕπερθεν
Οὔατα λεπταλέοισι πελειάδουσιν ὑμένεσσι.

Hoc eſt,

— — breves autem ſuperne
Aures tenuibus obducantur membranis.

Ibid. ἵνα δ' αἰόλον] Canes variegatos commendat poëta, de quibus Oppianus, Κυνηγ Α. v. 469.

— ἀτὰρ μεγάλης ἀντάξιον ἔμμεν' ἀοιδῆς
Τὰς τρέφεν ἄγρια φῦλα Βρεττανῶν αἰολονώτων.

Id eſt,

— attamen (ejuſmodi, quod) magna dignum ſit prædicatione,
Quos educarunt fera ſecula Britannorum terga pictorum.

Forte, quia præ ſe ferunt ſpeciem externam tigridum, quæ αἰολόνωτοι ſecundum Oppianum, & ideo habent robur & celeritatem.

Ibid. οἵ ῥα λέοντας Αὐτὺς αὖ ἐρύοντες] De leonum pugna canumque, & iſtos ſæpe, quamvis efferatiſſimos, fuiſſe ab hiſce ſuperatos, hiſtoriæ fidem faciunt. Curtius lib. IX. *Nobiles ad venandum canes in ea regione ſunt; latratu abſtinere dicuntur, cum vidêre feram; leonibus maxime infeſti. Horum vim ut oſtenderet Alexandro, in conſpectu leonem eximiæ magnitudinis juſſit emitti, & quatuor omnino admoveri canes, qui celeriter occupaverunt feram: quum ex iis qui adſueverant talibus miniſterii unus, canis leoni cum aliis inhærentis crus avellere, & quia non ſequebatur, ferre amputare cœpit. Nec ſic quidem pertinacia victa, rurſus aliam partem ſecare inſtitit; & inde non ſegnius inhærentem, ferro ſubinde cædebat. Ille in vulnere feræ dentes moribundus quoque infixerat. Tantam in illis animalibus ad venandum cupiditatem ingeneraſſe naturam memoriæ proditum eſt.* Plinius lib. VIII. cap. 40. eandem referens hiſtoriam tradit Albaniæ regem inuſitatæ canem magnitudinis dono Alexandro dediſſe; cujus ſpecie delectatum Alexandrum, urſos, apros, aliaque emitti juſſiſſe, contemptu immobili jacente cane; & ea ſegnitie offenſum Imperatorem, eum interimere juſſiſſe. Quod ubi regi nunciatum, alterum mittens, addidit, mandata ne in parvis experiri vellet, ſed in leone elephantove : duos ſibi fuiſſe; hoc interempto, præterea nullum fore; & cum non diſtuliſſet Alexander, leonem fractum protinus vidiſſe. De talibus Oppianus, Κυνηγ. Α. v. 416.

Ὅσσοι μηδὲ λέοντας ἑὺς τρείουσιν ἄνακτας.

Id eſt,

Qui ne quidem leones ſuos horrent reges.

V. 92. αὖ ἐρύοντες] Fuſe diſputat Vulcanius de voce αὖ, & exiſtimat deſignare *reſupinum*; quod probari poterit, quia reſupinare ſolent quandoque feræ, dum ſe victas ſentiunt. Ita urſi in dorſum a canibus trahuntur, dum cum iis committuntur : & notum canes victos reſupinos ter-

terræ incumbere: quod etiam in quibuſdam feris facile admittas, quæ duobus poſtremis pedibus inſiſtentes facile a canibus in terga dejiciuntur. Poterit etiam admitti ſignificatio Stephani *retrotrahi*. Quia dum fugiunt feræ, ictuſque evitant, a canibus ſuperatæ ſæpiſſime ab iis retrotrahuntur. Exemplo ſunt cuniculi, ſimileſque feræ, quæ ſi forte antris ſuis ſint vicinæ, ſe evaſuras ſperant; verum a canibus eo acrius inſiſtentibus retrotrahuntur, qui poſteriores earum partes morſu prehendunt.

V. 94. *κυνοσκελίδας*] Eos ex vulpe & cane prognatos refert Scholiaſtes, quia iſti ad curſum celeriores. Quicquid enim celeritatis canibus deficit, ab vulpe ſuppletur. Hinc vulpibus ſimiles eos vult Oppianus, Κυνηγ. A. v. 432.

῎Η καὶ ἀλωπήκεσσι.

ſupple, ἴκελοι. Ita quidam canes ex cane & tigride naſcuntur, quorum mentionem facit Diodorus lib. 17. alii ex lupo & cane, uti de Gallorum canibus ſcribitur.

V. 95. *οὐ μύοντα λαγωόν*] Non conniventem, ſeu indocilem nictus, Vulcanius. Oculi dicuntur inconniventes, quando ſunt adaperti, vigilantes, ſine ulla nictatione, ſine ulla palpitatione: poteſtque hoc duplici ſignificatione dici; vel quia oculi ſemper ſunt ſtati & immobiles, uti hoc de Socrate meminit Gellius; uti colligere hoc etiam licebit in iis, qui vel metu conſternati immobiles ſtant, vel ſpeculando oculis cuidam objecto videntur intenti, quod tamen non vident, nec obſervant; vel quia oculi ſunt vigiliis mancipati & addicti, adeo ut nuſquam non conniveant, quales ſunt oculi leporis, ad quemvis ſtrepitum ſibi metuentis, ideoque ad ſingula circumſpicientis. Eleganti & ſimili de draconibus loquendi modo utitur Apuleius l. VI. *Longa colla porrecti ſævi dracones, inconnivæ vigiliæ luminibus addictis, & in perpetuam lucem pupillis excubantibus.*

V. 97. Σημῆναι] Eleganter de canum indagine eadem hac voce utitur Oppianus, Κυνηγ. A. v. 450.

—— —— *μέροπες μὲν ἄρ᾽ αἰολόβουλοι*
῎Ομμασι τεκμήραντο, καὶ ἐφράσσαντο κέλευθα;
Μυξωτῆρσι κύνες δὲ πανίχνια σημήναντο.

Hoc eſt,

—— —— *& homines quidem verſuti*
Oculis luſtrant & obſervant vias:
Naribus autem canes quævis veſtigia deſignant.

Poteſt autem duplex eſſe ſenſus, aut quia canes explorant naribus, aut quia naribus præmiſſis hominibus ſignant, ubinam feræ conſideant.

V. 111. *῎Εντεα καὶ ζώνη*] Zona Dianæ commendatur, tum quia virginitatis cuſtos, tum quia illa vocata *λυσιζώνη*, *ſolvens zonam*, quia eo liberius puerperæ pariebant. Sumitur igitur hoc loco zona pro ornamento muliebri. Ita Heliodorus in Aethiop. III. *ζώνη ἐπεβέβλητο τοῖς στέρνοις*, id eſt, *zona pectus præcinxerat*: quam Ariſtænetus epiſt. I. vocat *κεστὸν*, de muliere; *τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο.* Obſervo vero non ſolum

Græ-

Græcis zonam deſignare eam, quæ mulieribus propria, ſed & quæ viris; ita milites ζωςῆρες ſupra vocati, quia zona cincti: & ſic Latinis zona virilis. Libro 48. D. de bonis Damnator. *Nec ſi zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi vindicare debebit, ſed veſtem, qua is fuerit indutus, aut nummulos inveterales.* Deinde per zonam non ſolum intelligitur illa faſcia, ſeu cingulum, quo quis cingitur, ſed ſaccus oblongus, ſeu marſupium in quo pecunia reconditur. Juvenalis, ſat. v. v. 546.

Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur
Obrutus, & zonam læva morſuque tenebit.

V. 125. λοιμός] *Peſtilentia*: nam male *peſtilitas*, qua voce tamen uſus eſt Lucretius. *Peſtis* etiam minus proprie. Peſtis enim malum quoddam, in genere, idem quod *calamitas*. *Lues* ergo, ſeu morbus contagioſus. Ita de morbo peſtilentiali ſub Veſpaſiano Euſebius & Hieronymus in Chronico: *Lues ingens Romæ facta: ut per multos dies in ephemeridem decem millia ferme mortuorum hominum referrentur.* Talem etiam luem Græcis Apollinem immiſiſſe propter virginem ſui ſacerdotis captam meminit Homerus. Ratio non obſcura; aëri potiſſimum præſunt Diana & Apollo; cumque morbus peſtilentialis ex aëris contagione oriatur, non mirum ſi poëtæ diis iſtis hæc mala accepta tulerint. Ita Lucretius lib. VI.

—— —— *Fit morbidus aër*
Atque ea vis omnis morborum, peſtilitaſque,
Aut extrinſecus, ut nubes, nebulæque, ſuperne
Per cœlum veniunt; aut ipſa ſæpe coorta
De terra ſurgunt, ubi putrorem humida nacta eſt,
Intempeſtivis pluviiſque & ſolibus icta.

& poſt loquitur de aëre infecto.

Et cum ſpirantes mixtas hinc ducimus auras.
Illa quoque in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt.
Conſimili ratione venit bubus quoque ſæpe
Peſtilitas, etiam pecubus balantibus ægror.

Ibid. κτήνεα καταβόσκεται] Elegans locutio, quaſi contactu hoc malum ſerpat, & ita depaſcat ſingula. Cur κτήνεα? quia ſæpiſſime obſervatum hoc contagii genus primum animalia bruta confeciſſe. Ita apud Homerum primo canes, mox reliqua conficiuntur peſtilentia. Eadem ratione, qua homines, bruta confici Lucretius lib. VI. loco citato docuit. Herodianus vero, l. 1. 12. Πολλὴ φθορὰ ὑποζυγίων. & apud Apuleium lib. IV. de urſis. *Nam diutina captivitate fatigata ſimul & æſtiva flagrantia macerata, pigra etiam ſeſſione languida, & repentina correpta peſtilentia, pene ad nullum rediere numerum.*

V. 126. Κείρονται δὲ γέροντες] Nolim hic intelligi buſta ſenum ac juvenum, verum ſenes ſuper interitum juvenum lugere. Solent enim veteres capitis fœdatione luctum demonſtrare. Herodianus l. 1. 13. λυσαμένη τὰς τρίχας.

V. 137. Εἴην δ' αὐτός] Varius hujus vocis ſenſus: vel, *Sim & ego* *ve-*

verax, uti Stephanus; vel, *Sin & ego tibi cura, uti & ille qui verax:* quod videtur velle Scholiaſtes Græcus; vel, *Sin & ego viciſſim ei amicus, qui mibi.* Illa enim demum vera eſt amicitia, quæ inter amicos eſt. Non enim ab una parte conſiſtit amicum eſſe ei, qui tibi viciſſim non eſt amicus.

V. 146. Τιρύνθιος ἄκμων] Videtur hoc ideo referri ad id quod nequit defatigari, non ad id quod quieſcit, quæ ſignificatio tamen huic loco propria. Dicitur quippe ante portas cœli ſtare, neque operam dare certaminibus. Videtur autem Hercules appoſitus cuſtos cœli, qui etiam intrepide adiit loca infernalia.

V. 157. Καὶ βόες ἀνθρώποισι κακόν] Male. quid meruere boves, animal ſine fraude doloque? Loquitur igitur Hercules, qui non obſervat in dictione τὸ πρέπον. Perſona ergo, quæ introducitur, quandoque vitium committit, non poëta. Paſtor apud Virgilium Eclog. 1.

Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi
Stultus ego huic noſtra ſimilem, quo ſæpe ſolemus
Paſtores ovium teneros depellere fœtus.

V. 160. Παύσατ' ἀδηφαγίης] Herculis voracitatem eleganter Epicharmus deſcribit in Buſiride.

Illum ſi edentem videris, ſtrepunt genæ,
Intus ſonat guttur, ſonat maxilla, dens
Stridet caninus, ſibilant nares, movet
Aures ſicut armenta ſolent haud minus.

V. 163. πουλὺ νέμεσθαι] Quæ hæc conſtructio? quis ſenſus, *multum pabuli?* Sed vix videtur hoc explicari poſſe per infinitivum, niſi dicamus *multum paſtus*, id eſt ut depaſcantur: νέμομαι eſt depaſcor: niſi hic ſignificationem illam admittamus, quam etiam notat Budæus: *ut fruantur, ut victitent pabulo.* In Pandectis Græcis νέμεσθαι pro *poſſidere.*

V. 165. Ὠκύθοον τριπέτηλον] Τρίφυλλον. Triplex ejus genus. Τρίφυλλον, πόα μηδική, & λωτός Summus Salmaſius exiſtimat, id, quod Græci τρίφυλλον abſolute vocant, odoratum eſſe & bitumen reſipiens; unde & ἀσφάλτιον cognominatur, etiam μινυανθὲς, quia minii coloris florem geſtat. Deinde πόαν μηδικὴν ſecundam ſpeciem facit; id eſt, herbam medicam. jumentorum pabulo olim in primis commendatam. Tertiam ſpeciem facit λωτὸν τρίφυλλον, lotum trifolium, trifolium pratenſe, trifolium vulgare, de quo poëta, quod citiſſime excreſcat. Exiſtimat autem Summus Vir, id τρίφυλλον, quod Græci ita abſolute vocant, & ſubſtantive, odoratum eſſe, & bitumen reſipere. Si per Græcos intelligat communem loquendi modum, facile largior; ſi vero putet nuſpiam τρίφυλλον abſolute ſumptum deſignare *pratenſe trifolium*, neſcio an non contrarium indicari poſſit. Certe Scholiaſtes vocem ponit abſolute: τὸ ταχέως ἀνατέλλον τρίφυλλον; nam loquitur de trifolio pratenſi; neque hic poterit intelligi aut λωτὸς, aut πόα, aut βοτάνη, cum ponatur abſolute, & ſubſtantive, in neutro genere.

V. 181. ἀλλὰ θεῆται] Sol dicitur omnia intueri, in quantum eſt com-

muno

mune mundi lumen, ac pervidens omnia; unde ab Homero *Jovis oculus* appellatur, qui cuncta rimatur, perſpicit, nota facit. Dicitur vero peculiari ratione intueri actiones hominum, aliorumque, vel quando ſtupet, & quaſi in admirationem rapitur propter res adſpectu dignas, vel propter geſta turpia, quæ perpetrant homines. Seneca, Med. v. 28.

—— —— ſpectat hoc noſtri ſator
Sol generis! & ſpectatur, & curru inſidens
Per ſolita puri ſpatia decurrit poli:

quam eandem Medeam non nemo ſic loquentem introducit:

Juppiter, tuque adeo Sol, qui res omnes inſpicis,
Quique tuo lumine, mare, terram, & cælum contines,
Inſpice hoc facinus priusquam fiat, prohibe ſcelus.

V. 190. Βριτόμαρτιν] Britomartis, quæ ſecundum nonnullos Jovis filia, ex Charone nata, fuit Dianæ gratiſſima. Britomartis dicta ſecundum Solinum *Brito martis*, quod Cretenſibus *virginem dulcem* ſignificat: Βριτὸς μαρτὶς, non μάρπα, ut vult Stephanus. Dicta eadem Virgilio *Aphea*, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, a jactu. Eadem *Gortinis* dicta a Gorte urbe Cretenſi, ſecundum Stephanum, in qua vixit. Cur vero Dianæ fuerit gratiſſima, notiſſimum; ſimile gaudet ſimili: nam Britomartis tantum venationibus fuit intenta. Commendatur variis de cauſſis; præſertim quia ἴυσκοπος, quod vertunt *circumſpectam*; male, meo judicio; niſi quis ideo velit eam circumſpectam, quod in venationibus circumſpicimus ut feram inveſtigemus, & ita caute progredimur, id eſt lento ac ſilentioſo gradu, quo ferarum luſtra detegantur, ideo ad quævis advertimus. Oppianus Κυνηγ. A. v. 451.

——— μέροπες μὲν ἄρ᾽ αἰολόβουλοι
Ὄμμασι τεκμήραντο καὶ ἰφράσαντο κέλευθα.

Hoc eſt,

—— — & homines quidem verſuti
Oculis luſtrant & obſervant vias.

Potiſſimum tamen illa ſignificatio hic locum habebit, quæ refertur ad jaculandi peritiam. Eam enim commendaverat poëta in Diana, v. 119. & 262. ἰυστοχίην vocat artem jaculandi. Herodianus in Commodo, cap. 15. πλὴν ἀνδρείας καὶ ἐυστοχίας παρὰ τοῖς δημώδεσιν εἶχέ τινα χάριν. Ergo hoc loco impropria non poterit eſſe locutio, cum ſermo ſit de venatione, ſed proprie ponitur pro collimatione ad ſcopum, ſeu metam. σκοπὸς quippe Græcis deſignat metam. Herodianus ibidem de Commodo, οὐδέποτε σκοπὸν ἄλλον ἔχειν. Athenæus lib. 16. Βάλλειν ἐπὶ τὸν σκοπόν.

V. 197. ὄθεν μιτίσητα Κύδωνες Νύμφαν &c.] Qui Cydones montem Dictynnam vocant, cum longe a Dictoo monte diſtet Cydonia? Reſpondeo diſtinguendum inter Cydones & Cydoniatas: hi dicti tales a Cydonia, non iſti, qui Cretenſes, Poëtarum more. Sic *Cydonia tela*, pro ſagittis Creticis poëtæ appellant. Ita quod de eadem dea Poëta noſter dicit v. 197. & ſeqq. *Cydones* feſta peragere huic deae, Diodorus dixit *Cretenſes* hoc agere; ergo Cydones & *Cretenſes* hic pro iiſdem. Diſtinguunt alii inter Dictynæum & Dictæum. Ille eſt ad mare, & promon-

montorium, non Dictæum: & Dictynnæus vocatus a Dictynna urbe Cretæ, uti vult ſummus Salmaſius. Male igitur Friſchlinus, qui exiſtimat eo nomine reprehenſum a Strabone fuiſſe Callimachum, quod referat Minoem regem tam impium fuiſſe, ut concubitus gratia Dictynnam inſequeretur. Certum eſt enim Strabonem hoc nomine poëtam notare, quod Dictæum montem cum Dictynnæo confundat, ut notat doctiſſ. Salmaſius in Solinum. Neque repugnat Diodorus Siculus: non enim eos procul a vero abeſſe docet, aut dicit, qui Callimachi ſententiam ſequuntur: verum, inquit, alii exiſtimant & dicunt eos, qui ita ſentiunt, a vero aberrare. Verba ejus ſunt: *Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασὶν, ὡς ἡ Βρετόμαρτις φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυνα ὑπὸ τῶν κυδωνίων προσαγορευθεῖη.* Id eſt, *Non bene etiam a Callimacho dictum ait, Britomartin Minois vim fugientem deſiluiſſe in retia piſcatorum, indeque Dictynnam appellatam.* Videndus Salmaſius in Solinum pag. 171. edit. Pariſ.

V. 205. *ἐπωνυμίην ἀπὸ νύμφης.*] Duplici ſenſu. Scilicet ſortitur nomen a Dictynna; unde ipſa *Dictynna* vocata Silio Italico Punicorum lib. xv. v. 766.

Ut cum venatu ſaltus exercet opacos
Dictynna.

& Senecæ in Med. v. 795.

Inque auxilium, Dictynna, tuum
Pretioſa ſonent æra Corinthi;

vel a Britomarti nympha; unde Dianam eandem putant cum Britomarti Diodorus lib. v. & Solinus Polyhiſtor. *Cretes Dianam religioſiſſime venerantur, Britomartem gentiliter nominantes.*

V. 216. *κούρην Ἰασίοιο*] Fertur fuiſſe filia Schœnei. De hac loquitur noſter, quia eam commendat a venandi peritia. Beroaldus ad Propertium notat eam fuiſſe Jaſii neptem, Schœnei filiam, quem reprehendit Muretus in notis ad Propertium, ſed male. Certum enim eam Atalantam fuiſſe Schœnei filiam, quæ venatrix & eximia jaculatrix, quæque aprum interfecit. Oppianus Κυνηγ. Β. v. 26.

Σχοινῆος προφέρουσα δὲ κλυτὴ θυγάτηρ Ἀταλάντη
Θηρσὶ φόνον τεύξασα, συνεβόλος εὕρατο κούρη.

Hoc eſt,

Schœnei vero prima generoſa filia Atalanta
Feris eadem allatam apri interfectrix repperit puella.

Aſt eadem illa poëtæ noſtro *κούρη Ἰασίοιο*; quæ hoc loco commendatur a jaculandi peritia, a *συνεκτονίᾳ* &c. non alia ergo Schœnei filia, & Jaſii, aut Jaſionis neptis. Non alia ab Arcadica Atalanta, ſecundum Ælianum lib. xiii. Variar. Hiſtor. cap. 1. Eadem illa quæ curſu nobilis, quæque ab Hippomene victa, quia & hæc Schœnei filia. Auctor laſcivi carminis,

Qualibus Hippomenes rapuit Schœneida pomis.

quæque a Meleagro adamata. Diodorus lib. iv. *Μετεχούσης δὲ τῆς κυνηγίας*

γίας Ἀταλάντης τῆς Σχοινέως, ἐρασθεὶς αὐτῆς ὁ Μελέαγρος, παρεχώρησε τῆς δορᾶς καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀριστείαν ἐπαίνου. h. e. *Inter venationis autem ſocios Atalanta, Schœneo nata, ſimul erat. Huic exuvias, ipſamque rei præclare geſtæ laudem (puellam enim deperibat) Meleager conceſſit.* Vide Muretum ad eleg. 1. libri 1. Propertii.

V. 221. Ὑλαῖον] Hylæum & Rhœcum ſagittis ab Atalanta confixos fuiſſe teſtatur etiam hoc loco Scholiaſtes. Et ideo, quia vim inferre Atalantæ fuere conati. Aliam rationem nobis ſuppeditat Propertius lib. 1. eleg. 1. Scilicet Minalionis amore tacta puella, ægre tulit eum ſagittis a rivali Hylæo fuiſſe vulneratum, & forte ideo iſtum interfecit.

Ille etiam Hylæi percuſſus vulnere rami,
Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.

Ovidius lib. 2. de arte Amand. v. 191.

Senſit & Hylæi contentum ſaucius arcum.

V. 228. προτόθρονι] Id eſt ſedis prærogativa, vel loci prærogativa: & ille dicitur loci gaudere prærogativa, qui primum inter omnes locum obtinet: qualis eſt præſes, antiſtes. Qualis & in imperio regina, quæ omnibus præfertur, adeo ut in theatro, in concione, & ubique quemvis loco excitare poſſit, & in eo ſedere. Herodianus lib. 1. Ἐπεὶ δὲ ὁ Κόμμοδος γυναῖκα ἠγάγετο Κρισπῖναν ὄνομα, ἀνάγκη τε ἐγένετο τὴν προεδρίαν ἀπονέμεσθαι τῇ τοῦ βασιλεύοντος γυναικί. hoc eſt, *Poſtea vero quam Commodus uxorem duxit Criſpinam, ac neceſſe fuit principis uxori primo loco cedere.* Et vox *throni*, quæ hoc loco occurrit, tributa diis & magiſtratibus, qui deorum vicem in terris gerunt, idem ſignificat quod ἕδρα. Heſychius, πάρεδρος, παρακαθήμενος, παραμένων, σύνθρονος. Ea vox tributa diis in inſcriptione Antinoi, quam attulit ſummus Salmaſius in notis ad Hiſtoriam Auguſtam in Spartiano, pag. 38. edit. Pariſ. Θεοῖς ἀδελφοῖς συνθρόνοις τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Θεοῖς. tributa illa quoque imperatoribus. Herodianus lib. 1. 8. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις. Id eſt, *nam & ſella imperatoria ſeſſitabat in theatro.* Sed quæritur qui potuerit Dianæ adſignari προεδρία, cum nec primum locum teneat in deorum ſynodo, nec ſecundum. Ita enim poeta noſter antea v. 169. dixerat, eam alterum ab Apolline tenere locum; igitur a Jove ad minimum tertium occupat ſubſellium. Forte ideo προεδρίαν adſignat Dianæ, quia ſupra veri fidem elevet ejus majeſtatem, uti hiſtoricis quandoque evenire ſolet, multo magis poetis. Vel quia prima eſt, id eſt in ſupremo deorum collegio, & magno illo conſilio, in quo ſex dii, totidemque deæ, ipſeque Jupiter præſes, qui vocati fuere dii majorum gentium: ergo ipſa ſuprema Diana, & πρωτόθρονος, quippe quæ majus ſubſellium, & prius ſubſellium, omnibus majoribus diis commune occupabat, quod in ordine ſubſellii inferioris, in quo erant minorum gentium dii, erat primum, licet Diana inter majores deos a Jove non fuerit altera: ita Deorum maximi, quia ordine primi, ſeu in primo ſubſelliorum ordine, quamvis non omnes in primo gradu primi. Artemidorus vocat μείζονας τῶν Θεῶν καὶ πρεσβυτέρους καὶ τάξει προύχοντας. Notandum vero veteres maximam præſeſſus

habuiſſe curam. Tacitus, libro tertio Annalium. *Ac forte parva res magnum ad certamen progreſſa, prabuit juveni materiam apiſcendi favoris*, vel, ut alii, *adipiſcendi. Domitius Corbulo pratura functus de L. Sulla nobili juvene queſtus eſt apud ſenatum, quod ſibi inter ſpectacula gladiatorum. loco non deceſſiſſet.* &c. Quin & apud Herodianum, lib. 1, de Lucilla ſorore Commodi natu maxima legere eſt illam adeo de *pracedentia*, detur venia verbo, fuiſſe ſollicitam, ut dum Criſpinæ uxori Commodi cedere cogeretur, conſilium iniverit de Commodo e vivis tollendo.

V. 229. *πηδάλιον ἐγκάτθετο*] Diis multa olim fuerunt oblata, quæ tanquam anathemata iis fuere conſecrata, id eſt, devota. Talibus templa & fana ornata ac repleta, præſertim ea, quæ majori cuiquam deorum dicata. Refert hoc Herodianus lib. 1. 14. de Pacis templo, *ἀναθήμασι κεκοσμημένον χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου.* Quod factum vel devotionis cauſſa, vel etiam gratia ſecuritatis. Herodianus ibidem, *δι' ἀσφάλειαν*, & poſt, *ἕκαστος δὲ ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε ἐθησαυρίζετο.* Deinde cum illi quid anathemate diis devovebant, iis dicabant quorum ope ſe periculum evaſiſſe credebant, & quidem tale quid, quod periculo iſti interfuerat, aut cujus ope periculum evaſerant. Ita poëta de Agamemnone, qui clavum dicavit Dianæ. Sic etiam Dianæ illa dicata quibus aliquid inchoaturi utebantur, ſi hoc proſpere ceſſiſſet: ut venatores, qui canes & ſpicula Dianæ offerebant pro anathemate, vel etiam partem prædæ. Xenophon Cyrop. *καὶ εὐξάμενον τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ ἀγροτέρᾳ μεταδοῦναι τῆς θήρας*, hoc eſt, *invocato Apolline & Diana venatrice, venationis partem pollicendo.* Seneca in Hippolyt. v. 73.

Tua ſi gratus numina cultor
Tulit in ſaltus, retia vinctas
Tenuere feras, nulli laqueum
Rupere pedes; fertur plauſtro
Præda gementi. tum roſtra canes
Sanguine multo rubicunda gerunt.

V. 243. *σύριγξις*] Fiſtulæ genus e canna confectum paluſtri, ſeu ex arundine. Ita dicta vel a Syringa Arcadiæ nympha, vel quia Pan primus ex cannis & arundinibus in amoris ſui ſolatium fertur confeciſſe fiſtulam. Ergo arundineæ fiſtulæ primus fuit ille auctor: quæ tibiis nondum inventis dicitur Amazonibus in uſu fuiſſe. Modus tale fiſtulæ genus conficiendi deſcribitur Virgilio, Ecl. 11.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit.

Id eſt, ille primus fiſtulam invenit e calamo, i. e. arundine: ita enim eadem Ecl.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula.

Hinc etiam Pan dicitur *συρίκτης*. tum quia primum *μόναυλον*, deinde *πάναυλον* invenit. Unde forte errorem Euſebii notare licebit; tradentis nempe lib. 11. Præp. Euang. cap. 3. quod *fiſtulam, quam Graci ſyringa vocant, dea Cybele prima invenerit.*

V. 244.

V. 244. *ὀστέα τετρήνοντο*] Aliud deſcribit fiſtulæ genus, non e cannis aut arundinibus, ſed materia firmiore, oſſibus cervinis conſtans: quod dicitur Minervæ opus. Forte omnia opera admiranda Minervæ accepta ferenda, tanquam dearum ſapientiſſimæ, quæque ex ſententia Scholiaſtæ Græci *πάσης ἔφορος τέχνης*. Diſputant tamen cujus hoc ſit inventum. Summus Scaliger de re poët. lib. 1. cap. 4. inventionem tibiæ Oſiridi tribuit, poëta noſter Minervæ, alii Marſyæ, ut Martianus, alii Phrygibus, ut Iſidorus, & qui eadem de tibiis, quæ hic poëta. *Tibias*, inquit ille, lib. 2. Orig. cap. 20. *excogitatas in Phrygia ferunt: has quidem diu funeribus tantum adhibitas: mox & ſacris gentilium. Tibias autem appellatas putant, quod primum de cervinis tibiis, cruribuſque hinnulorum fierent; deinde per abuſionem ita cœptas vocari etiam quæ non de cruribus oſſibuſque eſſent.* Poterunt auctores conciliari, ſi dicatur Minervam primitus tibiam inveniſſe, eamque dum inflatu faciem deformari videret, abjeciſſe prope Tritonida paludem in Phrygia. Propertius lib. 11. Eleg. 30.

Hic locus eſt, in quo tibia docta ſones:
Quæ non jure vado Mæandri jacta nataſti,
Turpia cum faceret Palladis ora tumor.

Eandem tibiam ad Marſyæ Lydii inventum referri, in quantum ille tibiam abjectam aſſumpſit, eaque uſus eſt, uti erat tibicen. Etiam tibiæ inventum ad Phrygas referri, in quantum Phrygius quis modus, aut ſonus Pelopis Phrygis inventus, vel in quantum aliud tibiæ genus a Phrygibus excogitatum; flexum ſcilicet cornu, quod jam vocamus *cornetam.* Tibullus lib. 11. Eleg. 1.

Obſtrepit & Phrygio tibia curva ſono.

Si vera loqui liceat relictis fabulis, ſacra nobis prælucet pagina, quæ inventionem fiſtularum & organorum tribuit Lamechi filiis.

V. 246. 247. *Αἱ δὲ πόδεσσιν ὖλα κατεκροτάλιζον*] Qnid hoc, cum crotala eſſent inſtrumenta, quibus manu retentis ſonum edebant? Forte ideo, quia pedibus ſimilem fere ſtrepitum excitabant, vel quia pedes ad modum & menſuram crotali, quod manu tenebatur, movebantur. Vel niſi parva tintinnabula pedibus ſint alligata, ut Cl. Vulcanius in notis ad hunc locum exiſtimat.

N O T Æ

A D

H Y M N U M

I N

D E L U M.

V. 19. Κύρνος ἐκ ὀνοτή] Dicitur hic Corſica haud vituperanda, quod eſt plurimum laudanda; quod quo jure hoc dicatur a poëta noſtro diſputant. Præſertim cum fuerit ſcopuloſa, & præfractis aſpera rupibus, & ideo ſterilis. Claudianus lib. de Bello Gildon. ſub finem: *Cæcis vitatur Corſica ſaxis.* Et Seneca Tragœdus in Octavio de Seneca Philoſ. Act. 2. Sc. 1. v. 6.

Remotus, inter Corſici rupes maris.

Quod etiam magis confirmatur exilio Senecæ Philoſophi, qui a Claudio in Corſicam relegatus, non quod foret inſularum optima, ſed peſſima. Ita enim idem de ſuo exilio in calce Epigrammatum, ſe *ſcopulo infigendum*, quod in Corſicam mitteretur. & in conſolatione ad Helvidiam, *deſerta loca, & aſperrimas inſulas, Sciathum, & Seriphum, Gyarum, & Corſicam pete*, ubi tamen alii *Coſuram* legunt. Dicendum Corſicam inſulam, quæ Græcis *Cyrnos* dicitur, uti poëtæ noſtro, & Diodoro Siculo, eſſe quidem montoſam, aſperam, & hoc nomine vituperandam, verum tamen multis nominibus laudandam. Sic enim de ejus pulchritudine & amœnitate Diodorus Siculus lib. v. *Μετὰ δὲ τὴν Αἰθαλίαν νῆσός ἐςιν ἀπέχυσα μὲν ταύτης ὡς τ̅ ςαδίυς, ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων Κύρνος, ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἐγχωρίων Κόρσικα. αὕτη δὲ ἡ νῆσος ἐυπρόσορμιςος ὖσα, κάλλιςον ἔχει λιμένα τὸν ὀνομαζόμενον Συρακόσιον.* Hoc eſt, *Ab Æthalia porro inſula eſt* CCC *ſtadiis remota, quam Græci Cyrnon, Romani & indigenæ Corſicam appellant. Hæc aditu perquam facilis, portum habet longe pulcherrimum, nomine Syracuſium.* Et paulo poſt, *Ἐπὶ δέ τινας χρόνυς τῶν ἐν τῇ Κύρνῳ πόλεων κυριεύοντες, ἐλάμβανον παρὰ τῶν ἐγχωρίων φόρυς, ῥητίνην, καὶ κηρὸν, καὶ μέλι, φυομένων τύτων δαψιλῶν ἐν τῇ νήσῳ.* Id eſt, *Interim dum aliquandiu Corſicæ urbes in poteſtate habent, tributa ab incolis exigebant, reſinam, ceram, mel: quorum largus ibi proventus eſt.* Et poſt, *Ἡ δ' ὅλη νῆσος ἐυμεγέθης ὖσα, πολλὴν τῆς χώρας ὀρεινὴν ἔχει, πεπυκασμένην δρυμοῖς συνεχέσι, καὶ ποταμοῖς διαῤῥεομένην μακροῖς. οἱ δ' ἐγχώριοι τροφαῖς μὲν χρῶνται, γάλακτι, καὶ μέλιτι, καὶ κρέατι, δαψιλῶς πάντα ταῦτα παρεχομένης τῆς χώρας.* Hoc eſt, *Inſula hæc quaquaverſum ampla, magna ſui parte men-*

montoſa eſt, & frequentibus ſylvis opaca, magniſque fluminibus irrigatur. Incola pro nutrimento utuntur lacte, melle, carnibus, qua regio hac affatim prabet omnia. Neque obſtat quod vult Friſchlinus ex Strabone, male inhabitari Corſicam; forte enim ideo dum ab exteris poſſidebatur quondam, male inhabitabatur; nec id obeſt quod Seneca conqueritur. Omnis enim terra nobis patria ingratior; præterquam quod ideo ingratiſſima, quia a barbaris inhabitabatur, quorum alienus nec facilis intellectu ſermo erat, uti loco citato Diodorus. Sic enim de ſuo querebatur exilio Ovidius:

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli:

Et,

—— —— *nec ſonant verba Latina Geta.*

Vel ſecundo dici poterit hoc nomine laudatam poëtæ Corſicam, quo laudatur Delus, quæ dicitur immota & ἄτρομος; & hic Corſica, quæ immota & inconcuſſa eo magis, quo magis lapidoſa eſt, & ideo non aratri inexperta, uti Delus.

V. 21. Σαρδώ] Etiam Σαρδὼν a Ptolemæo, Stephano, aliiſque dicta *Sandaliotis* & *Ichnuſa* Solino Polyhiſtori. Forte quia veſtigii pedis ſimilitudine gaudet, unde vult Friſchlinus v. 19. μετ' ἴχνια referri poſſe ad Sardiniam, ſed male. Quod enim eo loci appellative ſumitur, non debet tanquam proprium nomen ad aliud transferri. Sardiniæ epitheton eſt ἱμερόεσσα: inſula & magnitudine, & frequentia hominum, & fructuum proventu præſtans. Sed qui poëtæ noſtro laudanda multum Sardinia, cum inſularum ſit inſaluberrima, atque adeo peſtilenti aëre famoſa? Dicendum poëtam in laudatione terræ reſpexiſſe fertilitatem, non *peſtilitatem*, ut amat loqui Lucretius. Hoc nomine laudanda, illo vituperio digna. Ita illam deſcribit Pomponius Mela lib. 11. cap. ult. *Caterum fertilis* [*Sardinia*] *& ſoli quam cœli melioris, atque ut fœcunda, ita pene peſtilens.* Quamvis hoc mihi non ita ſit vero ſimile, cum ut plurimum ubicunque aër venenatus, terra minus fertilis ſit, & ideo annonæ caritas, uti communiter in auctoribus conjuncta legas peſtilentiam & famem vel ſimul vel ſequuta ſe mutuo. Niſi ſecundum Strabonem lib. v. p. 224. edit. Pariſ. dicatur magnam Sardiniæ partem aſperam & parum pacatam eſſe, eamque forte peſtilentialem, aliam non item, eam ſcilicet quæ omnibus rebus affluit. Verba ſunt: *Sardinia magna pars aſpera eſt & parum pacata: magna etiam ſolum habet omnium rerum copia, excellenter autem frumenti beatum.*

V. 41. ἐκ Τροιζῆνος] Pomponius Mela lib. 11. cap. 3. *Epidaurii Æſculapii templo inclyti, & Troezenii fide ſocietatis Attica illuſtres: portus Sarronicus, & Schenitas & Pagonus. Oppida autem Epidaurus & Troezen, & Hermiona his littoribus appoſita ſunt.*

V. 52. ἀντιμοιβῶν] Superflua illa præpoſitio; quia ἀμοιβὸν, & ἀμοιβαῖον dicitur *mutuum.* Herodianus 1. 4. ἀμοιβαίαν ἔννοιαν εἰκότως ἤλπικα: mutuam deſignat benevolentiam aut remunerationem. Si vero de poëtis ſermo, ἀμοιβαῖοι dicuntur ſermones mutui, hoc eſt, alterni, reciproci.

proci: quando ſibi reſpondent, neque unus ſolum continuo carmen recitat. Theocritus Idyl. VIII.

> Πρᾶτος δ᾽ ὦν ἄειδε λαχὼν ἰϋκτὰ Μενάλκας.
> Εἶτα δ᾽ ἀμοιβαίην ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδάν.

Id eſt,

> *Primus autem cecinit ſortito canorus Menalcas:*
> *Deinde alternum excepit Daphnis cantum.*

Quod imitatus Virgilius Ecl. III.

> *Incipe, Damœta; tu deinde ſequere, Menalca:*
> *Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.*

V. 90. τελποδήϊος] Scholiaſtes, ὁ δελφίνης. Legendum cenſeo, ὁ δαφνίνης: quia lauri magna vis in illa prædictione. Vide Hymnum in Apollinem, initio.

F I N I S.

NICODEMI

NICODEMI FRISCHLINI,
BONAVENTURÆ VULCANII,
ANNÆ FABRI,

DEDICATIONES

ET

PRÆFATIONES.

ILLVSTRI ET GENEROSO

DOMINO,

D. PHILIPPO LUDOVICO,

Comiti Hanovienſi & Rineccio, Domino in Minſenberga, &c. D. ſuo clementiſſimo,

NICODEMUS FRISCHLINUS

BALINGENSIS, S.

QUÆ duæ res, Comes illuſtris & generoſe, in omni vita recte ac ſapienter inſtituenda plurimum poſſunt, has ambas una poetice cum voluptate quadam exhibet: optimarum artium & linguarum cognitio, & honeſta ac laudabilis vivendi ratio: quarum altera mens hominis, altera voluntas inſtruitur atque perficitur. Nam & ea quæ in contemplatione rerum divinarum & naturæ, ac perſpicientia veri, conſiſtunt, quæque ad ſocietatem generis humani, & totam hanc vitæ conſuetudinem bene beateque degendam, pertinent, poetæ ſuaviſſimis numerorum & literarum monimentis prodiderunt: ut hac ingenii gloria ſoli cæteris ſcriptoribus anteſerri poſſint ac debeant, quod maximas atque utiliſſimas res, admiranda quadam numerorum ſuavitate, tanquam condimento, conditas, hominum memoriæ commendare voluerit. Neque enim locus ullus a poetis prætermiſſus eſt, qui vel ad doctrinam, ingeniique humani cultum, vel ad mores ac diſci-

plinam reipub. pertineret: ut illi mihi omnem ſapientiam, prudentiam intelligentiamque ſuam ad hos duos ſcopos, tanquam ad Cynoſuram & Helicen, contuliſſe videantur. Quæ quidem cur ita crediderim, niſi quid te detinet, audi. Etenim ſi oculos in univerſam hanc mundi machinam ad remotiſſimas uſque terrarum oras circumferas, nihil tibi uſpiam occurret quod illi verſibus ac dulciſſimis numeris non celebrarint. Poetæ enim rerum occultarum cauſas, varias mutationum vices, admirandaſque ſpecierum metamorphoſes, primi omnium literis mandarunt: poetæ ventorum ortus, fontiumque & amnium ex terra in Oceanum fluxus ac refluxus jucundiſſimis figmentis propoſuerunt: poetæ plantarum atque aſtrorum ſitus, ortus & occaſus, qualitates & effectus, ingenioſe confictis fabulis, tanquam picturis & imaginibus quibuſdam, delinearunt: poetæ terrarum limites, regionum diſtantias, gentium mores & origines, diverſorum animantium naturas, herbarum denique vires primi in lucem ex tenebris eruerunt, & ſuaviſſimorum verſuum monimentis ad ſempiternam poſterorum memoriam tranſmiſerunt. Quid multis? Poetæ eam ipſam facultatem qua feris & brutis animantibus præſtant homines, vel ſoli excoluerunt, ita ut diſperſos in ſylvis homines a ferino victu ad manſuetudinem & vitæ ſocietatem primi revocaſſe credantur. Videntur enim mihi (ut vere dicam quæ ſentio) illi ipſi ſummi oratores, quos tantopere admiramur, non modo linguæ venuſtioris culturam, & vocum nitorem verborumque pondera, ac figurarum ornamenta: ſed omnem etiam animorum motum, in quo maxima oratoris virtus cernitur, ex poetarum libris perdidiciſſe. quod Homeri, Euripidis ac Terentii exemplo, & Quintiliani teſtimonio notius eſt quam ut comprobari oporteat. Quibus ſane rebus intelligitur, poetarum virtute non ſolum omnia doctrinarum genera quodammodo inventa, ſed etiam exculta, & ad hominum utilitatem augendam, literarum adjumento ab iiſdem propagata eſſe. Quæ vero ad mores informan-

dos, & vitæ actiones laudabiliter inſtituendas pertinent, ea ſic a poetis expoſita ſunt, ut a nemine philoſophorum abundantius, perfectius, exornatius. Hi enim quid ſit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicunt. Nam diſcrimen honeſtorum & turpium, dilucide ac perſpicue proponunt non modo exemplis fictis & veris, ſed etiam ſapientiſſimis ſententiis, quibus poetici libri referti ſunt: ad quas, tanquam ad normas & regulas virtutum, omnes hominum actiones referri poſſunt ac debent. Tum vero ad pietatem & religionis cultum cives ſuos, propoſitis & hujus & æternæ vitæ præmiis cumulatiſſimis, invitant: eoſdemque ab impio deorum contemptu, propoſitis pœnarum, calamitatum, & æternorum cruciatuum comminationibus, deterrent. Quæ quidem omnia, Homeri, Heſiodi, Pindari, Euripidis, Virgilii, Horatii, Ovidii, aliorumque vatum exemplis confirmare in proclivi eſſet: niſi unus hic quem tibi, generoſe Comes, offero, Callimachus ad fidem dictorum faciendam oppido atque impendio ſufficeret. Nam ut nihil commemorem de fructu qui ad linguæ Græcæ & Oratoriæ ſcientiæ ſtudioſos ex hoc autore uberrimus redit: nihil de iis quæ ad Coſmographiam illuſtrandam pertinent, (ut quæ de Arcadiæ fluviis, de Cyrenæorum origine, de Cycladum & Deli ſitu, de Peloponneſi & univerſæ Græciæ regionibus, urbibus ac fluminibus exquiſitiſſime dicuntur) quid obſecro ad pietatem & religionis obſervantiam animos hominum magis accendere poſſit, quam illa in altero hymno expreſſa ſententia, qua propoſitis vitæ hujus ampliſſimis præmiis, felici rerum ſucceſſu, opulentia, adeoque copiæ cornu, omnes mortales ad cultum Apollinis ſui invitat?

Ῥεῖά κε (inquiens) βυβόσιον τελέθοι πλέον, ουδέ κεν αἶγες
Δεύοιντο βρεφέων ἐπιμηλάδες, ᾗσιν Ἀπόλλων
Βοσκομθύης ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν· ουδ' ἀγάλακτοι
Οἴιες, ουδ' ἄκυθοι· πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι.
Ἡ δέ κε μυνοτόκος, διδυμήτοκος αἶψα γένοιτο.

Quid vero contra improbos & profanos homines ſævius & atrocius dici ab ethnico potuiſſet, quam ſunt tertii hymni verſus aliquot, divino ſpiritu pleniſſimi, quibus bellum, peſtem & famem omnibus Dei contemptoribus ſeveriſſime comminatur? quum inquit,

Σχέτλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐμμάξεαι ὀργήν.
Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.
Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν· αἱ δὲ γυναῖκες
Ἢ βληταὶ θνήσκουσι λεχωίδες, ἠὲ φυγοῦσαι
Τίκτουσιν. τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη.

Quid contra venuſtius ac dulcius quam quæ pœnis malorum ibidem præmia opponit ſententia, quibus piorum facta excipi & affici docet?

Οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσηαι
Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν, εὖ δὲ γενέθλη
Τετραπόδων, εὖ δ' ὄλβος ἀέξεται. οὐδ' ἐπὶ σῆμα
Ἔρχονται, πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν.
Οὐδὲ διχοστασίη τρώγῃ γένος. ἥτε καὶ εὖ περ
Οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο. ταὶ δὲ θυωρὸν
Εἰνάτερες γαλόῳ τε μίαν πίει δίφρα τίθενται.

Hoc eſt,

O miſeros queiſcunque tuam tu impegeris iram.
Horum armenta lues perimit, grandoque labores:
Orbanturque ſenes, matreſque necantur in ipſis
Sæpe puerperiis, aut enituntur in ægro
Exilio, ut nihil his inſiſtat poplite firmo.
At quibus arrides felix & fronte ſerena,
Fertilis hic ſeges eſt, jumentorumque beata
Fœtura, & pleno promanans copia cornu.
Ante nec occumbunt ſenior quam venerit ætas.
Nec lis orta domum lædit. quæ ſæpe penates
Diſſuit unanimes, ſed menſam ſuavis ad unam
Fratria concordi cum glore ſedilia ponit.

Neque ſententiis ſolum & præceptis, ſed etiam exemplis pœnarum populares ſuos ab impietate dehortatur: oſtendens,

dens, ſcelerate facta plerunque tragicos comitari eventus. Nam & Nioben cum omnibus liberis cauſa impietatis perditam, & Oeneum Calydonium regem una cum civibus ſuis, quod aram Dianæ ſpreviſſet, male mulctatum: & Eryſichthonem horribili inedia confectum dicit, quod Cereris lucum violaſſet & aras evertiſſet: impietatem & divini cultus negligentiam, præcipuam famis & penuriæ cauſam innuens. Quinetiam ſtatos ſacrorum dies, ad quicquam ruſticorum operum agendum feriatos, & ſoli divino cultui deſtinatos eſſe præcipit: nec impune violari, his verſibus declarat:

Μὴ νειὸν τιμῶντος ἐμαὶ βόες εἵνεκα μισθοῦ
Τετράγυιον τέμνοιεν, ὑπ' ἀλλοτρίῳ ἀρότηρι.
Ἢ γάρ κεν γυιάς τε καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι
Κόπρον ἔπι προγένοιντο· καὶ εἰ Στυμφαλίδες εἶεν,
Εἰνατιζόμεναι, κεραελκέες. αἳ μέγ' ἄρισται
Τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν.

Hoc eſt,

Ne tum culta boves mereantur præmia noſtræ,
Jugera findendo, peregrino ſubditæ aratro.
Fracta labore alias agreſti languida colla
In ſtabulum referent: quanvis Stymphalides eſſent,
Nonum annum natæ, longos quæ ducere ſulcos
Præ reliquis poſſunt.

Sed & magiſtratum divina providentia, rerum gubernaculis admoveri, ſive is pie & juſte, ſeu impie & injuſte rempub. adminiſtret: non erudite ſolum, verum etiam religioſe docet: eidemque morem gerendum eſſe aperte admonet. Quod enim D. Paulus ſcriptum reliquit, *qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit*: id Callimachus elegantiſſimis verſiculis dixit,

Ὃς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο.
Ὅστις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.

Hoc eſt,

Qui male cælicolis obſtat, is regibus obſtat:
Quique meo regi, is Phœbo temerarius obſtat.

Vagas quoque libidines horribiliter a Deo puniri, exemplis Tityi, Oti & Orionis, oſtendit: quos fulminibus ad Tartarum præcipitatos eſſe docet, quod Latonæ & Dianæ vitium offerre non dubitaverint. Caſtitatem vero Dianæ, Britomartis & Aſteries mirifice commendat: ſuiſque præmiis ornatam fuiſſe confirmat. Tum ſacrilega furta Brenni Celtarum regis, & Lygdamis Cimmeriorum ducis (quorum hic, Dianæ Epheſiæ, ille, Apollinis Delphici templum expilare & deſtruere conatus erat) atrocibus ſuppliciis punita fuiſſe commemorat. Quæ quidem omnia jucundiſſimis fabulis paſſim admixtis, ſeu condimentis quibuſdam, ita exornat & mitigat, ut omne lectoris tædium effugiat. Quid enim magis ridiculum quam illud de perſonato Mercurio, quem vultu carbonibus fœdato, filiabus dearum in cœlo timorem, matrumque reverentiam incutere fingit? quid riſu dignius, quam quod de Herculis fame ibidem comminiſcitur? quid Cyclopum pictura elegantius? quorum vultus, ora & membra tam luculenter depingit, ut nemo Apelles penicillo accuratius exprimere potuiſſet: operas quoque fabriles ita recitat, ut non legere, ſed malleorum ictus & incudum ſonitus audire videaris quum inquit,

Εὖθ' οἵγε ῥαιςῆρας ἀειράμενοι ὑπὲρ ὤμων,
Ἢ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν ἠὲ σίδηρον
Ἀμβολαδὶς τετύποντες ἐπεὶ μέγα μοχθήσειαν.

Quam Græci carminis majeſtatem quum vix interpreti aſſequi liceat, nos pro virium noſtrarum exiguitate, quoad fieri potuit, ita expreſſimus:

Quum ſimul incubuere omnes, & brachia tollunt,
Candenteſque rotant maſſas, atque ictibus æra
In numerum feriunt, valido impete pertundentes.

Eſt enim (ut hoc quoque addamus) propria hæc poetarum laus, quod graviſſimas res mellitiſſimis numeris deſcripſerunt, & arduas obſcuraſque materias pulcherrimis fabulis,

lis, tanquam picturis, expoſuerunt. Nam quum philoſophiæ præcepta rigidiora, & humana ingenia ſuapte natura depravatiora ſint, quam ut ſimplici ac nudo orationis genere commoveantur: ſæpiuſque fabuloſis narrationibus plus quam Stoica illa ſeveritate, ad virtutes extimulentur (quod Menenii Agrippæ exemplo Livius declarat) omnem ſane laudem poetæ promerentur, quod confictis a ſe monſtris, vitiorum turpitudinem ac deformitatem exprimere voluerunt: ut hac ratione & via animos hominum a flagitiis & ſceleribus deterrerent, & ad vitæ honeſtatem perducerent. Quid enim aliud eſſe Cyclopas dicemus quam tyrannos? quid aliud Lapithas & Centauros, quam ebrioſorum hominum violentam multitudinem? quid aliud gigantes cœlum armis territantes, quam impiorum quorundam deos negantium ingluviem? Quid multis? ex uno Homero, tanquam fonte & humanæ ſapientiæ Oceano, pene omnium non modo virtutum ac vitiorum vivas imagines, totiuſque adeo moralis doctrinæ præcepta & regulas promanare, ſed etiam reliquarum ſcientiarum ac diſciplinarum omnium, quibus humana ſapientia abſolvitur, principia certiſſima provenire, non modo Plutarchus jam olim, ſed etiam Politianus (qui avorum noſtrorum memoria vixit) aperte demonſtrarunt. ut nihil de aliis commemorem, qui aut naturæ arcana rerumque cauſas, & animalium naturas, ac gemmarum virtutes, verſibus expoſuerunt: ut Empedocles, Lucretius, Nicander & Orpheus: aut aſtrorum ſitus, & in rebus inferioribus varios effectus carmine prodiderunt, ut Aratus, Manilius, & paſſim Lucanus: aut deſcripſerunt radio totum qui gentibus orbem, ut Dionyſius. Non enim unius duntaxat rei ſcientiam aut artem poetæ profitentur, ſed omnium diſciplinarum cognitionem ſibi jure quodam vendicant: quum primi eas res quæ in contemplationem veniunt, literis mandarint, & ſoli prope in omnibus ſcientiis veritatem inquirentes, ad ſummum eruditionis faſtigium conſcenderint. Quo nomine poeticam nonnulli, primam philoſo-

loſophiam, nonnulli etiam ſolam ſapientiam dixerunt: quemadmodum Strabo, diligentiſſimus Homericarum laudum ſcrutator, initio Coſmographiæ teſtatur. cujus verba, quod inſtituto meo ſerviunt, adſcribere placuit. *οἱ παλαιοὶ*, inquit, *φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικήν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη καὶ πάθη, καὶ πράξεις, μεθ' ἡδονῆς. οἱ δ' ἡμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν.* Sed quid vel teſtimoniis, vel etiam exemplis hæc confirmare opus eſt? Vos appello qui omnes artes ac diſciplinas in academiis & gymnaſiis ſcholaſticæ juventuti proponitis: annon poetarum ſententiis ac verſibus pronunciata veſtra aut confirmare aut exornare ſtudetis? annon ſuaviſſime dicere, ac optime docere is videtur, qui ſcientiæ quam profitetur monimenta, & cumprimis philoſophiæ rigorem dulciſſimis poetarum numeris ac fabulis, tanquam emblematis, venuſtiorem reddit? Nam ſi Flacco creditur,

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.

Intelligis (ni fallor) generoſe Comes, quantus ſe mihi ad dicendum campus aperiat, ſi omnia ea quæ poeticæ laudem aliquam conciliant, attingere, ne dicam oratione perſequi, velim. quod ne fiat, præfationis legibus prohibeor. Uberius tamen de his maximis rebus lectorem admonere volui, ut quid a poetis potiſſimum expectandum, & ad quas vires pleraque omnia illorum dicta referenda ſint, non ignoret. Quum enim hoc literarum genus hodie, non modo ab imperita multitudine, ſed etiam a nonnullis qui prima in hominum cœtibus ſubſellia aucupantur, ita contemptim habeatur, ut tum ipſi a poetarum lectione abſtineant, tum alios quoque ab eadem ſuo exemplo abſterreant: magni intereſſe arbitror ut adoleſcentum animi a quorundam calumniis & maledictis præmuniantur. Etſi enim deploranda eſt priſcorum vatum cæcitas, quod tam præpoſtero animorum ſtudio, profanos ac commentitios Joves, Apollines, Dianas, Cereres, & Minervas colere ac celebrare maluerunt, quam verum Iſraelis Deum: tamen propterea e ſcho-

lis

lis Chriſtianis (ut multi cenſent) non erunt exterminandi ac profligandi. Nam primo nos de mentium humanarum caligine, & ingenerata nobis ſacræ veritatis ignorantia commonefaciunt: quæ certe mortales viſus ita hebetat ut Deum agnoſcere & vere invocare non poſſint, ſed noctuarum inſtar, ſolis radios declinantium, cæcutiant. Quæ labes quum omnibus hominibus per lapſum primorum parentum aſperſa ſit, juſtam Deus cauſam habet non modo Callimachum & reliquos paganos rejiciendi, ſed nos quoque omnes in univerſum reprobandi. Quare in nos ipſos deſcendentes, Deo grati eſſe diſcamus, quod revelata nobis veritate, digniores nos judicaverit, quibuſcum lucem Verbi cœleſtis, ſuamque voluntatem communicaret. Deinde vero, quum tantum in antiquis poetis ad religionis cultum promovendum amorem ac ſtudium fuiſſe intelligamus: merito illorum exemplo ad pietatem excitemur, ut vires ingeniorum noſtrorum non ad laſcivos amores, aut turpia quædam lenocinia, ſed ad laudes Dei & ſalvatoris Chriſti, convertamus. Quid enim fœdius eſt, quam poetam, qui ſe Chriſtianum profitetur, infideli & ethnico haberi ſegniorem? ne dicam deteriorem. Etenim videmus, poetas veteres, quibus excellens ad fundenda carmina ingenium fuit, venam ſuam præcipue ad laudes deorum, quos tum communis ſuperſtitio colebat, admodum religioſe contuliſſe. Nec enim ipſi modo ſummam Dei erga genus humanum bonitatem & clementiam grata mente prædicarunt, ſed aliis quoque & ſuæ cumprimis juventuti precum & cantionum formulas præſcripſerunt. Unde Horatius in epiſtolis,

Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces, vatem ni Muſa dediſſet?

Fuere tales plerique veterum Græcorum poetæ, ut Homerus, qui (ut Silius Italicus de ipſo canit)

Carmine complexus terram, mare, ſidera, manes,
Et cantu Muſas & Phœbum æquavit honore:

ut Orpheus, ſacer, interpreſque deorum, ut noſter hic Calli-

limachus: qui omnes hymnis ſuis deos deaſque mirifica quadam carminis venuſtate & gratia factis, celebrandos ſibi ſumpſerunt. Quo nomine ſanctos appellaſſe poetas Ennius, & deorum filios Adimantus apud Platonem mihi dixiſſe videtur, quod de rebus ſanctis & cœleſtibus, quaſi divino quodam ſpiritu afflati, cecinerint. Prima enim pietas Deo, altera parentibus, &, qui parentum loco habendi ſunt, regibus ac principibus debetur. Unde factum ut poetæ non ſolum deos & penates verſibus celebrarint, ſed etiam magiſtratus & præſtantes heroas ſuis ornarint præconiis. Fuit enim hæc poetarum non minima cura, ut principum, regum & virorum fortium heroica facinora, & res præclare geſtas poſteritati commendarent: & virtutum exempla quæ poſteri imitarentur, verſibus laudata deſcriberent: turpia vero & improba flagitia acerrime inſectarentur, & hominum oculis, tanquam in theatro ſpectanda proponerent: ut hinc vitiorum infamia, inde vero virtutum & recte factorum gloria perſpecta, alii vitam moreſque ſuos ad honeſtas & cum virtute conjunctas actiones componerent. Qua re factum eſt ut poetæ in maximorum regum & imperatorum familias aſciti, & graviſſimarum rerum deliberationibus adhibiti ſint. Id quod cum alii, tum Pauſanias in Atticis teſtatur: Ante Euripidem, inquiens, cum Polycrate Samiorum tyranno vixit Anacreon, & ad Hieronem Syracuſas Æſchylus & Simonides ſe contulere. Dionyſio poſteriori Philoxenus, Antigono Macedonum regi Antagoras Rhodius & Aratus Solenſis familiares fuere. Nam Heſiodus & Homerus, regum familiaritates aut nacti non ſunt, aut conſulto ſpreverunt: ille quod agreſtem vitam amplexus ab erroribus abhorruerit: hic, quod in ultimas terras peregrinatione ſuſcepta, potentium hominum opes gloriæ, quam ſibi apud omnes gentes maximam comparavit, poſthabuerit: quum alioqui & Demodo cum Alcinoo familiarem inducat, & Agamemnonem poetam neſcio quem apud uxorem reliquiſſe commemoret. Hæc Pauſanias. Nonne vero & Alexander ille qui a rerum geſtarum

ma-

magnitudine Magnus eſt cognominatus, Homero tantum honorem habuit, ut dormiens etiam capitis pulvino ſuppoſuerit, & Iliadem atque Odyſſeam expeditionis ſuæ viaticum ſcite admodum dixerit? Nonne Ennius ingenio maximus, arte rudis, ſuperiori Africano tam gratus fuit, ut mortuus Scipionum ſepulcro inferretur? Nonne C. Marius nobilem poetam Archiam, rerum Cimbricarum conditorem: Lucullus vero L. Plotium belli Mithridatici ſcriptorem: Pompejus item Theophanem Mitylenæum rerum ſuarum præconem: at Auguſtus Cæſar Virgilium & Horatium incomparabilis ingenii viros, Domitianus pariter Juvenalem & Statium, vates extra omnem eruditionis aleam poſitos: Baſſianus quoque Antoninus Oppianum Cynegeticωn autorem: Numerianus item imperator, qui Cajo patri in imperio ſucceſſit, Nemeſianum bucolici carminis venuſtiſſimum conditorem: Arcadius denique & Honorius Claudianum graviſſimum poetam: aliique alios ſummis & ampliſſimis honoribus proſequuti, ac ſingulari benevolentia complexi ſunt? Quo magis deploranda eſt temporum horum iniquitas, in quibus Muſarum antiſtites ab iis etiam negliguntur, quorum laudes omnibus ingenii viribus ab interitu vindicare ac ſempiternæ poſterorum memoriæ tradere conantur. Nam hodie principum & regulorum quorundam aulæ a carminibus non minus abhorrent, quam Judæus a porco, aut Samius ille Pythagoras a fabarum eſu. ut vere Ovidianum illud hac tempeſtate uſurpare liceat,

Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Atque hujus rei (*ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ ςήθεσι κελεύει*) non tantum Lauſus equum domitor, debellatorque ferarum, ſed illi ipſi qui auguſtiſſimum poetæ nomen ſibi arrogant, præcipua cauſa eſſe videntur. Quod enim Perſius in Satyra de ſuis popularibus queritur,

—— ecce inter pocula quærunt
Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent.

His

Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna eſt,
Rancidulum quiddam balba de nare loquutus,
Phyllidas, Hypſipylas, vatum & plorabile ſiquid
Eliquat, & tenero ſupplantat verba palato.
Aſſenſere viri: nunc non cinis ille poetæ
Felix? non levior cippus nunc imprimit oſſa?
Laudant convivæ: nunc non e manibus illis,
Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Naſcentur violæ?

Idem plane mihi de noſtris quibuſdam Phœbicolis non injuſte uſurpare videor, qui neſcio quam popularem auram captantes, laudatiſſimam hanc ingenii facultatem apud imperitum vulgus proſtituunt, quoslibet e mediis tonſtrinis, Phormionum ritu, carminibus ſuis undiquaque commendicatis impendio celebrantes. ut nihil referam quam immaturos interdum fœtus enitantur, nimiumque feſtinando, cæcos interdum pariant catulos.

Sed, ne longius a propoſito digrediar, ad Callimachum meum redeo, qui & ipſe ob ingenii excellentiam & carminis venuſtatem Philadelpho & Euergetæ Ægyptiorum regibus (Strabone teſte) ita acceptus fuit, ut in intimam familiaritatem utriuſque receptus, & regiæ bibliothecæ, quæ tum Alexandriæ erat, magiſter ſit conſtitutus. Qua quidem occaſione factum eſt ut multis ille a ſe doctiſſimis libris conditis, vetuſtiſſimorum temporum hiſtoriam, & ſacrorum origines ingenioſe protulerit: quorum jacturam & interitum alicubi deplorat Cœlius Rhodiginus. Quum autem ex omnibus operibus Callimachi nihil ſit reliquum, præter hymnos iſtos & pauca epigrammata, ſparſim apud alios extantia: non putavi committendum fore ut iſtæ reliquiæ quamlibet exiguæ negligerentur. Quantus enim fructus ad lectorem Græcarum literarum & philoſophiæ ſtudioſum ex hoc autore redeat, tum ex ſupra commemoratis eſt evidens, tum ex ipſo artifice, quem opus ſuum commendabit, apertiſſime intelligetur. Gratum igitur hunc meum laborem juventuti

fore

ſore arbitror, quem iſtis reliquiis exornandis, pro virili mea publicis inſerviturus commodis, impendi: tametſi & maledicos olfacio, qui propoſitum meum odioſe ſugillent, & invidos, qui malitioſe ſubſannent. Contra quorum morſus ut tua, generoſiſſime Comes, ope & patrocinio, tanquam Ajacis clypeo, aut Palladis ægide, tutus ſim, totum hoc quantulumcunque eſt Callimachi opus, Latinis verſibus a me redditum & annotationibus explicatum, G. T. D. offero & commendo. Eſt enim G. T. D. artium & literarum humanarum ſtudio ita exculta, ut non ſolum de propoſitis in convictu rebus, Latine & eleganter diſſerere, ſed etiam aliorum dicta ſolerter dijudicare poſſit. Quo fundamento præclare jacto, nuper ad legum & juris civilis ſtudium feliciter aſpiravit: in quo tantos fecit progreſſus, ut ad rerum gubernacula dexterius gerenda, non parum commodi & emolumenti hinc allatura eſſe videatur. Tum vero omnium quæ ad religionis cultum pertinent, tanto amore afficitur, ut optimo cuique bene de ſe ſperandi latiſſimam feneſtram aperuerit: quod & legum literarumque diſcendarum ardens in ea deſiderium, & laudandus pietatis amor eſt. Etſi his rebus ſcio laudari principes & rerum dominos non ſolere. pium & eruditum hominem dici, hodie privata laus eſt, nec multum habet commendationis in rege aut viro principe: generoſum, fortem, juſtum, ſeverum, locupletem, beneficum, largum, magnificum: hæ ſunt regiæ & ſplendidæ laudes. T. vero G. D. ne his quidem ipſis virtutibus orbata eſt: quæ quantum cæteros pietate & doctrina, tantum & comitate ac munifica liberalitate antecedit. Id enim uno ore omnes reipub. Tubingenſis cives mecum fatebuntur, tuaque in ſe maxima beneficia, cum omni poſteritate, grata memoria perpetuo proſequentur. Sed quid mirum, te his maximis virtutibus excellere, quum ad generoſam tuam indolem optimorum virorum laudabilis accedat inſtitutio? quos quum illa ſummo amore & veneratione colat, fieri non poteſt quin pulcherrimæ virtutes inde proficiſcantur. Habet enim G. T. D. duos

vitæ

vitæ morumque magiſtros, tanquam Neſtorem & Phœnicem, Joannem Sylvagium, Dominum a Coubeke, & Matthæum Delium Hamburgenſem: quorum ille, & generis dignitate, & omnium virtutum ornamentis, tum optimarum linguarum, Latinæ, Gallicæ, Hiſpanæ, & præter vernaculam Belgicam, etiam noſtratis Germanæ peritia plurimum excellit: tum vero multarum rerum longo uſu, & militari diſciplina, compluribus jam annis exercitus & promptus eſt: hic autem, optimarum artium, philoſophiæ, poetices, muſicæ, linguarum & juris civilis doctrina ita ornatus, ut nihil de eo tam magnifice dici poſſit quod virtus ejus non ſuperet. Sive enim linguam cauſis acuit, ſeu civica jura

Reſpondere parat, ſeu condit amabile carmen:
Prima feret hederæ victricis præmia.

Plura de his dicere ſingularis utriuſque modeſtia prohibet: quorum virtutes vix ab ullo prædicabuntur, ut in adulationis ſuſpicionem non veniat?

Αἰνούμενοι γὰρ (ut Clytæmneſtra apud Euripidem ait) οἱ
'γαθοὶ, τρόπον τινὰ
Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν.

Proinde, quod reliquum eſt, tuo favori & patrocinio, generoſe Comes, hanc qualemcunque lucubrationem commendo, te etiam atque etiam orans ut eodem animo Callimachum Latine balbutientem complectare, quo Ægyptii reges nobiliſſimi Græce dicentem jam olim complexi fuiſſe, literis produntur. Deus Opt. Max. te patriæ ac civibus tuis incolumem ſervet: ut te Comite, ac duce Chriſto, vera in agro Hanovienſi pietas & religio floreat, literarumque ſtudia tuis quoque beneficiis augeſcant.

Tubing. Cal. Jul.
A. M. D. LXXI.

NOBI-

NOBILISS. VIRO

JANO DOUSÆ,

Nordovici Domino, Academiæ Lugdunenſis in Batavis Curatori,

BONAVENTURA VULCANIUS BRUGENSIS.

Qualis iter faciens crepera ſub tempora noctis
Ire viam gyro dum breviore cupit;
Tramite neglecto quem haud fallax orbita ſignat,
Semitam init propero læta per arva pede:
Hic illum varie dum luſit devius error,
Involvit cæcis humida nox tenebris.
Ergo viæ quæſita ſibi compendia damnans,
Te querulo aſſidue Lucifer ore vocat,
Quo duce, preſſa legit retro veſtigia. at olli
Succendit rubeas ira pudorque genas:
Talis ego, luſtrum cui jam prope vertitur, ex quo
Juſſit Fama tuos viſere DOUSA *lares.*
Cum me continuo officiis complexus amicis
Palladio velles aſſeruiſſe choro,
Fortibus in Batavis ubi Lugdunenſe Lycæum
Invidiam Grudiis cordoliumque facit.
Fas ubi erat poſitis docta otia carpere curis,
Pieriiſque animum paſcere delitiis.
Feciſſemque utinam, neque mi mens læva fuiſſet,
Heu nimium vanis credula conſiliis.
Nanque ego fallaci aucupio deceptus honorum,
A Muſis feci flebile diſcidium.
Quam dolui, ut ſenſi mediam delapſus in aulam,
Quam fuit inconſulta, heu, mihi mens animi?

Ah quoties dixi, Quis me malus abſtulit error
O Diva, invitis ingenio & genio?
Cum tandem aſſiduas Pallas miſerata querelas
Triſtibus aulai nexibus abſoluit.
Ergò vago ex errore mihi jam redditus ipſi,
In gremium propero Leyda *beata tuum.*
Fas ubi ſit curis vacua otia ducere, & artes
Ac partes tecum Dousa *ſequi placidas,*
Debita dum ſenſim (ſic votum firmet Apollo)
Perſolvam doctis præmia Virginibus.
Hoc mihi nectar erit, dum per bona fata licebit
Adſcribi Superum ſedibus indigetem.

Libet enim ita apud te quiritari, annos aliquot retro mihi ἑκόντι, ἀέκοντι ϛ θυμῷ effluxiſſe, quibus & ego honeſtiſſimi hujus otii literarii, & ſuaviſſimæ conſuetudinis tuæ uſura carui, & publicum, aliqua fortaſſe ſi non ingenii, ingenui certe laboris induſtriæque meæ fœtura. Publici enim juris feciſſem non pauca, quæ, qui me propius norunt, avide pro ſuo erga me ſtudio jamdudum exſpectant. Apud quos ut fidem meam ſemel liberem, a Callimacho numerationem facere incipio. quem quidem poetam, ut convenienter profeſſioni inſtitutoque meo τῶ φιλελλήνων ſtudia acuerem, Latino carmine reddidi. qua in re quam minimum ipſe mihi indulgens, meram auctoris ſententiam atque adeo ſingula, quoad fieri potuit, verba ut exprimerem, nihil ei adderem, nihil demerem, laboravi. quod, quam ſit difficile cum aliquo ornatu præſtare, & quibus eam ad rem præſidiis ſit opus, expertus noſti; quamque maligna ſint eorum hominum judicia, qui hoc genus ſcriptionis ſive exercitationis literariæ, cujus ſummos quoſque priſci illius ævi Heroas non puduit, quantum in ipſis eſt elevant, & putidam neſcio quam laboris commendationem, nullam vero aut perexiguam ingenii eruditioniſve laudem ei tribuunt. quos ego pol in hanc arenam velim ſemel deſcendere, ut ſuo periculo,

ne dicam probro, diſcant ſcilicet, quam hic fruſtra futuri ſint cum ſuo, quem ſomniant, labore aliis adminiculis deſtituto. Nam de aliis, quorum ingenium hic ipſe poeta noſtra ætate exercuit, nihil dicam. Neque enim meæ verecundiæ eſt alieni ingenii, diligentiæ fideique cenſorem agere, nedum malignis malleis in alienos labores ſævire. quippe qui indignum homine ingenuo ſemper duxerim per alienam ignominiam ad laudem graſſari, ad quam, facilis eſt, faventibus Muſis, citra alterius injuriam & honeſtior curſus. Quod ad me meamque operam Callimacho præſtitam attinet, terſis candidisque ingeniis *hæc qualiacunque Arridere velim* (ut cum Horatio loquar) *non tam doliturus*, *ſi placeant ſpe deterius noſtra*, quam ex animo rei literariæ gratulaturus, ſi quis alius, dextro Apolline, rectius collimarit. Tibi vero, JANE DOUSA, Μουσαγέτῃ præſtantiſſimo hoc quidquid eſt opellæ nuncupatum conſecratumque volui, cum ut aliquod ſummi mei erga te ſtudii monimentum exſtaret; tum vero, ut ampliſſimi nominis tui, atque adeo numinis Apollinaris tutelam calumniatorum telis opponerem. Tu enim unus, qui urbem hanc, quam Fata Muſis deſtinarant, conſtanti conſilio fortibuſque armis a ferociſſimi hoſtis furore atque libidine ſartam tectam impollutamque conſervaſti, facile hunc Muſarum fœtum in ea natum a Scauris (quando a Mauris nihil eſt periculi) & ab omni τῶν ἀπειροκάλων φλυαρίᾳ vindicabis. Vive & vale, & me quod facis ama.

Lugduni Batavorum,
Anno CIƆ IƆ XXCII.

VIRO ILLUSTRI

PETRO DANIELI HUETIO

S. P. D.

ANNA TANAQUILLI FABRI FILIA.

Quem nunc Callimachum emitto, VIR ILLUSTRIS, *eum tu probaſti, & inde mihi apud alios etiam probatum iri certa fides eſt. Sed, quod vel præcipuam laudem mereatur, id adhuc non præſtiti; reſtat enim ut illum tibi offeram. Vera dico, hoc unum eſt quo apud omnes, me divini hujuſce Poetæ ſenſus intimos noſſe, poſſim teſtari, ſi quod ipſe ſibi fieri velit exequar. Certa ſcio, non tam, quod clarior & integrior paulo prodeat, exultabit, quam, quod clariſſimi tui Nominis ſplendore colluſtretur, triumphabit ſerio. In Græcis Litteris nil elegantius, nil terſius, nil politius unquam fuit, & hoc vere eſt cur* ἄκρον ἄωτον, *ut ipſe vocat, tibi uni offerri debeat, quum in hocce Litterarum Græcarum ſenio, unus ſis qui non ſolum eas, ut & alia, didiciſſe, ſed & a natura accepiſſe videaris. Quod & ni ita eſſet, eſſent alia, & item multa, quæ tibi me ſtudiorum meorum primitias apponere hortarentur: ſed ea omnia prudens prætereo, ne ſcilicet inde paulo longior exurgat oratio, quam fieri compendii volo. Si enim & amicitiam qua Patrem meum amantiſſimum, popularem tuum, quoad vixit, amplexus es, & qua me benignitate, quo me favore proſequutus, vellem commemorare, tum me certe verba deficerent. His igitur nunc quidem ſuperſedebo: hoc unum dicam*, VIR ILLUSTRIS, *Pater meus tibi Epiſtolarum ſuarum volumen tertium dedicandum parabat, ni mors illum maturior abſtuliſſet: nunc, ut me vere illius filiam teſter, ultimam ejus voluntatem jure hereditario perſequar neceſſe eſt;*

eſt: & ut tandem officio iſto fungar, Callimachum redivivum tibi offero. Ilum ego potiſſimum elegi, non temere, ſed exemplo magni illius Ptolemai Philadelphi ducta: is eum olim qui cohorti ſuæ adſcriberetur, dignum judicavit; ego etiam, ſi parva licet componere magnis, *illum qui nunc in Regum invictiſſimi Aula verſetur, dignum judico. Quod ut a te facilius conſequatur, priori forma, qua ſcilicet Ptolemæo placuit, quoad fieri poterat, reddendum cenſui. Id ego ut præſtiti, tuum eſt ut alterum præſtes, tibique illum honoris iſtius participem facias; hoc ſi ſibi contingat,* Vir Illustris, *tum te ſecum belle, ſecum amanter agere exiſtimabit. Facile nunc, ni cautio eſſet, in laudes tuas inciderem; hic enim, ut Ovidii noſtri verbis utar,* area magna patet. *Sed in eas me abripi haud ſinam, quod tamen iis ſemper in more poſitum fuit qui aliquid in lucem edunt. Suum cuique ingenium, ſuus cuique mos eſt, te quivis alius & magnifice & prolixe laudaret, ad aſtra denique tolleret: ego vero taceo: non quod & tu qui ſis, & quale ſit munus illud quo te invictiſſimus ille Rex dignatus eſt, quum te Sereniſſimi Delphini ſtudia excellenti tua eruditione ac præceptis promovere juſſit & accendere, non norim ſatis; contra vero quod quum probe utrumque teneam, certa ſim nunquam fore ut quiſquam chartis ſuis te ita poſſit intexere*

—— dictis ut non majora ſuperſint.

Vale diu, Vir Illustris, *& vive.*

Lut. Pariſ. iv. Cal. Sext.
M D C LXXIV.

L E C T O R I

P R Æ F A T I O.

Nulla dubito, Lector, quin Opuſculum iſtud omnino diverſa hominum judicia experiatur: ideo mihi hæc pauca monendus es, non ſcilicet ne quod a fœmina prodeat, tibi imponi ſinas,

- - nec ſexu ſpectentur ab iſto
Quæ ferimus,

ſed ut cum attente & ſedulo quid in eo præſtitum ſit conſideraris, tum demum quid tibi de illo videbitur, in medium proferas. Sat ſcio, pauca reperies, quæ ſi tibi minus probabuntur, ſaltem probari non debeant. Eſt aliud etiam quod te monitum velim, nempe, ne me gloriola quadam, & famæ deſiderio hoc credas in lucem edere; neque enim hoc tanti eſt, ut inde mihi famam velim captare. Sed ut quandiu in hoc Opere verſata ſum, id unum me ob oculos habuiſſe, ut Patris mei amantiſſimi manibus juſta perſolverem: hunc tu

- - ni te gelidum ſemota ſub axem
Terra tulit.

de Græcis & Latinis Litteris bene meritum ſcis. Nil igitur ejus memoriæ magis decorum fore putavi, quam ſi Callimachum, quem is olim in ſuis ad Phædrum emendationibus promiſerat, excitarem; ſic enim, quod ſummum in votis habeo, apud omnes, & quid ille in me contulerit, qua cura, quo me amore educarit, & qua ego ſemper eum veneratione proſequi debeam, quo deſiderio ſemper urgere, teſtabor ſatis. Et revera, Lector, nunquam qualem Reſpublica litteraria jacturam fecerit, quum Patrem meum amiſit, in animum poſſes inducere: is de Cicerone, de Plauto, de Pindaro, Æſchylo, Sophocle, & Euripide, illi reſtituendis cogitabat: ſed aliter viſum Superis; illum enim dum Heidelbergam, quo a Sereniſſimo Principe Ludovico Carolo

D. G. Comite Palatino ad Rhenum, accitus fuerat, conabatur, ſæva febris intra decimum ſecundum diem rapuit. Nec ideo tamen, LECTOR, ea omnia quæ Pater minabatur, perdita ducas; eveniet forſan tempus illud quo partem eorum, juvante Deo, præſtare poterimus vel ego, vel frater meus, qui ſatis ſtrenue illius veſtigiis conatur inſiſtere. Reſtat ut quibuſdam ſeneis capitibus reſpondeam, quæ, ut audio, ſatis mirari non poſſunt cur Tanaquillus ille Faber filiam litteris admovendam cenſuerit, neque illam potius domi penſa carpentem aluerit. Næ illa *μωρίαν ὀφλισκάνοντα σώματα* facile videre poterant, hoc illum eo animo egiſſe, ſcilicet ut eſſet aliquando quæ eis ſocordiam & ignaviam exprobraret. Nunc de Callimacho pauca, is ubique mihi divino numine afflari ſemper viſus eſt, ſed tum maxime quum in laudes Ptolomæi Philadelphi delabitur; id enim tanta arte perficit, ut quivis, qui vel minimum in hiſce ſapiat, liquido deieret Deum, non hominem, loqui. Quod vel ex Hymno primo licet conjicere, ibi enim ut tandem ad Regem ſuum ſine ulla affectatione deveniat, verſus quoſdam præmittit quibus Fabros Vulcani eſſe canit, Milites Martis, Dianæ Venatores, Reges vero Jovis; ubi deinde facili, ut voluerat, occaſione, nunquam ſatis laudandos verſus ſubjicit, paucos quidem, ſed qui, meo ſaltem judicio, omnibus encomiis debeant anteponi.

Ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλες σφίσιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβον.

De Regibus loquitur,

Πᾶσι μὲν οὐ μάλα δ' ἶσον, ἔοικε δὲ τεκμήρασθαι
Ἡμετέρῳ μεδέοντι, περιπρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν
Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τάκεν ἠοῖ νώσῃ,
Ἑσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ,
Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνὶ, τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν
Αὐτὸς ἄνην ἐκόλυσας, ἐνέκλασας δὲ μενοινήν.

& alibi,

Ὃς μάχεται μακάρεσι, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο
Ὅστις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.

Non-

Nonne, LECTOR, laudes alias fere omnes, ad iſtas dices ſordeſcere? & quid ille, ſi Regnatorem noſtrum videret hodie, quem ſubjectæ Urbes, Provinciæ, Regna denique venerantur? Quid ſi illum intra duos menſes ea properaſſe cerneret, quæ vix quiſquam alius toto quantumvis longo vitæ decurſu poſſet expedire? Quid denique, ſi Sereniſſimum Principem Delphinum ſummi certam progeniem Jovis contueretur?

Infra materiem tunc foret ipſe ſuam.

Tandem is vere eſt Callimachus, ex cujus lectione Græcæ Linguæ ſtudioſis, Oratoriæ ſcientiæ cupidis, & Antiquitatis amantibus, tantus tamque uberrimus fructus oriatur, ut illum non dico pueri, ſed & homines non legere, & intelligere, ſed & memoriæ mandare debeant: id nunc priores illi facilius aſſequi poterunt, quum nil ſit in illo difficile, ab aliis, ut mos eſt, prætermiſſum, quod ſatis, ut mihi videor, non explanaverim; nil ab Interpretibus, vel Scholiaſte peccatum, ut humanum eſt, quod non ego vel reſtituerim, vel monuerim. Quæ, ut opinor, a te impetrabunt, ut quidquid in his ex me vitii deprehendas, illud ignoſcas, præſertim quum reſcieris, vix tres menſes huic Operi inſumptos eſſe; feſtinavi enim, ut aliquid ego etiam ad ſtudia Sereniſſimi Principis Delphini conferam, cujus tantum tamque altum ingenium eſt, ut eorum omnium qui id unum agunt ut illi, quod videat, legat, intelligat, ſuppeditent, diligentiam ſuperet. Unde & ſpes eſt, ut nunc nil in *Orbe datur viſere majus*, fore ut nil olim in Orbe detur viſere doctius. Hoc ſpondet egregia illius & vere Principe digna indoles, ſpondet & illuſtriſſimus ille Montauſerii Dux, quem ideo ex tot tantiſque periculis fata ſervavere, ut eſſet qui nobis talem Principem informaret. Vale.

INDEX

464995

IN
CALLIMACHI CYRENÆI
HYMNOS,
EPIGRAMMATA
ET FRAGMENTA
INDEX I.

Qui omnia, quæ in illis occurrunt, vocabula exhibet: & in quo J. *hymnum in Jovem*, A. *hymnum in Apollinem*, D. *hymnum in Dianam*, Del. *hymnum in Delum*, L. P. *hymnum in Lavacrum Palladis*, C. *hymnum in Cererem*, E. *Epigrammata*, F. *Fragmenta*, F. V. *Fragmenta a Vulcanio*, F. A. *Fragmenta ab Anna Fabri*, F. S. *Fragmenta a Spanhemio*, F. B. *Fragmenta a Bentleio collecta notat.*

A.

Ἀβαντιάς Del. 20.
Ἀβάντων Del. 288.
Ἀβατὰν L. P. 109.
Ἄβροχος J. 19.
Ἄγαγε L. P. 81.
Ἀγαθαὶ L. P. 124.
Ἀγαθὰν L. P. 22. E. [illegible]
Ἀγαθὴ F. S. M. [illegible] F. B. 3[illegible]
Ἀγαθοὶ F. V. [illegible] in voce Ἀλίαστος. [illegible]B. 148
Ἀγάθοισι F. S. M. 15. 2. F. B. [illegible]5. 2.
Ἀγαθὸν D. 265. Del. 289. E. [illegible] 1.
Ἀγαθὸς E. 10. 2.
Ἀγάλακτοι A. 52.
Ἄγαλμα Del. 307. L. P. 39. E. 35. 1.
Ἄγαμαι A. 106.
Ἀγαμέμνων D. 228. F. A. 25.
Ἀγὰν E. 47. 2.
Ἀγγελιώτην J 68.
Ἀγγελιώτης F. B. 288.
Ἀγγελιῶτις Del. 216.
Ἄγγελος F. B. 301.
Ἄγε L. P. 95.
εἰ δ' ἄγε D. 81. E. 1. 5.
Ἄγει Del. 319. E. 8. 2.
Ἀγεῖτο L. P. 67.
Ἀγεσίλα L. P. 130.

Ἄγετο C. 86.
Ἀγέτω F. S. M. 66. F. B. 146. 1.
Ἀγινεῦσι A. 82.
Ἀγιωτάτη Del. 275.
Ἀγκαῖς Del. 50.
Ἀγκαλίδεσσι D. 73.
Ἀγκεῖσθαι E. 53. 2. 60. 3.
Ἀγκύλον F. S. M. 12. 1. 55. 1. 203.
Ἄγκυραι F. S. M. 64. F. B. 97.
Ἀγλαάντα E. 50. 11.
Ἀγλίθων F. A. 41. 2. F. B. 140. 2.
Ἀγνὸν Del. 322.
Ἀγόντι C, 121.
Ἀγορόνακτος E. 53. 2.
Ἀγουσα D. 115.
Ἄγουσι F. A. 42. F. S. M. 20. F. B. 11. 3. 190.
Ἀγρεσίης F. 22. 2.
Ἀγρεύσω D. 85.
Ἀγρευτῆρες D. 218.
Ἄγρης Del. 229.
Ἀγελα D. 12.
Ἄγελον D. 236. Del. 310. C. 67.
Ἀγροδίτω F. A. 27. F. B. 26.
Ἀγρόθι C. 136. F. A. 38.
Ἀγρὸς F. B. 45.
Ἀγρυπνίης E. 29. 4.
Ἀγρώσσουσα A. 60.
Ἀγυιαῖς D. 38.
Ἀγχόθι D. 171.
Ἄγω E. 1. 6. F. S. M. 39. F. B. 226.
Ἄγων L. P. 51. F. V. in voce Δάκνω. F. B. 115. 2. 161. 314.
Ἀγῶνα F. 21 2. F. B. 103. 2.
Ἀγῶνες D. 261.
Ἀγωνιστὰς F. 20. 5. F. B. 103. 5.
Ἀδαεῖς F. V. in voce Γραικὸς. F. B. 160.
Ἄδδην F. A. 20.
Ἀδεῖσαι L. P. 67.
Ἀδελφαὶ C. 95.
Ἀδελφεὸν E. 21. 3.
Ἄδηλοι Del. 53.
Ἄδην C. 56. F. B. 47. 2.
Ἀδηφαγίης D. 160.
Ἄδικα F. S. M. 2. 3. F. B. 86. 3.
Ἀδίκημα } E. 44. 6.
Ἀδικῶ }
Ἀδικων D. 122. L P. 8.
Ἀδικῶν E. 28. 2.
Ἀδμήτοιο A. 49.
Ἀδμωλίη F. B. 338.
Ἀδομένα L. P. 44.
Ἀδράστεια F. S. E. 2.
Ἀδρήστεια J. 47. F. B. 45.
Ἄεθλα C. 75.
Ἀέθλια Del. 187.
Ἀέθλιον D. 108. Del. 113.
Ἄεθλοι D. 139.
Ἄεθλον D. 145.
Ἄεθλος Del. 171. F. 24. 3. F. B. 108. 3.
Ἀέθλου D. 208.
Ἀεθλοφόρον C. 110.
Ἀέθλων E. 50. 5.
Ἀεὶ J. 2. 8. D. 214. 258. Del. 18. 26. L. P. 17. E. 8. 4. 17. 3. F. S. M. 36. 2. 54. 1. F. B. 123. 1. 141. 2. 179. 203.
Ἀείδει A. 5. 28. 106. F. A. 17. F. B. 42.
Ἀείδειν J. 1. F. A. 11. F. S. M. 66. F. B. 196.
Ἀείδῃ A. 104.
Ἀείδοι J. 92. A. 31.
Ἀείδοντας F. B. 90.
Ἀείδω F. A. 10. 2. F. B. 138. 2.
Ἀειζώοντα Del. 314.
Ἀειραμένη F. V. in voce Δίκρον.
Ἀειράμενοι D. 59. F. B. 246.
Ἀείρας Del. 134. E. 7.
Ἀείρειν D. 113. F. A. 21.
Ἄειρεν F. B. 216.
Ἀείσαι Del. 254.
Ἀείσει J. 93. A. 30. Del. 7.
Ἀείσεις Del. 1.
Ἄεισμα E. 29. 1. F. B. 287.
Ἀεισόμενα F. 32. 4.
Ἀεισον J. 4.
Ἀείσω D. 186.
Ἀέκοντα Del. 89.
Ἀέκητα Del. 167.
Ἄζιον L. P. 89.

Ἀε

Ἀελίῳ C. 92.
Ἄεμμα A. 33. D. 10.
Ἀέναον A. 83.
Ἀέξει Del. 84.
Ἀέξειν J. 95. D. 34.
Ἀέξεται D. 131.
Ἀεργὸς A. 16.
Ἀερτάζουσα F. V. in voce Ἄστυρον. F.B. 19. 1.
Ἀερτάζων F. 6. 1. F.B. 211.
Ἄζιλιν A. 89.
Ἄζωστος F. S. M. 38. F. B. 225.
Ἀηδόνες E. 2. 5.
Ἀηδονίδων L. P. 94.
Ἄημα D. 55.
Ἀῆται Del. 318. E. 5. 3.
Ἀήτας D. 230.
Ἀθάνα L. P. 35. 79.
Ἀθάνᾳ L. P. 51.
Ἀθαναίᾳ L. P. 5. 16. 33. 43. 55. 57. 96. 137.
Ἀθαναία L. P. 69. 99. 133.
Ἀθαναίας L. P. 88. C. 75.
Ἀθανάτων L. P. 101. E. 26. 4.
Ἀθερίνη F. B. 38. 1.
Ἀθηναίης D. 245.
Ἀθηναῖοι F. B. 38. 2.
Ἀθηναίοις F. B. 122. 1.
Ἀθηναίων Del. 47.
Ἀθήνης F. B. 105. 3.
Ἄθικτοι D. 201.
Ἀθρήσας E. 59. 4.
Ἀθρήσῃ L. P. 102.
Αἶ, αἶ F. B. 71. 6.
Αἰγαίοιο Del. 54. 317.
Αἰγαῖον F. B. 115. 1.
Αἰγαίων F. 21. 2. F. B. 103. 2.
Ἄιγειρος C. 38.
Αἶγες A. 50.
Αἰγιαλοῖς E. 62. 2.
Αἰγιαλοῦ Del. 73.
Αἴγιθος F. B
Αἰγίνηθεν E. 19. 3.
Αἰ[…]λήτην F. 13. 1. F. B. 113. 1
Αἰγὸς Ἀμαλθείης J. 49.
Αἰγυπτίου D. 171.
Αἴγυπτος F. V. in voce Πόα. F. B. 182.
Αἰγύπτῳ F. S. M. 52. F. B. 139. 2.
Αἰγῶν A. 60. E. 49. 1.
Ἀΐδῃ E. 4. 2.
Ἀΐδην E. 14. 6. 24. 2.
Ἀΐδης Del. 277. E. 2. 6. 43. 2.
Αἰδήψιον F. B. 51.
Ἄϊδι J. 62. D. 222.
Αἰδόμενοι C. 74.
Αἴδος E. 11. 1.
Αἰεὶ J. 9. A. 68. D. 146. Del. 114. 303. C. 90. F. 1. 1. F. S. M. 65. F. B. 228.
Αἰὲν J. 2. D. 101. 137. Del. 231. 278. C. 56. E. 23. 4. F. S. A. 5. F. B. 12. 1.
Αἰζηῶν J. 70. F. V. in voce Γεράσων. F. M. S. 79. F. B. 200.
Αἴης D. 287.
Αἰήταο F. 14. 1. F. B. 113. 2.
Αἰθ' F. B. 43. 1.
Αἴθε C. 101. F. 20. 1. F. B. 107. 1.
Αἰθέρι C. 38.
Αἰθέρος Del. 59.
Αἰθῇ D. 69.
Αἰθὴρ Del. 257.
Αἰθιοπῆος Del. 208.
Αἰθομβρόοιο Del. 180.
Αἰθυίης E. 62. 4. F. A. 36. 3. F. B. 111. 4.
Αἴθωνα C. 68.
Αἴλινα A. 20.
Αἴλουρον C. 111.
Αἷμα Del. 282.
Αἵματι Del. 95.
Αἱμονίηθεν F. 14. 1. F. B. 124. 1.
Αἱμονίην F. B. 113. 3.
Αἵμου Del. 63.
Αἵμῳ D. 114.
Αἰνὰ D. 51. Del. 86.
Αἰνέει F. B. 117. 1.
Αἰνεσίῃσιν D. 108.
Αἰνήσεις Del. 189.
Αἰνήσῃ Del. 10.
Αἰνοζόειον Del. 92.
Αἶνον F. S. M. 28. 1. F. B. 93.

Ἀινο' A. 106.
Ἀινοτέρης E. 5. 10.
Ἄινυτο F.V. in voce Ἄσριας. F.B. 238
Ἀιολα F. V. in voce Βιῦδος.
Ἀιολιδαο F.S.M. 59. F. B. 202.
Ἀιολίδης C. 100. E. 6. 12.
Ἀιολον D. 91.
Ἀίοντα C. 98.
Ἀίοντις A. 17.
Ἀίοντος J. 65.
Ἀιπόλον E. 23. 3.
Ἀιπῶν F. S. A. 5.
Ἀιρέων F.V. in voce Ἄιρα. F.B. 129.2
Ἀισηπυ F. B. 290.
Ἀισθάνεται E. 31. 2.
Ἄισιος L. P. 123.
Αισυλα F.B. 316.
Αιχρην E. 54. 1.
Ἀιχυλὶς E. 61. 2.
Ἀιτία D. 9.
Ἀιτίζεις D. 32.
Ἀιτίζουσι F. A. 42. F. S.M. 20. F.B. 190.
Ἀιτίζων C. 116.
Ἄιτινες C. 131.
Ἄιτιον D. 221.
Ἀιτναιυ Del. 141.
Ἄιτνη D. 56.
Ἀιτωλὸν F. S. M. 39. F. B. 226.
Ἀιχμῆς J. 74.
Ἀιψα A. 54. D. 87.
Ἀΐω L. P. 14.
Ἀΐων E. 1. 13.
Ἀιὼν F. B. 111. 3.
Ἀιώνιον D. 6. Del. 130.
Ἀκακήσιος D. 143.
Ἀκαμαντίδος E. 50. 1.
Ἀκάνθιος E. 10 1.
Ἀκεσοριδᾶν L P. 34.
Ἀκέσων E. 58. 2.
Ἀκηδέες D. 62.
Ἀκήρια A. 41.
Ἀκλαυτεὶ D. 267.
Ἀκλέες Del. 295.
Ἀκλήϊστον F. A. 19. 2. F. B. 41. 2.
Ἀκμῆς C. 34.
Ἄκμονες D. 55.
Ἄκμοσιν D. 48.
Ἄκμων D. 146.
Ἀκμωνίδην F. S. M. 75. F. B. 147.
Ἀκόλυς C. 116.
Ἀκόντιον F. 10. 1. F. B. 102. 1.
Ἀκναῖς F. B. 106. 5.
Ἄκυε F. S. M. 28. 1. F. B. 93.
Ἀκυῇ Del. 180.
Ἀκυὴν J. 65.
Ἀκυόμθυ A. 97.
Ἀκῦσαι Del. 29. F. B. 144. 1.
Ἄκυσαν D 54.
Ἀκύσατε F. A. 14. F. B. 92.
Ἀκύσῃ A. 21.
Ἀκύω F. B. 116. 1.
Ἀκύων E. 34 3.
Ἄκραι Del. 104. 177.
Ἀκραλιτῆ F. B. 106 2.
Ἄκρης J. 82.
Ἄκρητος E. 44. 3.
Ἀκρίσιος E. 41. 2.
Ἀκρίτου E. 38. 2.
Ἄκρον A. 112. Del. 47.
Ἀκρώρεια D. 224.
Ἀκταια F. B. 348.
Ἀκταίονα L. P. 109.
Ἀκτορίωνος C. 79.
Ἄκυθοι A. 53.
Ἀκωκῇ Del. 136.
Ἄκων E. 44. 2.
Ἄλα E. 51. 1. F. B. 272. 1.
Ἀλαβάστρως L. P. 13. 15.
Ἀλαζὼν F. S. M. 2. 3. F. B. 86. 3.
Ἀλάλαγμα F. B. 310.
Ἀλαὸν L. P. 98. 118.
Ἀλαπαζέμθυ D 251.
Ἀλαὶς D. 173.
Ἄλαστε L. P. 87.
Ἀλατήσασα Del. 239.
Ἄλγεα A. 22. F. B. 67. 4.
Ἀλεῖ C 41.
Ἄλγει C. 132.
Ἀλγέω E. 34. 3.
Ἀλγεινὸν Del. 239.
Ἀλγοιμι D. 31.

Ἀλέ-

Ἀλέγοντα Del. 10.
Ἄλεις F. V. in voce Ἄλις. F. S. M. 2. 1. F. B. 86. 1.
Ἀλεῖται C. 23.
Ἀλεῖος F. B 99.
Ἄλειφα F. S. A. 5. F. B. 12.
Ἀλείσου F. 18. 3. F. B. 109. 3.
Ἀλέκτορα E. 60. 3.
Ἀλέκτορινον C. 29.
Ἀλειμάτως C. 91.
Ἀλέσθαι F. B. 233.
Ἀλιτρέδης Del. 242.
Ἀλιτρὸς F. B. 232.
Ἀλεὺς F. S. M. 84.
Ἀληθία E. 26. 3.
Ἀληθέες J. 60.
Ἀληθὴς D. 136.
Ἀληθινὸς E. 14. 5.
Ἄλης Del. 205.
Ἀλητεύειν F. 21. 2. F. B. 103. 1.
Ἀλητοῦ F. S. M. 47. F. B. 277.
Ἀλί Del. 3. 196. E. 18. 3. F. A. 28. F. B. 50. 1. 209.
Ἀλίαρτον L. P. 61.
Ἀλιβαντα F. S. M. 77. F. B. 88.
Ἀλιβδύουσι F S. M. 61.
Ἀλίην J. 37. E. 51. 1.
Ἀλιήων D. 196.
Ἀλικαρνησσεῦ E. 2. 4.
Ἀλικὸν F. S. M. 70. F. B. 186.
Ἀλιπλὴξ Del. 11.
Ἁλίπλοοι Del. 15. 52.
Ἄλις J. 84. C. 133.
Ἀλιτήμονα D. 123.
Ἀλιτρὸς A. 2.
Ἀλιτρὺς F. V. in voce Λογχάδης 1. F. B. 132. 1.
Ἀλκάθοον F. B. 272. 2.
Ἀλκαίας F. B. 317.
Ἀλκαρ F. A. 29. 2. F. B. 124. 2.
Ἀλκείδην D. 145.
Ἀλκυόνης E. 5. 10.
Ἀλλὰ J. 13. 18. 37. 57. 72. A. 9. 40. 108. 111. D. 11. 25. 35. 47. 66. 122. 181. Del. 16. 36. 53. 91. 94. 100. 118. 124. 133. 162. 165. 181. 193. 199. 226. 235. 247. 268. 278. 303. 319. L. P. 9. 51. 56. 60. 68. 89. 111. 114. 135. 137. C. 32. 108. 114. E. 2. 3. 3. 2. 5. 1. 11. 19. 1. 24. 3. 26. 3. 30. 5. 34. 1. 35. 2. 47. 5. 49. 9. F. 19. 2. F. S. M. 76. F. B. 91. 101. 1. 105. 1. 108. 2. 111. 3. 122. 2. 130. 1. 135. 1. 164. 236.
Ἄλλα J. 73. D. 32. L. P. 119. F. 9. 2.
Ἄλλαι Del. 223.
Ἄλλαις C. 40.
Ἄλλας Del. 123.
Ἀλλάων D. 189.
Ἀλλέσθαι F. S. M. 18.
Ἄλλη Del. 164 269.
Ἀλλήκτον D. 149.
Ἀλλήλοις Del. 146.
Ἄλλην Del. 220.
Ἄλλης E 26. 5.
Ἀλλίκα F. V. in voce Ἄλλιξ. F. B. 149.
Ἄλλο J. 1. C. 124. E. 57. 4.
Ἄλλοι E. 28. 4.
Ἄλλον A. 93. 96. D. 34. 234.
Ἄλλος D. 256. Del. 165. E. 30. 6.
Ἀλλότ' F. B. 277.
Ἄλλοτε D. 193. F. S. M. 47.
Ἀλλοτρίοις C. 85.
Ἀλλοτρίῳ D. 176.
Ἄλλους C. 62. F. B. 110. 2.
Ἄλλῳ Del. 270.
Ἄλλων Del. 156. L. P. 122. E. 8. 3.
Ἄλλως E. 19. 4.
Ἄλμης F. 9. 2. F. S. M. 7. 2. F. B. 37. 2.
Ἀλὸς Del. 46. E. 51. 4. F. V. in vocibus Βήχιτα & Δύπτης. F. B. 156. 1. 167. 1.
Ἄλοχον D. 209.
Ἄλσεα D. 38.
Ἄλσος L. P. 63. C. 26. 37.
Ἀλυθμαίνουσα Del. 212.
Ἄλωα F. V. in voce Ἄλωα F. B. 51. 1.

Αλώ-

Ἀλώπηξ D. 79.
Ἄμα E. 19. 2.
Ἀμαζονίδης D. 237.
Ἀμαι L. P. 75. C. 105.
Ἀμαλθείης J. 49.
Ἀμαντίνην F. S. M. 71.
Ἀμαξαι D. 257.
Ἀμαξαν C. 108. F. B. 146. 2.
Ἀμάξας J. 23.
Ἀμάξης F.S.M. 10. 3. 92. 1. F.B. 94. 3.
Ἀμαρᾶν C. 30.
Ἀμάση C. 138.
Ἀματροχίας F. B. 135. 2.
Ἀμβολαδὶς D. 61.
Ἀμβρακιώτης E. 24. 1.
Ἀμείβετο Del. 121. C. 81.
Ἄμεινον F. B. 189.
Ἀμησάμενοι D. 164.
Ἀμηχανία L. P. 84.
Ἀμηχανίης J. 28. Del. 210.
Ἀμιθρῆσαι F. B. 339.
Ἀμιν C. 122.
Ἀμίτρης D. 14. 43.
Ἄμμεις C. 128.
Ἄμμιν D. 186 Del. 171.
Ἀμνισιάδες D. 162.
Ἀμνισίδας D. 15.
Ἀμογητὶ D. 25.
Ἀμοιβὴν Del. 152.
Ἀμορβὸς F. A. 45. F. B. 46.
Ἀμορβοὺς D. 45.
Ἀμπλακίης Del. 245.
Ἄμπολιν F. S. M. 70. F. B. 186.
Ἀμπρεύοντες F.V. in voce Ἀμπρεύω. F. B. 234.
Ἄμπωτιν Del. 130.
Ἄμυδις F. A. 21. F. B. 216.
Ἀμυμώνην L. P. 48.
Ἀμύνειν Del. 226.
Ἄμυστιν F. 18. 1. F. B. 109. 1.
Ἀμφιβάλοιτο Del. 301.
Ἀμφήρεστον J. 5.
Ἀμφὶ D. 212. 232. Del. 13. 300. F. A. 29. 1. F. B. 124. 1. 140. 1.
Ἀμφιβεβήκας Del. 113.
Ἀμφιβέβηκεν Del. 27.
Ἀμφιγυήεις F. B. 321.
Ἀμφίδυμος F. B. 336.
Ἀμφιετεῖς Del. 278.
Ἀμφιθαλεῖ F. A. 46. F. B. 210.
Ἀμφιλαφὲς C. 27.
Ἀμφιλαφὴς A. 42. D. 3.
Ἀμφιπεριστείνωνται Del. 179.
Ἀμφιπολιτέω E. 25. 1.
Ἀμφιπόλεις D. 15.
Ἀμφορεὺς F. B. 115. 2.
Ἀμφορίτης F. B. 80.
Ἀμφότεραι L. P. 73.
Ἀμφοτέραισι L. P. 93.
Ἀμφοτέρη Del. 168.
Ἀμφότεροι E. 2. 2. 49. 10.
Ἀμφοτέροις E. 32. 6. F. S. M. 11. 1. F. B. 199.
Ἀμφότερον C. 36. 80. F. S. M. 50. F. B. 214.
Ἀμφοτέρους Del. 108.
Ἀμφρυσῷ A. 48.
Ἄμφω E. 22. 3.
Ἄνα J. 8. 33. A. 79.
Ἀνὰ Del. 280. C. 83. E. 52. 3. F. A. 43.
Ἀναβάλλεται A. 22.
Ἀνάβλησιν A. 46.
Ἀναγκαία C. 62.
Ἀναγκαίη Del. 122.
Ἀνάγκασεν E. 44. 3.
Ἀνάγκη Del. 35.
Ἀνάγκῃσι Del. 279.
Ἀναιδία C. 46.
Ἀναιδείας Del. 183.
Ἀναιδεῖς C. 37.
Ἀναίνομαι Del. 123.
Ἀνακλίνεσθε A. 6.
Ἄνακτα J. 2. L. P. 114. C. 63.
Ἀνάκτητι F. S. M. 18.
Ἀνακτορέην F. B. 218.
Ἀνάκτορον A. 77.
Ἀνάκτων J. 79.
Ἀναλεξάμενος E 24. 3.
Ἀναλύεται Del. 222. 237.
Ἀνάμπυκες C. 125.
Ἄναξ A. 50. 113.
ὦ ναξ, ὦ ἄναξ E. 9. 6.

Ανα-

Ἀναπαύεται E. 14. 1.
Ἄνασσα D. 137. 204. 240. Del. 221. E. 57. 3.
Ἀνάσσεσθαι F. A. 5. F.B. 198.
Ἀναστήσαντες Del. 173.
Ἀναύρου D. 101.
Ἄναυρος Del. 103.
Ἀνάφην F. 13. F. B. 113. 1.
Ἀνδίκτην F. B. 233.
Ἄνδρα J. 71. C. 52. F. V. in voce Ἀμπρεύω. F. B. 67. 3. 71. 3. 234.
Ἄνδρας J. 95. E. 50. 6. F. B. 314.
Ἀνδρὶ E. 25. 3. F.S. M. 35. 1. F. B. 142. 1.
Ἀνδρογίγαντας C. 35.
Ἀνδρῶν D. 20.
Ἀνέβαινεν F. V. in voce Ἄσυρον.
Ἀνέβαλλε F.B. 298.
Ἀνέβαλλεν F.S. M. 23.
Ἀνέδραμε L.P. 27.
Ἀνέθηκεν E. 54. 3.
Ἀνέθυε C. 30.
Ἀνειμβρόα C. 47.
Ἀνεμίσγετο Del. 217.
Ἄνεμοι F. B. 35. 1.
Ἀνέμοισιν Del. 112.
Ἀνέμων F. A. 35. F. B. 111. 1. 135. 2.
Ἀνεξήραινον C. 114.
Ἀνέπαυσε D. 194.
Ἀνέπλει C. 309.
Ἀνέρα A. 43. F. V. in voce Βύχετα. F.B. 156. 1.
Ἀνεραστότατον E. 34. 4.
Ἀνέρες A. 86.
Ἀνέρπει A. 111.
Ἀνέστη D. 128.
Ἀνεστήσαντο D. 199.
Ἀνεστρέφετο L. P. 76.
Ἀνέσχεν F. V. in voce Φιαρός.
Ἄνευ F.S. M. 4. 1.
Ἀνεύρατο E. 49. 1.
Ἀνήσησαν J. 56.
Ἀνηγάγετο E. 45. 2.
Ἀνήγετο D. 227.
Ἀνῆκε F. 23. 1. F. B. 108. 1.
Ἀνήκοος Del. 116.
Ἀνηλεὲς Del. 106.
Ἄνην J. 90.
Ἀνηναμένη Del. 46.
Ἀνὴρ J. 25. F.A. 17. F. B. 42.
Ἀνήρετο E. 1. 1.
Ἄνθεα A. 81.
Ἀνθείλετο Del. 248.
Ἄνθεμα E. 5. 2.
Ἀνθέρικος Del. 193.
Ἄνθεσιν L. P. 49.
Ἄνθρακα A. 84.
Ἄνθρωποι A. 56.
Ἀνθρώποις E. 50. 11. F.S. E. 4.
Ἀνθρώποισι D. 157.
Ἀνίαι L. P. 83. F. S. M. 86. 2. F. B. 67. 131. 2.
Ἀνιᾶσθαι E. 16. 4.
Ἀνιηρὸν E. 13. 3. 45. 1.
Ἀνιηρότερον E. 15. 4.
Ἀνίκα L. P. 105. C. 22.
Ἀνιόντες Del. 43.
Ἀνιχνεύσῃ F.B. 206.
Ἀνίχνευσι F.S. M. 61.
Ἀνιώντων F. 17. 1. F. B. 128. 1.
Ἄνοδοι E. 14. 3.
Ἀνταύσασα J. 30.
Ἀντέλλοντα F. 7. 2.
Ἄντην A. 40.
Ἀντήχησε Del. 258.
Ἀντὶ A. 24. Del. 22. 152. L. P. 91. E. 18. 3. 52. 3. 57. 3. 60. 2. F. A. 48. F. B. 113.
Ἀντιβολῆς E. 50. 6.
Ἀντίδοτον F.S. M. 34. F. B. 221.
Ἀντίκλειαν D. 211.
Ἀντιλόχου F. B. 223.
Ἀντιμοιβὸν Del. 52.
Ἀντιόωντες D. 142.
Ἀντιπρόπιθι F.S. M. 9. 4.
Ἄντυγες D. 140.
Ἄνω J. 24.
Ἀνώλισθε F.B. 96.
Ἀνωλόλυξαν E. 50. 2.
Ἀξεῖ L. P. 127.
Ἀξείνια D. 235.
Ἀξίναισιν C. 36.

"Ἄξιον D. 104. E. 24. 3.
Ἀξῶ C. 56.
"Ἀοζοι F. B. 353.
Ἀοιδαὶ Del. 28. F. B. 279.
Ἀοιδὰς F. S. M. 9. 4.
Ἀοιδάων Del. 5.
Ἀοιδῇ A. 44. D 137.
Ἀοιδῇ A. 17. D. 268.
Ἀοιδὴν E. 37. 1. F. V. in voce Διφῶ. F. B. 165.
Ἀοίδιμον L. P. 121.
Ἀοίδιμος F. S. E. 2. F. B. 45.
Ἀοιδοὶ J. 60. A. 18. Del. 249.
Ἀοιδὸν J. 71. A. 43. 106. E. 29. 1.
Ἀοιδότεσσι D. 1.
Ἀοιδότατοι Del. 252.
Ἀοιδῶν E. 50. 4.
Ἀοκάσε F. S. M 59.
Ἀολλίζονται Del. 18.
Ἀονίη Del. 75.
"Ἀορ F. B. 51.
"Ἀορα Del. 31.
Ἀοσσητῆρα A. 104.
Ἀπαιτῆς E. 58. 3.
Ἀπαιτήσων C. 78.
Ἀπαιτίζουσαν F. V. in voce Λάκτις. F. B 178.
Ἀπάλαλκοι F. B. 302. 1.
Ἀπαμείψατο C. 63.
"Ἀπαν Del. 201.
"Ἀπαντα L. P. 142. F. S. M. 15. 1. F. B 145 1.
"Ἀπασα J. 19.
"Ἀπασαι Del 2.
Ἀπάσαις Del. 55.
Ἀπάσῃσιν D. 37.
"Ἀπασοι C. 6.
Ἀπαυγάζοιντο Del. 181.
Ἀπαύγασαι Del 125.
Ἀπέδρασι F. B 232.
Ἀπείλωτοι C. 125.
Ἀπέθοντο E. 22. 6.
Ἀπέθηκα F. S. M. 74.
Ἀπεθήκατο J. 15. D. 25. F. B. 50. 1.
Ἀπέθηκε E. 20. 1.
Ἀπειθία D. 66.
Ἀπειλὰς Del. 203.
Ἀπειλήσας Del. 87.
Ἀπειλητῆρες Del. 69.
Ἀπείπατο D. 267.
Ἀπειπὼν E. 43. 2.
Ἀπειρήκαντι C. 105.
Ἀπειρήκασι Del. 117.
Ἀπέκοψε C. 21.
Ἀπελάμπετο D. 102.
Ἀπέλειπεν D. 42.
Ἀπελλίδος E. 59. 3.
"Ἀπελος F. B. 343.
Ἀπεμάξατο E. 29. 3.
Ἀπενίψατο L. P. 5.
Ἀπεπαύσατο Del. 79. 205.
Ἀπεπλάσατο F. S. M. 58. F. B. 194.
Ἀπεχορδῆν D. 98.
Ἀπέσαντι F. S. M. 72. 1.
Ἀπεσείσατο F. V. in voce Διφὸς. F. B. 245.
Ἀπέστειλε F. B. 8.
Ἀπέσυγε F. B. 1.
Ἀπέσυγον Del. 223.
Ἀπεσῶ F. B. 340.
Ἀπέτισε J. 37.
Ἀπέτραπεν Del. 158.
Ἀπέτρεχον Del. 196.
Ἀπετρώπων Del. 69.
Ἀπέχει E. 54. 4.
Ἀπέχεις E. 58. 1.
Ἀπεχθὴς C. 117.
Ἀπημονίης J. 92.
Ἀπήνατο F. 18. 1.
Ἀπηρείσαντο Del. 120.
Ἀπηρνήσαντο Del. 100. C. 107.
Ἀπιδανῆες J. 14.
Ἀπιόντα F. B. 73.
Ἀπιόντος F. S. M. 64. F. B. 97.
"Ἀπλοῖης D. 230.
"Ἀπνοα F. B. 106. 3.
"Ἀπνυς E. 5. 9.
Ἀπ' ὧν ἠρήσατο C. 76.
Ἀπὸ J. 44. 89. A. 110. D. 116. 174. 205. 236. Del. 41. 92. 94. 124. 140. 174. 208. 209. 264. 268. 291. 305. L. P. 8. 12. 31. 46. C. 4.

4. 6. E. 5. 4. 12. 24. 2. 28. 1. 30. 3. 45. 4. 5. F. 14. 1. F. V. in vocibus Ἄρδις, Ἀσσυρία, Διφῶ. F A. 37. F. S. A. 5. M. 9. 1. 20. 1. 25. 1. 78. 1 F.B. 12. 1. 71. 6. 113. 2. 115. 1. 128. 1. 152. 165. 190. 215. 224. 230. 301.
Ἄπο F. B. 150.
Ἀποδείξει E. 17. 3.
Ἀπόγονοι F. B. 35. 1.
Ἀποδάσσομαι Del. 9.
Ἀπόθεν F. B. 302. 1.
Ἀποθύμια Del. 245.
Ἀποισόμενον L. P. 80.
Ἀποκλίνασα Del. 236.
Ἀπόκρυφα F. V. in voce Γράμμα. F. S. M. 29. F. B. 242.
Ἀποκρύψειν Del. 135.
Ἀπόκλισιν A. 75.
Ἀπολέσθαι Del. 127.
Ἀπολλυμένην E. 19. 2.
Ἀπόλλων A. 9. 28. 34. 42. 51. 61. 68. 93. D. 83. 193. 143. Del. 9. 86. 269. 326. F. B. 116. 1.
Ἀπόλλωνα F. A. 2. 1. F. B. 48. 1.
Ἀπόλλωνι A. 27. 32. D. 169. Del. 24. 51. 273. 324.
Ἀπόλλωνος A. 1. 17. 39. 105. Del. 2. 276. Ç. 102. F. S. E. 3. M. 36. 2. F. B. 141. 1.
Ἀπόλοιτο F. 7 1. F. S. M. 46.
Ἀπομαξαμένοισι F. B. 189.
Ἀπομάσσεται Del. 14.
Ἀτοπνεύσαντα F. S. M. 32. F. B. 219.
Ἀποπνεύσαντας Del. 186.
Ἀπόρουσαν C. 61.
Ἀποῤῥώγεσσιν L. P. 41.
Ἀποστάζοντος F. S. M. 56. F. B. 205.
Ἀποστάζουσιν D. 118.
Ἀπόστασον C. 104.
Ἀποστρέψαντας Del. 323.
Ἀποσυγίουσιν F. 26. 1. F. B. 52. 1.
Ἀποτιμήσουσιν F. 20. 4. F. B. 103 4.
Ἄποτος C. 17.
Ἀπότρεπε C. 49.
Ἀπότελχα F. B. 341.
Ἄππα D. 6.
Ἄπυστα C 9.
Ἄπυστος Del. 215. F. B. 272. 2.
Ἀπωλόμεθα E. 14. 4.
Ἄρα Del. 121. C. 12. E. 58. 3.
Ἄραβος Del. 147.
Ἄραγον E. 49. 9.
Ἆραι C. 35.
Ἀραιὴν Del. 191.
Ἀραίθου F. S. M. 12. 1. 55. 1. F. B. 203.
Ἀράσσει A. 3.
Ἀραφηνίδας D. 173.
Ἀράχνα F. B 304.
Ἀργεῖος E. 50. 8.
Ἀργείων L. P. 36.
Ἄργειος Del. 73. L. P. 140.
Ἄργην D. 68.
Ἄργος L. P. 45. F. 23. 2. F. S. E. 2. F. B. 108. 2.
Ἀργυρέοιο D. 119.
Ἀργυροδίνην C. 13.
Ἄρδιν F. V. in voce Ἄρδις. F. B. 130. 2.
Ἄρεος Del. 58.
Ἀρετὴ J. 96.
Ἀρετὴν J 94. 96.
Ἀρετῆς J. 95.
Ἄρηα Del. 173. F. S. M. 39. F. B. 226.
Ἀρήγειν D. 23
Ἄρηος J. 77. Del. 277.
Ἄρης Del. 64. 133.
Ἀρήτειραν C. 43.
Ἀρήτου E. 29. 4.
Ἀριθμὸν F. S. M. 11. 1. F. B. 199.
Ἀρίζηλος E. 55. 3.
Ἀρίηκοον Del. 308.
Ἀριθμεῖ C. 87.
Ἀριθμὸς E. 26. 6.
Ἀριμασπῶν Del. 291.
Ἀρίμνα E. 14. 1.
Ἀρισκύδης F. 23. 1. F. B. 108. 1.
Ἄριστα F. B. 284.
Ἄρισται D. 179.
Ἀρισταῖος L. P. 108.
Ἀρισταίῳ E. 12. 2.

Ἀρι-

Ἀριστεῖον F.B. 95. 2.
Ἀριστίπποιο E. 21. 5.
